Digitized by Google

6
11-c
22

. 47 . 8

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
9
21 E
6

6-11-C-22

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

J. Ma de Scala

Digitized by Google

CHRIST. ADAMI RUPERTI

ORATOR HISTORICUS,

XXIV

Orationibus maximè politicis,

Hiſtoria, numis, & antiquitate Romana refertiſſimis, expreſſus:

Quarum tres priores

Ipſe quidem habuit;

Reliquas verò,

multis lucubrationibus commentatas,

fulgentiſſima Studioſorum corona,

ſub Ejusdem moderamine,

in nobili Altdorffina, recitavit.

Sequitur

index copioſiſſimus.

Cum Gratia & Privilegio Sac. Cæſ. Majeſtatis.

NORIBERGÆ

Sumtibus Michaëlis & Joh. Frid. Endterorum.

CIϽ IϽC LXIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

ORATIONUM SYLLABUS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

N*E quis temerè & injurioſè forſan ſuſpicaretur*, Amice Lector, *acſi ſtudioſis Oratoribus (quorum accuratiſſima diligentia laudanda omninò eſt exquiſitiſſimis verbis) velut opere, atq; ex induſtria, iremus conſultum malè; dum omnes Orationes nomini ejus addicuntur, qui alienam ſibi laudem nunquam appetiit, nihil ex ea decerpſit: Illorum, inquam, nomina dicemus, quæ Veritas ad ſe, quaſi injecta manu, vocat; ſeriem annorum, certo judicio (quantum per exhibentium moram & retardationem licuit) in illis, cùm* editis, *tum* ineditis, *ex or-*

)(3 *dine*

dine ſecuti. Plures declamarunt quidem, ſed chartarum interitio facta eſt: Quamobrem nunc excuſarum Auctores, materias, *ac* tempora *fideliter percenſebimus, numerando; ut uno quaſi intuitu agnoſcas omnia:*

I. *Chriſt. Adamus Rupertus*, Studioſus adhuc, orationem habuit *de Ruina Nobilitatis Romanæ*, Altdorffii, A. C. 1637. m. Majo. Pag. 1.

II. *Idem*, Studioſus adhuc, orationem habuit *de Genere & Obitu Mich. Virdungi*, Hiſtor. P. P. A. C. 1637. a. d. 10. Dec. 48.

III. *Idem*, Virdungi p. m. Succeſſor, *parentavit Dn. Dn. Sophiæ, Marchioniſſæ Brandenburgicæ, &c.* A. C. 1639. a. d. 21. Maji. 100.

Otto

IV. *Otto Fridericus*, *L. B. ab Herberſtein*, Valedictoriam habuit *de fructu & utilitate peregrinationis, prudenter peracta.* A. C. 1637. a. d. 5. Sept. 147

V. *Georg. Chriſtoph. Pœmerus P. N.* orationem habuit *de non proferendis imperii terminis.* A. C. 1639. Eid. Sept. 167.

VI. *Jo. Georg. Richterus* orationem habuit *de Quaſt: Cur è* Brutus Lucius *potuerit*, Marcus *non potuerit libertatem recuperare?* A. C. 1639. a. d. 7. Nov. 199

VII. *Carolus Kötzler, P. N.* orationem habuit *de ſcopulis, quibus alliſa navis Ariſtocratia Romana*, A. C. 1641. a. d. 15. Jun. 248

Caro-

*dine ſecuti. Plures declamarunt qui-
dem, ſed chartarum interitio facta
eſt: Quamobrem nunc excuſarum*
Auctores, materias, *ac* tempora
fideliter percenſebimus, numerando; ut uno quaſi intuitu agnoſcas omnia:

I. *Chriſt. Adamus Rupertus*, Studioſus adhuc, orationem habuit *de Ruina Nobilitatis Romanæ*, Altdorffii, A. C. 1637. m. Majo. Pag. 1.

II. *Idem*, Studioſus adhuc, orationem habuit *de Genere & Obitu Mich. Virdungi*, Hiſtor. P. P. A. C. 1637. a. d. 10. Dec. 48.

III. *Idem*, Virdungi p. m. Succeſſor, *parentavit Dn. Dn. Sophiæ, Marchioniſſæ Brandenburgicæ, &c.* A. C. 1639. a. d. 21. Maji. 100.

Otto

IV. *Otto Fridericus, L. B. ab Herberſtein,* Valedictoriam habuit *de fructu & utilitate peregrinationis, prudenter peracta.* A. C. 1637. a. d. 5. Sept. 147

V. *Georg. Chriſtoph. Pæmerus P. N.* orationem habuit *de non proferendis imperii terminis.* A. C. 1639. Eid. Sept. 167.

VI. *Jo. Georg. Richterus* orationem habuit *de Quaſt: Cur è* Brutus Lucius *potuerit,* Marcus *non potuerit libertatem recuperare?* A. C. 1639. a. d. 7. Nov. 199

VII. *Carolus Kötzler, P. N.* orationem habuit *de ſcopulis, quibus alliſa navis Ariſtocratia Romana,* A. C. 1641. a. d. 15. Jun. 248

Caro-

VIII. *Carolus Eraſmus Tetzel P. N.* orationem habuit *de imperiorum Romani ac Turcici ſimilitudine.* A. C. 1642. a. d. 5. Mart. 324

IX. *Paulus Hönn, Norib.* orationem habuit *de non ſperanda nova Monarchia.* A. C. 1642. a. d. 9. Maji. 365

X. *Joh. Chriſtoph. Dürſch, Norib.* orationem habuit *de veteris Eccleſiæ Sanctitate & Simplicitate, moribus hodiernis oppoſita.* A. C. 1643. a. d. 11. Mart. 418.

XI. *Chriſt. Ludovicus Dietherr, P. N.* orationem habuit *de imitationis genuinæ vi, neces-ſitate, ac parandæ remediis.* A. C. 1641. a. d. 11. Junii. 468

Idem

zel P.
e im-
urcici
2. a.
324
rati-
ran.
C.
365
rib.
ris
li-
op-
11.
8
r,
de
s.
s.
i.

XII. *Idem* orationem habuit *de comparatione Reip. Noricæ cum Rep. Veneta.* A. C. 1643. a. d. 9. Sept. 511

XIII. *Wolfg. Albertus Pæmerus P. N.* orationem habuit *de Romanæ Monarchiæ ruina, ejusque cauſſis.* A. C. 1644. a. d. 17. Febr. 592.

XIV. *Joh. Chriſtoph. Kreß à Kreſſenſtein, P. N.* orationem habuit *de Triumviratu M. Æmilii, M. F. Q. N. Lepidi M. Antonii M. F. M. Nep. C. Julii C. F. C. N. Caſaris Octaviani; ad numum V. aureum Octavii Stradæ.* A. C. 1644. 6. Eid. Jun. 633.

XV. *Chriſt. Joachimus Kleevvein, Norib.* orationem habuit *de*

de malo Principe, Nerva Trajano, cum interpretatione numi LXXIX. aerei Oct. Stradæ. A. C. 1645. 5. Non. Mart. 672

Acceſſerunt *C. A. Ruperti Excerpta unà cum animadverſionibus*, è Faſtis ſuis; ubi *omnia* Con*ſulum paria, quæ Trajani Imp. temporibus fuerunt*, exhibentur. 754

XVI. *Joh. Scultetus, Norib.* orationem habuit *de Monarchiæ præſtantia, è numo Cleopatræ III. apud Oct. Stradam.* A. C. 1645. a. d. 16. Apr. 790

XVII. *Martinus Johannis, Kittinga Francus*, orationem habuit *de Arminio, Cheruſcorum Principe*, A. C. 1645. m. Majo. 829

Joh.

Digitized by Google

XVIII. *Joh. Jacobus im Hof, P. N.* orationem habuit *de Vanitate & Inſolentia, è numo M. Antonii XV. apud Oct. Stradam.* A. C. 1645. m. Jul. 890

XIX. *Georg. Hannibal, L.B. in Egg,* valedictoriam habuit *de ſtudiis, illuſtri perſona dignis.* A. C. 1645. a. d. 14. Aug. 940

XX. *Erhardus Faber, Norib.* orationem habuit *de non ſpernendo Principe Ti. Julio Cæſare, Octaviani Auguſti ſucceſſore, & filio adoptivo.* A. C. 1646. Eid. April. 972.

XXI. *Cornelius Bruno, Altdorff.* orationem habuit *de Quæſt: Meliúsne ſit, ſubitò, an verò tardè inclareſcere?* A. C. 1645. m. Jun. 1014

XXII. *Chriſt.* [illegible]

Digitized by

de malo Principe, Nerva Trajano, cum interpretatione numi LXXIX. aerei Oct. Stradæ. A. C. 1645. 5. Non. Mart. 672

Acceſſerunt *C. A. Ruperti Excerpta unà cum animadverſionibus*, è Faſtis ſuis; ubi *omnia* Con*ſulum paria, quæ Trajani Imp. temporibus fuerunt*, exhibentur. 754

XVI. *Joh. Scultetus, Norib.* orationem habuit *de Monarchiæ præſtantia, è numo Cleopatræ III. apud Oct. Stradam.* A. C. 1645. a. d. 16. Apr. 790

XVII. *Martinus Johannis, Kittinga Francus*, orationem habuit *de Arminio, Cheruſcorum Principe*, A. C. 1645. m. Majo. 829

Joh.

XVIII. *Joh. Jacobus im Hof, P. N.* orationem habuit *de Vanitate & Inſolentia, è numo M Antonii XV apudOct.Stradam.* A. C. 1645 m. Jul. 890

XIX. *Georg. Hannibal, L. B. in Egg,* valedictoriam habuit *de ſtudiis, illuſtri perſona dignis.* A. C. 1645. a. d. 14. Aug. 940

XX. *Erhardus Faber, Norib.* orationem habuit *de non ſpernendo Principe Ti. Julio Cæſare, Octaviani Auguſti ſucceſſore, & filio adoptivo.* A. C. 1646. Eid. Apr l. 972.

XXI. *Cornelius Bruno, Altdorff.* orationem habuit *de Quæſt: Meliúsne ſit, ſubitò, an verò tardè inclareſcere?* A. C. 1645. m. Jun. 1014.

XXII. *Chriſt. Arnoldus, Nor.* orationem habuit *de Conſtan-*

ſtan-

ſtantino Magno, Chriſtiano Imperatore primo, contra obtrectatores Ejusdem. A.C. 1646. a. d. 17. Oct. 1035.

XXIII. *Joh. Conradus Dürrius, Norib.* orationem habuit, *de Carolo Magno,* ultimam. A. C. 1647. a. d. 16. Jan. 1059.

XXIV. *Albertus Richterus, Norib.* orationem (mantiſſæ loco additam) habuit *de Belgii cum Græcia comparatione laudabili.* A. C. 1636. 1082.

Acceſſit denique *Declamatiuncula duplex*: Altera quidem Ruperti, *in Beſſum,* quæ in Ejuſdem *Obſervationibus,* ad Hiſtoriæ Univerſalis Synopſin Beſoldianam, *Cap. VII. pag. 167.* Altera verò *Joh. Stephani Deckeri,* ſuper obitu Dn. Johannis Sauberti &c. patris ſui ſpiritualis.

ORA-

ORATIO
DE
RUINA NOBILITATIS ROMANÆ.

DEDICATIO.

POſt Superos rerum fidiſſima fulcra mearum,
Poſt Superos ſpes ampla, VIRI, quibus atria multis
Hinc atq; indè tument clypeis, queis Corcula cedunt,
Ipſaq; ſubmittit vigilans Prudentia faſces.
Vos & Magnifico modò qui tutamine Phœbum
Aſſeritis, ſceptroq; ſacro fulgetis & oſtro,
Quos Pietas juſtiq; tenor ſuper æthera ſiſtit;
Quæ non Sulpicii, non à Tuberone nepotes,
Per memores Faſtos reſponſaq; plurima noti,
Exuperent, gemini veneranda ò lumina Juris:
Vos quoq;, qui vetitas inhianti avertitis Orco
Exuvias, multum queis ſe debere fatentur
Pergameusq; ſenex, & rerum Dædala mater,
Nec non qui nitidâ ſuperatis lampade cunctas
Temporis antiqui tenebras, qui myſtica Romæ
Panditis infectumq; forum, totiesq; Monarchas

A Cæca

ſtantino Magno, Chriſtiano Imperatore primo, contra obtrectatores Ejusdem. A.C. 1646. a. d. 17. Oct. 1035.

XXIII. *Joh. Conradus Dürrius, Norib.* orationem habuit, *de Carolo Magno*, ultimam. A. C. 1647. a. d. 16. Jan. 1059.

XXIV. *Albertus Richterus, Norib.* orationem (mantiſſæ loco additam) habuit *de Belgii cum Græcia comparatione laudabili.* A. C. 1636. 1082.

Acceſſit denique *Declamatiuncula duplex*: Altera quidem Ruperti, *in Beſſum*, quæ in Ejuſdem *Obſervationibus*, ad Hiſtoriæ Univerſalis Synopſin Beſoldianam, *Cap. VII. pag. 167.* Altera verò *Joh. Stephani Deckeri*, ſuper obitu Dn. Johannis Sauberti &c. patris ſui ſpiritualis.

ORA-

ORATIO
DE
RUINA NOBILITATIS ROMANÆ.

DEDICATIO.

POſt Superos rerum fidiſſima fulcra mearum,
Poſt Superos ſpes ampla, VIRI, quibus atria multis
Hinc atq; indè tument clypeis, queis Corcula cedunt,
Ipſaq; ſubmittit vigilans Prudentia faſces.
Vos & Magnifico modò qui tutamine Phœbum
Aſſeritis, ſceptroq; ſacro fulgetis & oſtro,
Quos Pietas juſtiq; tenor ſuper æthera ſiſtit;
Quæ non Sulpicii, non à Tuberone nepotes,
Per memores Faſtos reſponſaq; plurima noti,
Exuperent, gemini veneranda ò lumina Juris:
Vos quoq; qui vetitas inhianti avertitis Orco
Exuvias, multum queis ſe debere fatentur
Pergameusq; ſenex, & rerum Dædala mater,
Nec non qui nitida ſuperatis lampade cunctas
Temporis antiqui tenebras, qui myſtica Romæ
Panditis infectumq; forum, totiesq; Monarchas

Cæca morte datos & raptos impete cæco.
Num placet ô humilem chartam meritisq; minorem
Auguſtoq; leves admittere lumine nugas?
Non mea ſeſe alto permittit, litora tantum
Cymba legens tenui volucris Rhamnuſia lingua
Dicitur, ut ſummas ſibi vindicet orbis habenas,
Alternetq; vices, florentiaq; omnia vertat.
Scilicet heic claro demiſſus ſanguine ſanguis,
Heic domus Aſſaraci jacet, Herculeiq; penates,
Heic quibus aut Latium, vel dives Etruria mater
Numinis imperio non una morte premuntur.
Namq; (mihi ut liceat tantas accedere gentes)
Dic age, dic ſuperis PAULLORUM *admota propago,*
Dardániumq; *genus, quod nomine Amulius auxit,*
Quo nunc degis agro? quo regum JULIA *nutrix,*
JUNIAq; *& proavum qua Mneſthea dicit, & omnis*
Nobilitas Phrygium Æneam comitata per æquor?
At TU, *quem rigidum tabula jactare capaci*
Alciden, tritavosq; Deos *Romane Triumvir,*
Commemorare juvat (licet Hercule dignus es uno,
Lydiaq; ut divum hunc, ſic te Cleopatra ſubegit)
Quam ſoboles tua nulla viget! quid cætera dicā?
Arcade quid Fabium, *divo inſeſſore, creatum?*
Innumerosq; alios, quos jam nox ultima merſit?
Haud ſecus in partem quum jam data Roma Latinis,

Virtu-

Virtutiſq; Itala legiſſet Curia florem,
Quæ viguére domus, quibus & ſe purpura Regũ
Submiſit, rigida fatorum lege fuerunt,
Nec jam ultrà ſupereſt, Theramneo à ſanguine Clauſi,
Nec Valeſi *ſoboles, nec quos exhorruit ætas*
Poſtuma, Poſtumii : *nec qui te,* Scævola, *ceris*
Impreſſére ſuis, tumidum exuſtaq; fugantem
Agmina Thuſca manu; nec qui te REGULE, *jactant,*
Perfidiæ ſervare fidem cui maxima Virtus,
Pro patriaq; bono Tyrhis ſe reddere vinclis.
Nec TORQVATVS *habet, privati ſpretor amorũ,*
Cui verè celebretur avus; non ulla CATONVM
Lumina ſunt, fœdam morum indignantia cladẽ:
Sed periére omnes, jamq; obruta turba tenebris
Incuſat dominam maleſida fronte tuentem.
Ergò agite, ò Clarii ducis, ò fulmenta Minervæ,
His mihi adeſte oculis, quos ſuſpicit extera tellus,
Hoc captate animo, qui tot magna imputat Orbi,
Parva equidem nec digna, ſinus queis pandere fas ſit.
At mihi jam notus favor, & frons nullius unquã
Conſcia triſtitiæ, cui me quoq; farre probabo,
Thura ubi deficiunt, & bos præfulgidus auro.
Fors erit, ut vobis quia nunc vacua atria ſiſto,
Plena viris factiſq; feram, Procerumq; triumphos
Patriciosq; lares, & Marti habitata ſuperbo
Pectora, Hyperboreis quæ formidaverat olim

Annibal invictus ſcopulis, & quicquid Araxen
Accolit, & crebro Neptunum ſanguine tinctum,
Dummodò ſint operis faciles, ſtudiumq́ bonorum!

... ROMA ... TORIO EMANUELE

ORATIO.

MAgnifice Domine Rector, Illuſtres & Generoſiſſimi Domini Barones, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, Clariſſimi & Excellentiſſimi Domini Profeſſores, Patroni, Promotores ac Præceptores maximi, Nobiliſſimi, Præſtantiſſimi Doctiſſimiq́ Domini Studioſi, Fautores honoratiſſimi, In ſe magna ruunt, lætis hæc numina rebus Creſcendi poſuére modum; quæ quidem Poëtæ vox eſt, cujus farinæ homines Veſpiliones Veritatis facetè nonnemo dixit, ſed hîc Sibyllæ folium, à certitudine commendatiſſimum, quàm illa ſententia, minùs verum eſt. Agite, omnium ſæculorum annales, hiſtoriam Divinam & Humanam volvite, revolvite; Orientalem,

Græ-

Digitized by Google

Græcam, Romanam, Barbaram penitùs inſpicite: Quid dicetis? omnium ingentium imperiorum faſtigiis metam fuiſſe poſitam, quam nullum exceſſerit. Quemadmodum altiſſimi montium vertices, occulto igne ſubitò erumpente, in humilem arenam ſubſidunt, magnæq; arbores una hora extirpantur: Ita ſuprema illa Mens eminentiſſima quæq; ſolet deprimere: Nec quicquam, quod in cœlo ſe credit poſitum, ad inferos non truditur. Hæc imperiorum, hæc & urbium fata ſunt, quarũ nullam in ſolido ſtetiſſe, præſertim ubi oblivio fragilitatis humanæ anteceſſit, cineres earum teſtantur. Ne longiùs abeam, ſiſtat ſe velim è tàm multis illa quõdam arx gentium ac regina terrarum, quam adulatores ÆTERNÆ nomine conſecrarunt; at poſteræ ætates in ruinis ſuis viderunt jacentem atq; ſepultam. Conſtat certè omnium teſtimonio Romam in Roma hodiè quæri, nec quicquam Romæ in Roma inveniri. Sed & familiis intervallum ſuum à DEO conſtitutum eſt, intra quod omnis

Digitized by Google

earum decor & gloria conſumitur. Benè & appoſitè Vellejus Paterculus, *apparet*, inquit, *quemadmodum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc ſeneſcere, nunc interire.* Vos, ANTIQUÆ ROMANÆ, quarum urbem modò vidimus, documentum hîc præbetis: Diu floruiſtis, diu Reip. clavum tenuiſtis, diu Reges ac regna Diis ſuperis vos miſcuerunt; donec ſupremus tandem caſus felicitatem iſtam convelleret. Fors fuat, ut currentibus aliquot abhinc ſæculis non minùs de Vobis, quàm de Niobes filiis, aut Priami nepotibus dubitetur. Cæterum de hoc Nobilitatis Romanæ interitu quæcunq; apud bonos ac perſpectæ fidei auctores legi, collegi, *in hanc cathedræ* lucem producere placuit; quanquam tantum abeſt, ut quem argumentum iſtud deſiderat, in me expectari debeat nitor, ut potiùs meam ingenuè profitear inopiam. Nullus hîc cothurnus, quem Sophocles amat, nulla arma, quæ Demoſthenes quatit, nulla blan-

blandimenta, aculei nulli, quibus auditorem vel capiam, vel excitem. Quod ſi per Patronorum quorundam voluntatem licuiſſet, ſicco, quod ajunt, pede vadum iſtud transmiſiſſé, nec in ea loca me dediſſem, in quæ non niſi Vobis veſtriq; ſimilibus, hoc eſt, eruditis & feliciori ſidere natis ingeniis deſcendendum eſt. Nunc quum aliud ii mihi imperarint, quorum mandatum inſuper habere nefas erat, & frons veſtra, AUDITORES Benevolentiſſimi, velut benigna quædam admiſſionum magiſtra, multum humanitatis ſpondeat; nihil ſupereſt, quàm ut veteri precantium ritu Vos compellem, FAVETE!

Ac primùm Nobiles quum nomino, illos ingentium virorum nepotes, illos poſteros libertatis, ut è *Plininii Panegyrico* loquar, animis veſtris cogitate, quibus in imaginum titulis iſti veteres Camilli, Maximi, Paulli, Scipiones, Marcelli aliiq;, qui, vivente etiamnum Republica, longa decora prætulerunt, ac pa-

Digitized by Google

triam ſpoliis triumphisq; ornarunt, ſive patricii, ſive Nobiles plebeji. De iis, qui à Julii, Auguſti, & ſequentium ævo majores ſuos recenſent. & quibus Italia ne noverca quidem, multò minùs Roma mater eſt, verba jam non facio. Quis enim tàm in Romana hiſtoria hoſpes, ut Venetòs, Inſubres alioſq; Gallorum ſemibarbaros in curiam tùm receptos neſciat? aut brachis, tegmini barbaro, latum clavum inductum ignoret? aut cuivis peregrino togam palmatam, calceos lunatos, annulos aureos conceſſos non obſervarit? Hos igitur, quos, mortua libertate, curiæ ſuæ Romani atriis nepotes pignerarunt, hoc loco non intelligo. Vos verò, ab antiquo NOBILES ROMANI, queis præcipuè calamitatibus cecidiſtis? Mihi veteres memorias recolenti duas cumprimis invenire licet, BELLA CIVILIA, & SÆVAM PACEM. Quid enim de externis dicam, vel Thraſimeni clade, vel Cannenſi die, quo dignitas equeſtris, ſive magna pars NOBILITA-

Digitized by Google

LITATIS ROMANÆ, taxata menſura? Quid de Variana clade, *qua multos ſplendidiſſimè natos* (ut Seneca loquitur) *ſenatorium per militiam auſpicantes gradum, fortuna depreſſit? alium ex illis paſtorem, alium cuſtodem caſæ fecére* Germani? Magna profectò, ſed ſi ad civilia conferantur, præ iſtis non aliud, quàm *palearum caſſa* eſſe, ut Comicus ait, *aut gurguliunculos minutos* dixeris. Enimverò quum Resp. inter ſe commiſſa, plebs inviſa Nobilitati, Nobilitas plebi, utraq; in provinciis, in urbe media ac foro, quaſi harena, gladiatorio more cõcurreret, tanta ſævitia (heu nefas!) ſemetipſos lacerarunt, ut *braccatorum pueri Senonumq; minores* mitiùs fuerint acturi. Neminem ordo, ſeu dignitas, ſeu familia à cæde vindicabat: Neminem ætas, ſeu morum innocentia protegebat: ſed

Nobilitas cum plebe perit, lateq; vagatur
Enſis, & à nullo revocatum eſt pectore ferrum.

Horror animum ſubit, quoties Cinnanos tumultus, & ſeptimam Marii purpuram cogito, quanta Senatus & Nobilium funera dederit, quantum virorum florem everterit! Eo æſtu abſorpti gentis JULIÆ clariſſimi viri, *Cajus* & *Lucius* Cæſares, in quorum altero ſpecimen erat humanitatis, ſalis, ſuavitatis, leporis. Poſitum pro roſtris innocentiſſimum *M. Antonii* caput, cujus eloquentia multorum civium capita ſervata. Jam & *Merula*, *Craſſi*, *Catuli*, *Lentuli*, *Babii*, *Atilii*, *Antharii*, *Lucilii*, aliiq; ferri civilis crudelitatem ſubiére. Deniq;, ut rem uno verbo ex *Appiano* dicam, Brutus, quum A. U. 671. Prætor urbanus Senatum vocaſſet, Marii juſſu omnẽ, quæ in urbe erat, Nobilitatem trucidavit, atq; ita in anteceſſum ſanguine Senatus ſibi parentavit Marius. Poſt Marium

Aſpice felicem ſibi, non tibi, Romule, Sullam.

Hic eſt ille Sulla, qui IV. M. & DCC. diræ proſcriptionis edicto jugulatos, in tabu-

tabulas publicas retulit: Interq; eos ex ipſo Equeſtris ordinis flore ac Senatus duo millia electi. Hiſtoria in nummis *Corneliæ gentis* obſervata eſt, quemadmodum NOBILITAS, quæ Romæ imagine deſignatur, ejecta fugataq; ad Sullam, in transmarinis tunc partibus bellum gerentem, auxilium petens confugerit. Venit, ſed, ut audivimus, patriam non diæta, ſed crudeliſſima chirurgia curavit. Tùm temporis, ut ex ex Pollione *Antonius de Guevara* docet, inter alia miſerandum erat, quod cum *Camillus* patriæ amantiſſimus Romam Gallis eripuiſſet; neq; unquam per varios caſus, qui in Rep. extiterunt, neq; per crebras calamitates, quas Roma ſuſtinuit, ab ejus poſteris ablata fuiſſet prærogativa illa, ut ſcilicet in Capitolii præſidiis collocarentur; tamen *Sullæ* Conſulis ævo familia tàm nobilis graviſſimas ſenſerit perſecutiones, nec niſi à Julio Cæſare reditum impetrarit. O ergò rem tùm temporis conclamatiſſimam, NOBILITATEM!

Digitized by Google

Superfuére tamen etiamnum multi, quos, ut Cyclops Ulyſſi promiſerat, fortuna tanquam ultimos devoratura in bella Cæſaris, Pompeji Octavianiq; distulerat. Eos regni candidatos ubi inexplebilis ſua ambitio, Deûm ira, hominum rabies in discordiam egére, factum, ut animæ illuſtres aut ex priſco illo ſanguine oriundæ pleræq; ſuffocarentur, *ut* enim *quisq; generoſiſſimus erat*, (ait Dio) *ita maximè bellis iſtis civilibus conſumebatur.* Arduum, auditores, arduum magnis animis viſum eſt, Brutos, Valerios, Ahalas non imitari, libertati ſpiritum non impendere, Cæſarum genibus advolvi, ignominoſum deniq; jugum collo recipere. Igitur quum in Aventino libertatis atrium, in nummis ejusdem Deæ caput cum pileatis Caſtoribus, roſtra in foro, majorum imagines, animi incitamenta, domi contuerentur; pro dulci illo ac Romanis veteribus proprio nomine, adverſus dominationis architectos, in Pharſaliam ac Philippos, Hiſpaniam

niam atq; Africam ruebant, corruebantq;. Videre tùm licuit *Catonem* libertatis ſuæ tenacem, animam & viſcera fortunæ in oculos conjicientem; *Pompeji* ſocerum inter voces Scipionum genere dignas expirantem; *Lentulos, Brutos, Caſſios, Servilios, Varos, Domitios, Manlios*, aliosq; Nobilitatis ſuæ memores contemptorem omnis potentiæ ſpiritum ejicientes. Quin imò illud ipſum fulmen, quod domus Cæſarum adverſus alias emiſerat, tanto fragore intra eandem detonuit, ut nobiliſſima JULIORUM familia, & quod inter omnes conſtabat, antiquiſſima ſtirpitus interiret. *L. Cæſarem* L. F. Cæſaris conſanguinei victoria, *Sextum Cæſarem* Cæcilii Baſſi inſidiæ, Cæſarionem, dictatoris è Cleopatra filium, Octavianus ſuſtulerant: Nec (ſi adoptatos exceperis) reperti poſtea, qui paterno genere è Juliis ſeſe oriundos verè prædicare potuerint. *Sabinum* illum, de quo *Xiphilinus in Veſpaſiani rebus*, quemvis potiùs, quàm Cæſaris dictatoris ſanguinem crediderim.

Digitized by Google

Cæterum patricios potiſſimùm, ut illuſtriores tantam calamitatem tetigiſſe, indè ſatis apparet, quod eorum numerum ſupplere poſtea toties neceſſe habuerint Imperatores. Primùm id feciſſe Julium Cæſarem, Suetonius auctor eſt: Sæpius deindè Auguſtum, partim è Dione & monumento Ancyrano, quod CL. Viri Augerii Busbequii beneficio ex Aſia in Europam relatum, manifeſtum fit. Acceſſit Claudius, qui, ut eſt apud Tacitum, *in patriciorum numerum adſcivit vetuſtiſſimum quemq́, è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant: Paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverant, exhauſtis etiam, quas dictator Cæſar lege Caſſia, & Princeps Auguſtus lege Sænia ſublegêre.* Veſpaſianus poſtea in futurum proſpexit, ne facilè patricii deſiderari poſſent, conſtitutis mille gentibus patriciis. Ita interpretatur incomparabilis Caſaubonus, quod Aure-

Aurelius Victor ait, *lectis undiq; optimis viris mille gentes compoſita, quum ducentas ægerrimè reperiſſet.* Eas communi *Flavianarum gentium* nomine appellatas, longo tempore pòſt Claudius, Gothorum terror, teſte Trebellio Pollione, propagavit, & inter eas clariſſima extitit *Conſtantinorum familia.*

Vidimus, Auditores benevoli, civilis Megæræ diritatem, quæ Romam in exitium ſuum armavit, tantumq; Nobilitatis ſecum traxit, proſtravit, extinxit. Quæ quidem cogitationes dum animum meum percurrunt, tui inſimul, ò dulcisſima mater GERMANIA, heu mœſta nimis & intima viſcerum ſcindens lanians q; ſubit memoria. Tu quidem magnifica olim eras, tu pulcra eras, tu fortis eras, tu fœcunda eras: Sed eras, & fuiſti. Ubi enim vultus ille auguſta quadam majeſtate ſpectabilis, ad quem avorum etiamnum ævo velut numinis occurſu omnis Turcia reſtitit? Ubi illi Martem ſpirantes oculi, quos iræ flamma ſuffuſos non

Digitized by Google

Cæterum patricios potiſſimùm, ut illuſtriores tantam calamitatem tetigiſſe, indè ſatis apparet, quod eorum numerum ſupplere poſtea toties neceſſe habuerint Imperatores. Primùm id feciſſe Julium Cæſarem, Suetonius auctor eſt: Sæpius deindè Auguſtum, partim è Dione & monumento Ancyrano, quod CL. Viri Augerii Busbequii beneficio ex Aſia in Europam relatum, manifeſtum fit. Acceſſit Claudius, qui, ut eſt apud Tacitum, *in patriciorum numerum adſcivit vetuſtiſſimum quemq́, è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant: Paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverant, exhauſtis etiam, quas dictator Cæſar lege Caſſia, & Princeps Auguſtus lege Sænia ſublegêre.* Veſpaſianus poſtea in futurum proſpexit, ne facilè patricii deſiderari poſſent, conſtitutis mille gentibus patriciis. Ita interpretatur incomparabilis Caſaubonus, quod

Aure-

Aurelius Victor ait, *lectis undiq; optimis viris mille gentes compoſitæ, quum ducentas ægerrimè reperiſſet.* Eas communi *Flavianarum gentium* nomine appellatas, longo tempore pòſt Claudius, Gothorum terror, teſte Trebellio Pollione, propagavit, & inter eas clariſſima extitit *Conſtantinorum familia.*

Vidimus, Auditores benevoli, civilis Megæræ diritatem, quæ Romam in exitium ſuum armavit, tantumq; Nobilitatis ſecum traxit, proſtravit, extinxit. Quæ quidem cogitationes dum animum meum percurrunt, tui inſimul, ò dulcisſima mater GERMANIA, heu mœſta nimis & intima viſcerum ſcindens laniansq; ſubit memoria. Tu quidem magnifica olim eras, tu pulcra eras, tu fortis eras, tu fœcunda eras: Sed eras, & fuiſti. Ubi enim vultus ille auguſta quadam majeſtate ſpectabilis, ad quem avorum etiamnum ævo velut numinis occurſu omnis Turcia reſtitit? Ubi illi Martem ſpirantes oculi, quos iræ flamma ſuffuſos

non

non victrix gentium Roma, non bellicoſus Cantaber, non ferox Gallus, non Pictus, non Scotus, non Britannus, non alius tulit? Ubi deniq, tanta Nobilium examina, *quæ, velut ver ſacrum, Italiam inſedére; vel totum potiùs orbem fontis inſtar uberrimi*, ut nonnemo exterorum loquitur, *inundarunt*? Quis, ò miſera, proavitæ pulcritudinis inſigne detraxit? quis vibratæ lucis ardori cæcæ caliginis umbram circumfudit? quis officinam gentium, quis Nobilitatis ſcaturiginem obſtruxit? Nimirum adhuc *Marii* vivunt, ſub quorum gladiis tot inſignes animæ gemunt. Nondum obiit *Sylla*, adhuc dominatur, ubiq; *lacus Servilius* eſt, ubiq; ſpoliarium. Superſunt *Curiones*, homines ingenioſiſſimè nequam, & facundi malo publico, qui rerum incendia ventilant, magna capita litibus implicant, tumultum ex tumultu, bellum ex bello ſerunt. Stant etiamnum *aræ Peruſinæ*, quæ non humore, quo vel olim Apollo Cumanus, vel Eliſa Punica, vel

Mer-

Digitized by Google

Mercurius Aretinus, vel victoria Capuana, ſed infantum, conjugum, plebejorum, Nobilium crudeliſſimè inter ſacra (proh ſcelus!) Chriſtiana mactatorum cruore ſudant. Et quoniam, ò populares mei, documentum è Roma non capitis, quoniam ad alienas calamitates cæci eſtis, agite, corporum veſtrorum parricidæ, odiis in poſterum quoq; ſævite, cuncta & privata vulnera Reip. malis operite,

- - accenſis mentibus arma
Sumite, & in medias immittite lampadas urbes.

Hos egregios ſcilicet! inſaniæ veſtræ fructus feretis, ut quod Romæ contigit, Thrax barbarus palatia veſtra inſideat, & Nobilitate reſidua penitùs ſublata, *Suillii*, *Scrofæ*, *Porcii*, aliaq; ſordium nomina curias & arces occupent. Quibus quidem omnibus æterna infamia, veſtriq; nominis deteſtatio accedet. *Nullus* enim *locus, nullum tempus eſt, quo impiorum manes à poſterorum execrationibus conquieſcant.* Sed

Digitized by Google

Sed ut quaſi è diverticulo ad alteram deletæ Nobilitatis Romanæ cauſam me convertam, eam cum Tacito SÆVAM PACEM appello, quam tyrañicis temporibus, exteris Romanum imperium modicè laceſſentibus, pleraq; Nobilitas experta fuerat, omni bello graviorem. Immaniſſimæ rei primordium in *Tiberii principatum* rejiciendum arbitror, ut quem ab infantia eductum in domo regnatrice, primùm in omne ſuperbiæ & crudelitatis genus erupiſſe; annales prodiderint. Quanquam enim ſub Auguſto Romæ, Varronibus, Egnatiis, Juliis, Lepidis, Salvidienis interfectis, pax non parùm fuerit cruenta: Tamen clementiæ ac moderationis fama memoria ſuppliciorum facilè evanuit, &, ut Tacitus loquitur, *pauca admodum vi tractata, quo cæteris quies eſſet.* Hic Princeps quũ nihil in ſervitutem redactis durius eſſe noſſet, quàm à domino ſuperbè tractari, neminem libenter contemni, & ſi ulla cõtemtis offeratur occaſio, ad vindictam ſtatim

ſtatim prorumpi: Idcircò humanum admodum ſe præbuit, magnumq́; agmen Nobilium, & quicquid floris in civitate erat, etiam quos in hoſtium caſtris invenerat, conſulatibus, præturis, ſacerdotiis, aliisq́; honoribus evexit. Pectora illa heroica, quibus ipſa beneficiorum potentia gravis erat, & nunquam digna merces videbatur, quæ cum tanta injuria, hoc eſt, ſervitute compararetur, jam per acies, aut proſcriptione, ceciderant. Sicut itaque pueros, ut ſcholaſticum jugum ſine majori gemitu ferant, parentes libis interdum dulciariis, placentisvé minutulis, aut picturis oblectatos ad pædagogum dimittunt: Ita callidus iſte libertatis auceps ſpecioſis nominibus, ſed reverà vanis, & nihil virium habentibus, Nobilitati ſuæ fucum faciebat. Imò, quod magnum recens arreptæ dominationis arcanum eſt, ſemper ſe Remp. redditurum ſimulavit, nec ante Romanos inani ſpe paſcere deſtitit, quàm penitùs aſſuefeciſſet ſervituti. Denique quum genti

genti alicui toties petitum caput ſubtrahere omninò cogeretur, ita futuras cavit inſidias, ut quibusdã in provincias ſepoſitis triſte exſilii nomen ſtudiorũ ſpecie tegeret. Ne enim quum M. Antonius Orientem in eum armaſſet, & filius ejus Julius, quem in arctiſſimam affinitatem receperat, Cæſaream domum nefanda libidine violaſſet, L. Antonium, eorum propaginem, acerbo quodam fati genere ſuſtulit; ſed in Maſſilienſi Academia, tùm temporis clariſſima, vitam ipſi conceſſit.

Hîc verò (ut id quaſi in tranſitu dicã) eruditiſſimum Taciti emendatorem humani quippiam paſſum obſervare licet. Etenim poſt hujus L. Antonii mortem tàm præclaram quondam domum non temerè ad ullam claritudinem perveniſſe, nec quenquam ex ea cum Q. Voluſio & Trebellio Maximo per Gallias cenſus egiſſe, ſatis nobis conſtat. Quamobrem vulgatam potiùs lectionem in Tacito aſſerimus, *Sex. Antonium Africanum* ex-

termi-

terminamus, & è Fratrum Arvalium Inſcriptionibus *T. Sextium Africanum* reponimus. Tantum de Auguſto.

At Tiberio, Caligula, Nerone, Domitiano, aliisq; beluis rerum potitis illuxit dira temporum ſiniſteritas, factum eſt è ſereno & nitenti cœlo turbidum, tenebrisq; obſcurum; erant ſub oculis naufragia Nobilium, quos improviſus turbo perculerat. Omnia delicta, ſed quid delicta? omnia leviſſima verba tyranni tanquam fulminibus perſequebantur, digni interim ipſi, quorum membra aruſpices colligerent.

Cæterum de aſpera hac evertendarum gentium via poſterius nobis dicendum erit, ſi priùs te MOLLIORI & ſophiſtica (duplici enim plerunq; utebantur) verba fecero: Primùm enim quum noſſent, otio heroicos ſpiritus deteri ac frangi, eò curas ac cogitationes omnes intenderunt, quò virtutis exercendæ officinam ipſis præcluderent. Plurimum huc faciebant omiſſæ armorum exercitati-

tationes, quod poſtea ſatis apparuit, quũ bello Othoniano *primores Senatus, longa pace deſides; ſegnis & oblita bellorum Nobilitas, ignarus militiæ eques, quantò magis occultare & abdere pavorem nitebantur, manifeſtiùs fuére pavidi.* Quin & ex periculo, eminus commonſtrato, honorum nauſeam, qui ſæpè virum oſtendunt, ipſis faciebant. Gnarum id cordatioribus, ideoq; ne quid materiæ tyrannis præberent, inertiam avidè amplectebantur, atq; ita à Jove & fulmine ſatis ſe tutos eſſe credebant. Tu mihi unicum illum, qui improbæ aulæ ingenium aperit, Principum ſacra & myſteria exponit, Tacitum conſule, videbis *Aterium Agrippam*, *Junium Silanum*, *Memmium Regulum*, quiete ac ſegnitia crudelitatem Tiberii Neronis aliorumq; defendiſſe; *Cornelium Sullam* natalium ſplendore celeberrimum eandem viam inſiſtere voluiſſe. Deniq; *Galbam* poſtea Imperatorem in deſidiam converſum, Phalarides aliquot Romanos evitaſſe,

ſuiſſe, teſtis Suetonius. At hac inertia ſæpè effectum, ut dum Nobiles viros ſe præſtare non poſſent, avitum ſplendorem amitterent, eſſentq; iis ſimiles, qui, verbo Tullii, *lenibus venenis, ac ſine dolore intereunt*. Sanè enim ovum ovo ſimilius non eſt, quàm otium illi veneno Perſico, quod ſine cruciatu mortem inducebat, & ſolis Regibus, eorumq; filiis & Reginis, in manu erat, ſumturis, ſi è vita, tanquam ſaturi convivæ, recedere deſtinaſſent. *Molliter ſubit inertiæ dulcedo*, inquit Tacitus, *& inviſa primò deſidia poſtremò amatur. Quippe animus pigritia in dies magis magisq; relangueſcit, ac tandẽ veternus ita omnes ejus partes occupat, ut ad reſurgendum, & induſtriam denuò capiendam, ne conetur quidem; ſed morbum jam ſuum amet, eiq; immori cupiat*, ut ad eum locum commentatur præceptor meus optimus maximus, de cujus quamplurimis in me beneficiis quicquid dixero, minus erit.

Et, ut hanc Nobilitatis mortem per exem-

exempla cognoſcas, in hiſtorias veteres mecum deſcende. Libera Rep. quum P. Cornelium Rufinum, quod verbis Salviani uſq; ad decem argenti libras dives eſſe voluiſſet, Fabricius cenſor indignum curia judicaſſet, poſteri ejus & majores SULLÆ dictatoris ita jacuerunt, ut Salluſtius in Jugurthino ſcribat, FAMILIAM HAC IGNAVIA PROPE JAM FUISSE EXTINCTAM. Idem de ÆMILIA SCAURORUM Aſconius Pædianus prodidit, ſola DESIDIA tribus ætatibus domus ejus fortunam j[illegible]uiſſe. Quid jam, omnibus ſervitute oppreſſis, factum exiſtimas, quũ inertia pro ſapientia eſſet?

Quod verò in Græco ore tritum, *mali corvi mala ova:* Ita ex infami matre infamior ſoboles orta, LUXUS & PAUPERTAS. Illi quidem adeò ſe mancipaverant, ut ferè unicum certamen fuerit, quis luxuriæ ſpoliis de altero quaſi triumpharet, aut ſua citiùs profunderet. Undè nulla pax aëri, nulla ſecuritas mari, nulla terra quies; ſed ſi fortè qui exterorũ

Digitized by Google

Regum honoris, & pervetuſtæ cum majoribus excultæ amicitiæ cauſſa, ſi qui alii Nobilem quempiam eſſent acceſſuri, ad infamem militiam è remotiſſimis provinciis, & extra Romanum poſitis imperium, aucupes, venatores & piſcatores evocabantur, ut ingenioſæ gulæ ſtrenuè inſervirent. Quin ad extruendas inſanas moles, Natura omnis ſede ſua eruta, nihilq́, in abdito ſecreti amplius relictum. Adjice deteſtandas libidines, & ſtabulario perſoluta pretia, quibus nocturno atq; diurno tempore Nobilitas ſemetipſam depopulabatur.

Nec verò mirum, generoſitatem majorum, alioſq; bonos mores tàm facilè expugnatos, quum inſuper Principes ipſi inveniendis luxuriæ inſtrumentis operam omnem addicerent. Quoties in fœdiſſimo receſſu abditus latebat Imperator? quoties fornices & popinas ſtationem ac domicilium habebat ille, ſi Diis placet, Pater Patriæ? Non in Capitolio, ubi Scipio cum Jove quondam fa-

Digitized by Google

bulabatur; nec in roſtris, ubi Magiſtratus in leges jurabant; nec in curia, ubi majeſtatem P. R. nationes exteræ ſuſpiciebant; ſed in locis, ædilem metuentibus, in Caprearum infamibus angulis, &, ut Tertullianus ait, *libidinum conſiſtoriis* adverſus ſellarios ſuos pruriebat. Hem ſacratiſſimum Tribunum plebis! hem Imperatorem Optimum, Cenſorem innocentiſſimum, &, quod majus eſt, Pontificem Maximum! Nam hi tituli omnes, ingeniis, publica tetræ adulationis lue infectis, uni illi hircoſo decernebantur. Alius aliis vitiis ſubjectæ Nobilitati rubiginem ſuam affricuit. Neceſſe enim eſt, ut obſequio in Principem & æmulandi amore vitia imbibant; & *faciliùs, ſi dicere fas, errare Naturam, quàm diſſimilem ſui Princeps poſſit formare Rempublicam.*

Igitur quum luxu diffluerent, unà egeſtatis cœno immerſi peribant. Is plerunq; paupertatis eventus eſt, ut non modò ad altiora nitenti repagulum objicit,

Digitized by Google

ciat, ſed & Nobiliſſimos quosq; penitùs ac validiſſimè deſtruat. Cujus quidem rei ſanè quàm triſte exemplum ſub Tiberio HORTENSIA domus præbuit, alumna priùs Auguſti, mox ita deſerta, ut ad pudendam inopiam dilaberetur, nec unquam poſtea emergeret. Paucis dein ſubventum, ne iisdem caſſibus inciderent: è quibus *Cn. Lentulo* bellum Gætulicum, undè magnarum opum ſpes, commiſſum: *M.* verò *Valerii Meſſallæ* Nobilitati, oblatis in ſingulos annos quingenis ſeſtertiis, ita ſuccurſum, ut egeſtatem ſuſtentaret. Cæteræ gentes plerunq; expertæ, quod (ò indignum facinus!) *Benedictus Scaliger*, Julii Cæſaris pater, à Ludovico Galliæ Rege inhumano prorſus dicto dimiſſus: *Se rationem non habere Nobilitatis, quæ pro cenſu tumulos avorum oſtentaret.* Ergò ad eas artes itum, quas etiam carceres aut ergaſtula ſine rubore non audiant. Ut enim Damaſippus ille apud Horatium,

- poſtquam omnis res mea Janum

Ad mediũ fracta eſt, aliena negotia curo,

Excuſſus propriis: - -

ita Nobilitas Romana, quum bonis planè elaviſſet, vitæ genus mutare, malis artibus indulgere, ſemetipſam peſſundare. Habete vobis GRACCHORUM familiam illam inclutam, & tantùm non infantibus notam vel ob graviſſimum illum civem, qui Celtiberorum Sardorumq́, domitor eamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit: Vel ob filios ejus Tiberium & Cajum, *quos etiam, qui bonos viros negaverit,* ut vult Seneca, *magnos fatebitur.* DEUS bone, quò indignitatis, quò infamiæ recidit! Quum *Sempronius Gracchus* (quem numi aurei *Tiberium Ti. F.* appellant) luxu corruptus Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraſſet, ac Cercinam, Africi maris inſulam, amotus, C. Gracchum otii & ignaviæ hæredem reliquiſſet, is adultus mox per Africam ac Siciliam, *mutando ſordidas merces,* ſuſtentabatur. Alii *delatores*

tores facti amplam perſtringendi materiam præbuére.

Eccum toties laudatum Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptorem, è quo Principes, quicquid alii oggamiant, potare debent, non ſecus ac Choaſpe ſuo & Eulæo Monarchæ Perſici. *P. Cornelium Dolabellam*, inquit, *ſocium delationis extitiſſe miraculo erat, quia claris majoribus & Varo connexus, ſuam ipſe Nobilitatem, ſuum ſanguinem perditum ibat.* "

Quid de ſpurciſſimis *adulationibus* dicam, aut *ſervilibus miniſteriis*, quæ clariſſimorum Virorum propagines obſcurarunt, dicam, an ſuſtulerunt? Hîc rurſus nemo meliùs accuratiusvé temporum illorum deformitatem nobis depinxerit, eodem arcanorum proditore. *Adeò infeſta*, inquit ille, *& adulatione ſordida fuére, ut non modò Primores civitatis, quibus claritudo ſua obſequiis protegenda erat; ſed omnes Conſulares, magna pars eorum, qui pretura functi, multiq́; etiam pedarii Senatores certatim exurgerent,*

fœdaq́; & nimia cenſerent. Memoriæ proditur, Tiberium, quoties curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui ſolitum: O homines ad ſervitutem paratos! Scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tàm projectæ ſervientium patientia tædebat.

Nec hîc turpitudini finis, niſi etiam tenellos ſuos adulatoriis muneribus aſſuefacerent. Olim ludis ſæcularibus, teſte *Acrone in Horatium*, hymni Apollini & Dianæ dicebantur à nobilibus pueris: Nunc iidem Naturæ prodigio & in ſtemmatis Auguſtæi dedecus prognato *Caligulæ* operam ſuam addicunt: Iidem vix hominum conſortio dignos in Campum usq́; Martium, ubi Roma Deorum plebem Cæſaribus ſuis augebat, ſacris carminibus proſequuntur. Omnium verò indignationem exuperat, omnemq́; Romanæ Nobilitatis miſeriam abſolvit, quum *Nero* turpitudinis ſuæ amoliendæ, ut putabat, Nobilium familiarum poſteros, egeſtate vænales in ſcenam deduxit,

quos

quos fato perfunctos ne nominatim traderet Hiſtoricus, majorum cineribus tribuendum exiſtimavit. Sub *Domitiano*, Flaviæ gentis dehoneſtamento, arenæ commiſſos Satyricus nos docuit:

Profuit ergò nihil miſero, quod cominus urſos
Figebat Numidas, Albana nudus arena
Venator: Quis enim jam non intelligat artes
Patricias? - - -

Heu infanda & ſterilia Virtutum tempora, quæ ad id patientiæ heroum ſanguinem demiſſum vidiſtis! Sic ſcilicet tyranni florem ſuum excitant, ſic pauperes familias luto extrahunt, ſic imperia ſua ſatis munita arbitrantur! At vos, ò immaniſſimæ patriæ vibices ac maculæ, ideoné tot egregii Viri Romano nomini dignitatem adſtruxerunt & majeſtatem, ut eorum gentiles tenebris obruerentur? ideoné Europam, Aſiam, æmulamq; imperii Carthaginem, ac ingentem Africæ

oram victricibus armis perculére, ut eorum nepotes hoc ſolo Africani viderentur, dum ad cultrum ſe dant, & Numidicas beſtias configunt?

Verumenimverò apices iſti & ſummæ Poteſtates rebus ſuis non benè proſpiciunt, dum, Virtuti omni aditu præcluſo, homines genere eminentes otio atq; artibus inhoneſtis marcere, adeoq; patiuntur. *Facile eſt imperium in bonos*, ait Plautus: Neq; metuendum, ne quis bono loco natus, beneq; juxtà educatus, conſilium convellendi ſtatus publici ſit initurus. Quin imò id à diſciplina nulla formatis, à flagitioſis, ab hominibus infimis timendum eſt. Hi enim faciliimè eò adducuntur, ut turpiſſima ac peſſima quæq; in ſe & alios ſtatuant, quemadmodum præter experientiam omnis ævi hiſtoria clamat. Sed qui hæc talia in arcano fonte Prudentiæ probè lota guſtare velint, pauciſſimi reperiuntur.

Vidimus, *Auditores*, fœdiſſima ignavia, aliiſq; ex ea obortis malis, conſene-

ſcen-

ſcentes familias: Nunc ad apertam ſævitiam (hactenus enim occultè ac leniùs Nobiles periére) illamq; inferorum lacunis coërcendam immanitatem me converto. Seneca breviter:

Quæ dignitas, inquit, *cujus non prætextam, & augurale & lora patricia, & ſordes comitentur, & exportatio, & nota, & mille maculæ, & extrema contemptio:* Addo ego, *infandiſſima cædes.* Ita enim Furiæ illæ, Eumenidum furore rabioſiores, in Nobiliſſimum quemq; ſævierunt, ut ſi annales excutias, omnibus artubus contremiſcendum tibi ſit. Nihil de iis, quos *Tiberii* callida ſenectus ſuſtulit; nihil de feriarum diebus, quibus alioquin lugentes etiam ridebant, ſumma crudelitate funeſtatis; nihil de legibus Majeſtatis, nimium quantum exercitis; nihil de familia SCAURORUM, in Mamerco extincta; nihi de parietibus, ſolorum arcanorum conſciis, jam ipſis patribusfamiliâs ob metum circumſpectatis hoc loco dicam; ſolùm portentum

illud, omnium ſæculorum execratione digniſſimum, & peſtem Nobilitatis, ut Joſephus tradit, *Caligulam* intueamini. Ea belua illuſtres Viros non quæſtionis, ſed animi cauſſa torſit: Deindè adeò impatiens fuit differendæ voluptatis, quam inquies crudelitas ſine dilatione poſcebat, ut à convivio recens in porticibus & ad lucernam (usq; adeò lucem expectare durum erat) quosdam decollaret. Mox de toto Senatu, omniq; Nobilitate, ac ſi poſſet, omnibus Quiritibus trucidandis cogitans, optabat, ut populus Romanus unam cervicem haberet. Horrendum quoq; eſt, quod apud Philonem, ubi Apollinis artibus artes Caligulæ opponit, memoriæ proditum eſt, eum toti imperio Romano ſimilem perniciem ſtruxiſſe. *Iſte contrà ſanis morbos inferebat*, inquit, *mutilationes integris, vivis mortem, manu adſcitam ante fatalia tempora, conquiſitis diligenter veneficiis, quibus, ni divina juſtitia præventus fuiſſet, perdidiſſet, quicquid erat in ſingulis urbibus præſtantium & probatorum hominum.*

Ejus

Ejus ſucceſſor *Claudius* ille ipſe, qui patricios antea legerat, Senatores XXX. Equites Romanos CCCXV. interq; eos Nobiliſſimos quosq; è Craſſorum, Juniorum & Pompejorum gentibus, ad inferos miſit. Nolo hîc catalogum attexere eorum, quos *Nero*, patriæ incendiarius, matris ac præceptoris interfector, fax humani generis, venennm affinium, totiusq; Nobilitatis, &, ut uno verbo ſcelera omnia comprehendam, impuriſſimorum hominum foſſa, rapinæ gratia ſuſtulit atq; occidit. Præſtat certè ſilentio talia præterire, quàm animum triſtisſimis cogitationibus nimiùm fatigare.

Meliùs, ejus alioquin æmulus, *Otho*, qui *recens ab exſilio reverſos Nobiles adoleſcentulos, avitis ac paternis ſacerdotiis recoluit*: Fuiſſetq; magnum rurſus levamentum, niſi paullò pòſt funeſta Domitiani tempora felicem gentium ſtatum concuſſiſſent. *Plenum tùm exſiliis mare, infecti cædibus ſcopuli, atrociùs in urbe ſævitum.*

bulabatur; nec in roſtris, ubi Magiſtratus in leges jurabant; nec in curia, ubi majeſtatem P. R. nationes exteræ ſuſpiciebant; ſed in locis, ædilem metuentibus, in Caprearum infamibus angulis, &, ut Tertullianus ait, *libidinum conſiſtoriis* adverſus ſellarios ſuos pruriebat. Hem ſacratiſſimum Tribunum plebis! hem Imperatorem Optimum, Cenſorem innocentiſſimum, &, quod majus eſt, Pontificem Maximum! Nam hi tituli omnes, ingeniis, publica tetræ adulationis lue infectis, uni illi hircoſo decernebantur. Alius aliis vitiis ſubjectæ Nobilitati rubiginem ſuam affricuit. Neceſſe enim eſt, ut obſequio in Principem & æmulandi amore vitia imbibant; & *faciliùs, ſi dicere fas, errare Naturam, quàm diſſimilem ſui Princeps poſſit formare Rempublicam.*

Igitur quum luxu diffluerent, unà egeſtatis cœno immerſi peribant. Is plerunq; paupertatis eventus eſt, ut non modò ad altiora nitenti repagulum obji-

ciat,

ciat, ſed & Nobiliſſimos quosq; penitùs ac validiſſimè deſtruat. Cujus quidem rei ſanè quàm triſte exemplum ſub Tiberio HORTENSIA domus præbuit, alumna priùs Auguſti, mox ita deſerta, ut ad pudendam inopiam dilaberetur, nec unquam poſtea emergeret. Paucis dein ſubventum, ne iisdem caſſibus inciderent: è quibus *Cn. Lentulo* bellum Gætulicum, undè magnarum opum ſpes, commiſſum: *M.* verò *Valerii Meſſallæ* Nobilitati, oblatis in ſingulos annos quingenis ſeſtertiis, ita ſuccurſum, ut egeſtatem ſuſtentaret. Cæteræ gentes plerunq; expertæ, quod (ò indignum facinus!) *Benedictus Scaliger*, Julii Cæſaris pater, à Ludovico Galliæ Rege inhumano prorſus dicto dimiſſus: *Se rationem non habere Nobilitatis, quæ pro cenſu tumulos avorum oſtentaret.* Ergò ad eas artes itum, quas etiam carceres aut ergaſtula ſine rubore non audiant. Ut enim Damaſippus ille apud Horatium,

- postquam omnis res mea Janum

Ad mediũ fracta eſt, aliena negotia curo,

Excuſſus propriis: . .

ita Nobilitas Romana, quum bonis planè elaviſſet, vitæ genus mutare, malis artibus indulgere, ſemetipſam peſſundare. Habete vobis GRACCHORUM familiam illam inclutam, & tantùm non infantibus notam vel ob graviſſimum illum civem, qui Celtiberorum Sardorumq́ domitor tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit: Vel ob filios ejus Tiberium & Cajum, *quos etiam, qui bonos viros negaverit,* ut vult Seneca, *magnos fatebitur.* DEUS bone, quò indignitatis, quò infamiæ recidit! Quum *Sempronius Gracchus* (quem nuñi aurei *Tiberium Ti. F.* appellant) luxu corruptus Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraſſet, ac Cercinam, Africi maris inſulam, amotus, C. Gracchum otii & ignaviæ hæredem reliquiſſet, is adultus mox per Africam ac Siciliam, *mutando ſordidas merces,* ſuſtentabatur. Alii *delatores*

tores facti amplam perſtringendi materiam præbuére.

Eccum toties laudatum Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptorem, è quo Principes, quicquid alii oggänniant, potare debent, non ſecus ac Choaſpe ſuo & Eulæo Monarchæ Perſici. *P. Cornelium Dolabellam*, inquit, *ſocium delationis extitiſſe miraculo erat, quia claris majoribus & Varo connexus, ſuam ipſe Nobilitatem, ſuum ſanguinem perditum ibat.* Quid de ſpurciſſimis *adulationibus* dicam, aut *ſervilibus miniſteriis*, quæ clariſſimorum Virorum propagines obſcurarunt, dicam, an ſuſtulerunt? Hîc rurſus nemo meliùs accuratiusvé temporum illorum deformitatem nobis depinxerit, eodem arcanorum proditore. *Adeò infeſta*, inquit ille, *& adulatione ſordida fuére, ut non modò Primores civitatis, quibus claritudo ſua obſequiis protegenda erat; ſed omnes Conſulares, magna pars eorum, qui pratura functi, multiq; etiam pedarii Senatores certatim exurgerent,*

fœdaq́; & nimia cenſerent. Memoria proditur, Tiberium, quoties curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui ſolitum: O homines ad ſervitutem paratos! Scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tàm projectæ ſervientium patientiæ tædebat.

Nec hîc turpitudini finis, niſi etiam tenellos ſuos adulatoriis muneribus aſſuefacerent. Olim ludis ſæcularibus, teſte *Acrone in Horatium*, hymni Apollini & Dianæ dicebantur à nobilibus pueris: Nunc iidem Naturæ prodigio & in ſtemmatis Auguſtæi dedecus prognato *Caligulæ* operam ſuam addicunt: Iidem vix hominum conſortio dignos in Campum usq́; Martium, ubi Roma Deorum plebem Cæſaribus ſuis augebat, ſacris carminibus proſequuntur. Omnium verò indignationem exuperat, omnemq́; Romanæ Nobilitatis miſeriam abſolvit, quum *Nero* turpitudinis ſuæ amoliendæ, ut putabat, Nobilium familiarum poſteros, egeſtate vænales in ſcenam deduxit,

quos

Digitized by Google

quos fato perfunctos ne nominatim traderet Hiſtoricus, majorum cineribus tribuendum exiſtimavit. Sub *Domitiano*, Flaviæ gentis dehoneſtamento, arenæ commiſſos Satyricus nos docuit:

Profuit ergò nihil miſero, quod cominus urſos
Figebat Numidas, Albana nudus arena
Venator: Quis enim jam non intelligat artes
Patricias? - - - -

Heu infanda & ſterilia Virtutum tempora, quæ ad id patientiæ heroum ſanguinem demiſſum vidiſtis! Sic ſcilicet tyranni florem ſuum excitant, ſic pauperes familias luto extrahunt, ſic imperia ſua ſatis munita arbitrantur! At vos, ò immaniſſimæ patriæ vibices ac maculæ, ideoné tot egregii Viri Romano nomini dignitatem adſtruxerunt & majeſtatem, ut eorum gentiles tenebris obruerentur? ideoné Europam, Aſiam, æmulamq; imperii Carthaginem, ac ingentem Africæ

oram victricibus armis perculére, ut eorum nepotes hoc ſolo Africani viderentur, dum ad cultrum ſe dant, & Numidicas beſtias configunt?

Verumenimverò apices iſti & ſummæ Poteſtates rebus ſuis non benè proſpiciunt, dum, Virtuti omni aditu præcluſo, homines genere eminentes otio atq; artibus inhoneſtis marcere, adeoq; patiuntur. *Facile eſt imperium in bonos*, ait Plautus: Neq; metuendum, ne quis bono loco natus, beneq; juxtà educatus, conſilium convellendi ſtatus publici ſit initurus. Quin imò id à diſciplina nulla formatis, à flagitioſis, ab hominibus infimis timendum eſt. Hi enim faciliimè eò adducuntur, ut turpiſſima ac peſſima quæq; in ſe & alios ſtatuant, quemadmodum præter experientiam omnis ævi hiſtoria clamat. Sed qui hæc talia in arcano fonte Prudentiæ probè lota guſtare velint, pauciſſimi reperiuntur.

Vidimus, *Auditores*, fœdiſſima ignavia, aliisq; ex ea obortis malis, conſeneſcen-

ſcentes familias: Nunc ad apertam ſævitiam (hactenus enim occultè ac leniùs Nobiles periére) illamq; inferorum lacunis coërcendam immanitatem me converto. Seneca breviter:

Quæ dignitas, inquit, *cujus non prætextam, & augurale & lora patricia, & ſordes comitentur, & exportatio, & notæ, & mille maculæ, & extrema contemptio*: Addo ego, *infandiſſimæ cædes.* Ita enim Furiæ illæ, Eumenidum furore rabioſiores, in Nobiliſſimum quemq; ſævierunt, ut ſi annales excutias, omnibus artubus contremiſcendum tibi ſit. Nihil de iis, quos *Tiberii* callida ſenectus ſuſtulit; nihil de feriarum diebus, quibus alioquin lugentes etiam ridebant, ſumma crudelitate funeſtatis; nihil de legibus Majeſtatis, nimium quantum exercitis; nihil de familia SCAURORUM, in Mamerco extincta; nihi de parietibus, ſolorum arcanorum conſciis, jam ipſis patribusfamiliàs ob metum circumſpectatis hoc loco dicam; ſolùm portentum illud,

illud, omnium ſæculorum execratione digniſſimum, & peſtem Nobilitatis, ut Joſephus tradit, *Caligulam* intueamini. Ea belua illuſtres Viros non quæſtionis, ſed animi cauſſa torſit: Deindè adeò impatiens fuit differendæ voluptatis, quam inquies crudelitas ſine dilatione poſcebat, ut à convivio recens in porticibus & ad lucernam (usq; adeò lucem expectare durum erat) quosdam decollaret. Mox de toto Senatu, omniq; Nobilitate, ac ſi poſſet, omnibus Quiritibus trucidandis cogitans, optabat, ut populus Romanus unam cervicem haberet. Horrendum quoq; eſt, quod apud Philonem, ubi Apollinis artibus artes Caligulæ opponit, memoriæ proditum eſt, eum toti imperio Romano ſimilem perniciem ſtruxiſſe. *Iſte contrà ſanis morbos inferebat*, inquit, *mutilationes integris, vivis mortem, manus adſcitam ante fatalia tempora, conquiſitis diligenter veneficiis, quibus, ni divina juſtitia præventus fuiſſet, perdidiſſet, quicquid erat in ſingulis urbibus præſtantium & probatorum hominum.*

Ejus

Ejus ſucceſſor *Claudius* ille ipſe, qui patricios antea legerat, Senatores XXX. Equites Romanos CCCXV. interq; eos Nobiliſſimos quosq; è Craſſorum, Juniorum & Pompejorum gentibus, ad inferos miſit. Nolo hîc catalogum attexere eorum, quos *Nero*, patriæ incendiarius, matris ac præceptoris interfector, fax humani generis, venenum affinium, totiusq; Nobilitatis, &, ut uno verbo ſcelera omnia comprehendam, impuriſſimorum hominum foſſa, rapinæ gratia ſuſtulit atq; occidit. Præſtat certè ſilentio talia præterire, quàm animum triſtiſſimis cogitationibus nimiùm fatigare.

Meliùs, ejus alioquin æmulus, *Otho*, qui *recens ab exſilio reverſos Nobiles adoleſcentulos, avitis ac paternis ſacerdotiis recoluit:* Fuiſſetq, magnum rurſus levamentum, niſi paullò pôſt funeſta Domitiani tempora felicem gentium ſtatum concuſſiſſent. *Plenum tùm exſiliis mare, infecti cædibus ſcopuli, atrociùs in urbe ſævitum.*

Cæterum ſanguinario iſto per inſidias ſublato, quum exhauſtus terrarum orbis ſalutare illud ἴσαι πάντα καλῶς ſentire cœpiſſet, illa liberi ævi ſoboles opidò ad paucos redacta, paulisper reſpirabat. Enimverò Princeps Opt. *Trajanus* clariſſimæ gentis juvenes feſtinatis honoribus amplificavit, auxit & majoribus ſuis reddidit: Quem ob id imortali iſta laude, omnibusq; Principibus affectanda, poſteritati commendavit Panegyricus: *Si quid usquam ſtirpis antiquæ, ſi quid reſiduæ claritatis, hoc amplexatur, & refovet, & in uſum Reip. promit. Sunt in honore hominum, & in honore famæ magna nomina ex tenebris oblivionis* (eruta) *indulgentia Cæſaris: Cujis hæc intentio eſt, ut Nobiles & conſervet, & efficiat.*

Sed ut omni felicitati in rebus humanis hanc Natura legem dixit, ne diu in eodem loco conſiſtat: Ita quæ modò ſub bonis Principibus floruerant, rurſus deſtruexre *Heliogabali* & *Commodi*, ſeu potiùs ſemper Incommodi; item *Maximini*,

mini, uſq; adeò ſeri, ut Nobilem neminem paterentur, ſed Spartaci aut Athenionis exemplo imperarent. Cum primis verò inter alias tùm temporis perpetratas cædes notandus eſt QUINCTILIÆ GENTIS, Troja oriundæ, ut Philoſtratus tradit, interitus. Poſtremi ſplendidiſſimæ domus fuére *Condianus* & *Maximus*, concordia ſua æterna gloria planè digniſſimi. *Putes*, inquit Caſaubonus, *unum fuiſſe, non duos: Ita ſemper conjunctim Quinctilii nominantur à veteribus: Imò ita conjuncti ſemper illi vixerunt. Conſulatum ſimul geſſerunt: Provincias ſimul rexerunt:* Libros *ſimul ſcripſerunt, ſimul ediderunt: Ad Marcum Imp. ſimul literas dederunt: Poſtremò qui ita conjunctè longam egerant vitam, unà ſimul juſſu latronis* Commodi *perierunt.* Hujus verò diritatis in Nobiles exercitæ cauſſam qui deſiderat, *Nicetam Choniatem* conſulat, à quo id reſponſi ferè tulerit: *Pleroſq; Principes formidoloſos & ſuſpicaces eſſe; nec inferno nec morte clementiores in*

Viris Nobilibus & generoſis è medio tollendis: Et ut alta picea, leviſſimo vento impulſa, ramorum aculeis inter ſe colliſis, ſtridunt: Sic ipſos & divitem & fortitudine inſignem ſuſpectum habere. Accuſare inſuper Naturam, quod alios etiam idoneos imperio formarit. Nimirum ſæpiùs Nobilium corpora Virtus conſecrat, & *magnus apud eos verecundiæ ſtimulus eſt laus parentum. Rapitur ad ſimilitudinem ſuorum excellens eorum natura: Nec ſenſim ac lentè indicium promit boni, quum involucra infantiæ vividum rumpat ingenium,* ait eleganter *Nazarius.* Noverunt hoc tyranni; igitur illa libertatis nomina, Brutos, Caſſios, Valerios in nepotibus expaveſcunt: Illos ipſos pugiones, quibus ante ſtatuam Pompeji tyrannidis conditor mactatus eſt, ſibi quoq; imminere ſuſpicantur. Non tamen hîc diſſimulo, quoſdam Nobiles & proprium ſuum furorem perdidiſſe, parùm conſiderantes, libertatem in imo mari ſepultam eſſe; nec cuiquam eruendam, niſi qui ſubmergi velit.

Erat

Erat autem tùm is Romani imperii ſtatus, ut immenſum ejus corpus ſtare ac librari ſine uno rectore vix potuerit; adeoq; & ſibi & patriæ peſſimè conſulebant, quos exempla majorum, in alio ſtatu viventium, ad evertendum dominatum titillabant. Porrò tyrannicis iſtis temporibus plures exempla ſecuti majorum, qui ſub Decemviris iniqua experti fuerant, indignitate rerum abierunt in agros, ſuarumq; rerum erant, amiſſa publica: Tantum ab injuria ſe abeſſe rati, quantum à cœtu congreſſuq; impotentium dominorum ſe amoviſſent. Exemplum ejus rei luculentum, ut alia ſileam, *Trebellius Pollio* nobis exhibet: FAMILIA, inquiens, CENSORINORUM *nomine frequentata, partim Thracias odio rerum Romanarum, partim Bithyniam petiit.*

Habebant autem nonnullæ in ejusmodi provinciis clientelas ab antiquo & hæreditario jure ad ſe pertinentes, tantumq; inſuper agrorum, ut tabularios

laſſa-

laſſarent. *Nonnulli certè* (quod Seneca retulit) *amnes magnos, magnarumq́, gentium terminos, uſq́, ad oſtium à fonte poſſedére. Imò parùm hoc erat, niſi trans Hadrianum, & Jonium & Ægeum eorum villicus regnaret: Niſi inſulæ, ducum domicilia magnorum, inter viliſſima rerum numerarentur.* Hîc maximam vitæ partem agebant, & ſi qui honorem interdum petere decreviſſent, urbem Italiamq; non pro patria, ſed pro hoſpitio aut ſtabulo quaſi peregrinantes habebant. Complures latebris ſuis nunquam exceſſére, donec, orbem Romanum perrumpentibus barbaris, æterna nocte & ſilentio opprimerentur.

Qui in urbe remanſerant pauciſſimi, veterem illam & religioſam gentilitiorum nominum rationem, ut ex Inſcriptionibus, aliisq́; certis indiciis apparet, penitùs amiſére, adeò ut ſi qui Proceres, Summates, vel Nobilium optimi, inferioris ævi Scriptoribus nominantur, ex certa ſtirpe vel Aureliorum, vel Claudiorum, vel

vel Fabiorum, aliorumvé ſalv: fide dici non poſſint. Mihi ætate infima ex tot vetuſtiſſimis gentibus ſoli GRACCHI, Chriſtianis ſacris initiati, apud Prudentium, SCIPIONES, apud D. Hieronymum, MANLII TORQUATI ſub Theodorico Veronenſi Italiæ Rege ex Faſtis hactenus occurrére. Sed & hi, quum Totila, Gothorum tyrañus, Romani imperii gloriam armis ſuis diſſolviſſet, cum cæteris omnibus familiis abducti, vel potiùs (quia altum de iis poſtea ſilentium) everſi; notatumq; fuerat peritis, eas *ſeptingentis annis* à Roma condita in C. Julii Cæſaris Dictatoris ævum,

Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites,

honoribus & dignitatibus viguiſſe: *Totidemq;* ſub Imperatoribus ad Totilam usq; variis caſibus & calamitatibus fuiſſe laceratas. Quid multis? brevibus me expedio è mellitiſſimi oris Lanſio: *Veteres Romani Nobiles nulli ſunt omnes, & emortui ſunt omninò omnes, & in cineribus hoſpitantur.* Nul-

Nullius hîc detrectabo Nobilitatem, ſed interim ridere eorum inſaniam libet, qui in fidiſſimorum teſtimoniorum inopia Romanis familiis tàm curiosè ſe inſinuant. Vetus quidem morbus iſte, in recenſu majorum, ubicunq; defecit nomen illuſtre, illicò Deum fingere. Sed neſcio, annon plures tali frigore hodiè obſideantur, qui Ganymedæam gentem, aut *campos, ubi Troja fuit*, cum noſtris confundunt, qui vel Gothorum vel Vandalorum reliquias Romanum ſanguinem faciunt. *Multa millia inter Xanthum & Rhodanum intereſſe*, ſtupido ſuo Claudio quod quondam occinebat Romanus Sapiens: Idem ferè in hodiernos torſeris, *quibus eſuriens ſtomachus genealogias ſæpè dictat*. Eos legitimæ hiſtoriæ nævos ſæculi noſtri Phœnix DANIEL HEINSIUS, ſub perſona *Hiſponis*, Satyrico ſale benè perfrictos, tandem ſic abſolvit:

Nobilitas vænalis erit: Sex aſſibus Hiſpo

Caiolam neptem Fabii, Paulamq́;
nepotem
Fabricii faciet: Licet hæc olim, al-
tera corpus
Vendat, & obſcœno quæſtum merca-
tur in antro.

Sed id fortè nugivendi iſti opinantur, quod Plinius enunciavit: *Mentiri clarorum imagines, erat aliquis Virtutum amor.* Secus videtur cordatioribus, ut qui Virtuti cum mendacio nihil eſſe ſciunt commercii. Sipientiùs *Veſpaſianus*, quum noſſet, obſoleta circa ſe eſſe nomina, & parùm indulgente adjuta fortuna, id nunquam diſſimulavit; ſed potiùs eos, qui originem generis ſui ad Comitem Herculis referre conabantur, ultrò irriſit.

Quamobrem eam viam inſiſtamus, quam Vir ille, in quo, teſtimonio Belgæ cujusdam, invidia non invenit, quod calumnietur, MARCUS, inquam, WELSERUS in Vindelicis ſuis nobis præſcripſit, & egregio ejus dicto, velut gemma quadam,

dam, diſſertatiunculam noſtram obſignemus : *Altè ſedeat, Nobilitatem originumq; ſplendorem, nulla re æquè ac VERITATE commendari: Nec committamus, ut falſis ornamentis conquiſitis ac aſtutis illorum fidem, quæ vera ac certa ſunt, labefactemus.*

ADDITAMENTUM.

Tua venia, L. B. quæ ſtudii noſtri ratio & conſcientiæ ſtimulus efflagitant, adjungo. Noſti intaminatam virginem HISTORIAM, nihil ex vano hauſtum velle, ſine fuco prodire, ſine figmento. Eſſe tamen, qui collutulare conentur, magno cum dolore deprehendunt Veritatis ſtudioſi. Suprà pag. 8. ab *Episcopo Accitano* nonnulla de *Camillis* mutuatus, quod ad hiſtoriam *Sullæ* ſpectare videbantur, exhibui; judicium verò, ambitioſam ibidem & minùs convenientem prolixitatem veritus, diſtuli. Nunc, dicam,

dicam, quod debeo, ſacrificulum illum eorum, quos in exordio innuo, h. e. fide dignorum numero non cenſeri. *Pollionem cap. 1. Horol. Princ.* citat, ſed qui fato ſuo functus Æternitatem habuit minùs quàm æquam. *XVII. libb. Hiſtoriarum* ſcripſiſſe, auctor *Suidas*. Citant *Tacitus, Suetonius*, alii, ſed in iis nihil horum. Idem de *Cinna* eſto judicium. Certè quæcunq; de *Clavilla*, M. Camilli filia & à Siciliæ Rege in matrimonium petita, adfert, nugæ ſunt & amantium ſomnia, de quibus majorum gentium Scriptores ne γρῦ quidem. Cumprimis vanitas apparet, dũ M. Antonini Philoſophi matrẽ *Domitiam Clavillam* appellat, ignarus, in Domitiorum gẽte *Clavinos* fuiſſe, adeoq; apud Capitolinum *Clavillam* dicendam. Hinc tot aniles fabulæ, & vagientium oblectamenta, de *Clavilla* & *Clavillis*. Sed jam illud Viri magni in mentem eſt, *Hiſpanos ex opinione tantùm vivere imaginando & fingendo nunquam facta, nunquã futura*. Te, Lector, cum voto dimittimus; *Benè agas, qui benè nobiscum!*

dam, diſſertatiunculam noſtram obſignemus: *Altè ſedeat, Nobilitatem originumq́; ſplendorem, nulla re aquè ac VERITATE commendari: Nec committamus, ut falſis ornamentis conquiſitis ac aſsutis illorum fidem, quæ vera ac certa ſunt, labefactemus.*

ADDITAMENTUM.

Tua venia, L. B. quæ ſtudii noſtri ratio & conſcientiæ ſtimulus efflagitant, adjungo. Noſti intaminatam virginem HISTORIAM, nihil ex vano hauſtum velle, ſine fuco prodire, ſine figmento. Eſſe tamen, qui collutulare conentur, magno cum dolore deprehendunt Veritatis ſtudioſi. Suprà pag. 8. ab *Epiſcopo Accitano* nonnulla de *Camillis* mutuatus, quod ad hiſtoriam *Sullæ* ſpectare videbantur, exhibui; judicium verò, ambitioſam ibidem & minùs convenientem prolixitatem veritus, diſtuli. Nunc, dicam,

dicam, quod debeo, ſacrificulum illum eorum, quos in exordio innuo, h. e. fide dignorum numero non cenſeri. *Pollionem cap. 1. Horol. Princ.* citat, ſed qui fato ſuo functus Æternitatem habuit minùs quàm æquam. *XVII. libb. Hiſtoriarum* ſcripſiſſe, auctor *Suidas*. Citant *Tacitus, Suetonius*, alii, ſed in iis nihil horum. Idem de *Cinna* eſto judicium. Certè quæcunq; de *Clavilla*, M. Camilli filia & à Siciliæ Rege in matrimonium petita, adfert, nugæ ſunt & amantium ſomnia, de quibus majorum gentium Scriptores ne γρῦ quidem. Cumprimis vanitas apparet, dũ M. Antonini Philoſophi matrẽ *Domitiam Clavillam* appellat, ignarus, in Domitiorum gẽte *Clavinos* fuiſſe, adeoq; apud Capitolinum *Clavillam* dicendam. Hinc tot aniles fabulæ, & vagientium oblectamenta, de *Clavilla* & *Clavillis*. Sed jam illud Viri magni in mentem eſt, *Hiſpanos ex opinione tantùm vivere imaginando & fingendo nunquam facta, nunquã futura.* Te, Lector, cum voto dimittimus: *Benè agas, qui benè nobiscum!*

ORA-

ORATIO SECUNDA,

DE GENERE, VITA, ET OBITU V. CL. DN. MICHAELIS VIRDUNGI, POLITICES ET HISTORIARUM Profeſſoris Publici.

DEDICATIO.

UT nos Turcarum annales docent, *Temur Chan* capto ab ſe Bajaſiti Childerumi, *Si mundus hic*, dicebat, *ullo in pretio eſſet apud* DEUM, *non mihi & tibi, peſſimis ac ſceleratiſſimis mortalium, ſed ſuis ſanctis eum conceſſiſſet.* Ita barbarus non adeò barbarè, quam

quamvis de ſe parùm ſplendidè! Videmus cotidiè, quàm raram, imò nullam terrena iſta felicitas cum probitate mixturam faciat; quamque lauta in improborum ſinus miſſilia ſubindè diſpergantur. Cæterum ut ſucceſſus iſte poſtremo vitæ momento terminatur, & adulterinum ſe fuiſſe animæ, domicilio fugienti, ſerò nunciat: Sic contrà pietatis amatores, quum poſt varios caſus mortales eſſe deſinunt, tùm demum ſolidam auſpicantur lætitiam. In ſuperiora non excurro: Fuit modò ante oculos VIR pænè ſine exemplo, ſed omnibus in exemplum natus, MICHAEL VIRDUNGUS, qui per annos ſexaginta ſexcentis ampliùs præliis cum adverſa fortuna congreſſus, interim, ut de ſapiente Poëta,

Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum,

incorruptæ felicitati, cujus in his terris nec vola nec veſtigium apparet, ſic proludere ſe animo verè Chriſtiano cenſebat. Datum eſt optimo, cujus contem-

plati-

platione inter aſpera toties reſpirabat: Et jam nobis ereptus, ad majora ſe fuiſſe genitum experitur, quàm ut inter albæ gallinæ filios terreſtrium voluptatum aggeſtu & gaudio nimiùm caduco tripudiaret. Quamobrem animæ felici, & æterna ſortitæ, gratulor; ſed quod è ſummæ illius eruditionis fonte nil amplius hauriendum video, hoc eſt, quod altiùs penetravit; duxiſſetque indubiè callum, niſi doloris mentione in dolores animum diſpenſaſſem. *Eſt enim*, ut veriſſimè Pacatus, *aliquod calamitatis delinimentum, dediſſe lacrymas, & pectus laxaſſe ſuſpiriis.* Scripſi Oratiunculam, & me præteritorum memoria excitavi, quamvis (quod ingenuè fateor) rem arduam minori ſtylo proſecutus. Equidem tàm egregium Virum, & quo præſente omnis Græcia & Latium aderant, ore profano memorare ipſe nefas arbitrabar; adeoque privatos tantùm parietes lacrumarum mearum conſcios volebam. Sed in diverſum abiére *Patronorum* & *Affinium* conſilia, qui,

Digitized by Google

qui, ſi pro meritis non poſſem, debere me quoquo modo pietatem publicè teſtari, judicabant.

Quicquid igitur ardor ille (quem tamen à vero deviare minimè paſſus ſum) quicquid amoris ſtimuli, non niſi mecum deſituri, ſuggeſſére, pro immenſis illis beneficiis, per integrum decennium mihi exhibitis, ego nunc Vobis, ô *Auguſta Urbis Auguſtæ Senatores*! Inſolens, dicet aliquis, & erubeſcendum verbum, ea magnis VIRIS inſcribere velle, quæ tibi ipſi non ſatisfaciunt. Ego verò rurſus fateor, extremam eſſe agelli mei ſterilitatem, nec in ratiunculam contra beneficia Veſtra chartam iſtam tenuem venire debere. Sed hîc ornamentum Academiæ Veſtræ, ſed pulcerrimum Germaniæ decus, VIRDUNGI nomen inquam, velut oculiferium, prima ſtatim fronte oſtenditur.

- - Non Phœbo gratior ulla eſt,
Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.

C inquit

inquit Virgilius; quod ſic immuto:

Noridos urbs, domus alta Deûm, tu
læta renides,
Quum ſibi VIRDUNGI *præſcripſit*
pagina nomen.

Non curiam Veſtram hîc lambo, Patres Patriæ; quum qua literatus Orbis patet, omnes mihi conſonent, Vobis ſemper in deliciis fuiſſe erudita nomina, & Veſtrum *proprium videri, illis prodeſſe, ſicut caloris calefacere*, ut veteres è porticu Sapientes loquebantur. Nec profectò Thebanorum civitas, quamvis Jovem generum, Martem ſocerum, Liberum & Herculem alumnos ſuos viderit, tàm lætari poteſt, quàm Vos Altorphina delectat, inter fluctus iſtos decumanos, & turbas longè turbulentiſſimas, quæ pleraſque artes exſiliis puniebant, ſumma cura ac benevolentia Vobis protecta. Sed quid ego iſta? Quoniam eloqui dignè non poſſum, ſolo iſto voto, è Plinio juniore petito, mentem tot eximia Veſtra agnoſcendi cupidam explico:

DENT

Digitized by Google

DENT VOBIS, PATRES ÆTATEM DII, QUAM MEREMINI, SERVENTQUE ANIMUM, QUEM DEDERUNT! Scribebam Altorphi ſub finem Decembris A. C. M. DC. XXXVII.

PARENTATIO.

SIcut rem mali exempli Sapientes putant, aliena funera laſcivis ſermonibus inquietare; ac ſe humani generis odio, Deûm iræ, propiùs propiusq; admovent, quibus, ut eſt in proverbio, mortuis leonibus barbas vellere ſumma voluptas eſt: Ita viciſſim, qui pietati debitas lacrymas impendunt, rectè atq; ex inſtituto Majorum agere videntur. Natura certè his legibus nos invicem obſtrinxit, ut quod ſibi quisq; expectat humanitatis officium, aliis idem præſtandum cenſeat.

Quod ſi Stoici, ſi è quercu aut petra nati, ſi Naturæ oblatratores non ſumus, corpori, tanquam mentis olim contubernio, non ſolùm de ſepultura proſpiciemus, ſed etiam ſupremo aliorum affectu non indelectabimur.

Ne longiùs deflectam, illuxit Univerſitati Noſtræ inauſpicatiſſimus dies, quo ille tot inſignium Scriptorum molitor, & contemptor terreſtrium animus, animus, inquam, rectus, bonus, magnus magni illius MICHAELIS VIRDUNGI, cœlo pridem conterminus, nunc inſertus, imbecilli, variiſq; & morbis & laboribus collapſo diverſorio exceſſit. Quo quidem heu! immaturo mihi abitu licet nubem oculis obductam, dentes colliſos, vocē intercluſam; licet pectus & viſcera divulſa, mentem deniq; ipſam ſtatu motam Vobis dicerem; tamen arcano cruciatu meo longè minora cognoſceretis. Equidem dolorem iſtum latiſſimè evagandi ſibi viam facturum, & quacunque tantæ probitatis atque eruditio-

ditionis fama percrebuit (percrebuiſſe autem mille vocibus, & extremis in locis, ubi humaniorum literarum nomen deſinit, ſtatuiſſe terminum ſuum advenarum teſtimonium eſt) ibi communi cauſſæ bonos omnes lacrymas ſuas daturos, nulli dubitamus.

Sed me cumprimis urit & torquet, mihi caliginem præcipuam offundit, meos ſenſus validiſſimè percellit, tàm profundæ tamque inexhauſtæ doctrinæ templum; ad quod, velut cortinam Apollinis, confugere ſolebam, reſponſa petituro inpoſterum negatum obſtructumque: Sed eum mihi ademtum eſſe, qui poſt dulciſſimorum parentum diſceſſum, tanquam paterni affectus & fidei ſucceſſor, multum lacrymarum deterſit, qui literulis meis quanto, fidem numinis! æſtu fluctantibus Patronos quæſivit, qui omnibus adverſæ fortunæ decretis, ut ſacratiſſimus quidam Tribunus frenum aut moram injecit. Utinam verò ea dexteritate, qua Noſter clariſſimorum

etiam facundiam, ſuæ admotam, extinguere poterat; eoque verborum honore, quo ingentes animas ex hoc ipſo loco quondam commendaverat, tot beneficiorum memoriam aliaque ſummi Viri admiranda percolere, in facultatibus eſſet meis; equidem ne ejus virtutibus injuriam aſpergerem, minùs nunc vererer.

Huc accedit & formidinem in immenſum auget Splendidiſſimus iſte conſeſſus, cujus in piè defunctum affectum quum me longè inferiora ſciam allaturum, idem planè experior, quod Romanus Sapiens ait, *ut ſudor erumpat, non aliter quàm fatigatis & æſtuantibus ſolet.*

Cæterum inter tot difficultates quod delinquenti frigidam adſpergere poſſit, unicum hoc ſupereſt, apud æquos judices, quales Vos eſtis, non tàm verborum apparatus, quàm animum non adumbrata triſtitia vultum colorantem, aut conductæ linguæ verba ſuggerentem (qualem etiam beatiſſimi manes execraverint) ſed illum vero amore ſuccenſum diligi, & ponderari. Quam-

Quamobrem eo confiſus *Magnificos, Nobiliſſimos, Ampliſſimos, & Prudentiſſimos Dominos Scholarchas, Magnificum Dominum Rectorem, Illuſtres & Generoſos Dominos Barones, Nobilem, Ampliſſimum, & Conſultiſſimum Dominum Procancellarium, admodum Reverendos, Conſultiſſimos, Experientiſſimos, Clariſſimos, Excellentiſſimosq́, Dominos Profeſſores, Nobiliſſimos, & Præſtantiſſimos Dominos Studioſos*, ea, qua par eſt, obſervantia accedo, quæſoq́; ut me, etiamſi virtutes Præceptoris optimi non capientem, admirantem tamen, benevolentia ac favore ſuo complecti velint. Etenim ut quondam in Deorum ſalutatione eminùs ſtantes (quod Deos ore profano tangere verebantur) manus porrigebant, eamq́; ſtatim ad os relatam ſuaviabantur: Ita nunc faciendum mihi exiſtimo, & cùm reconditas illas animi dotes penetrare non licet, quædam de longinquo exoſculabor.

Eſt hæc præſtantium Virorum

„ Sapientia, non ab auro, ſed acie ha-
„ ſtam commendari; iniquum fore, qui
„ veſtimentorum pretium conditorio
„ æſtimet, eodemq; honore proſequẽ-
„ dum eſſe vel Galbæ vel Æſopi malè ha-
„ bitantẽ animũ, quàm cùm urbana ve-
„ ſtis ſit circundata Virtuti. Undè progreſſi alii à natali ſolo, & majorum imaginibus, aliisq; Fortunæ bonis, tanquam extra hominem poſitis, neminem deprædicari poſſe arbitrantur. Quod verò pace eorum dixerim, tot non ſolùm gentibus, à quibus animis oculisq; illi utuntur alienis, ſed & pleniori Sapientum concilio lubentiùs obſequimur; qui ut ſummam felicitatem in externis iſtis non collocant, eidem tamen ſuffragium ſuum addere, ornamento neceſſario eſſe, vim deniq; animis mortalium imprimere præclariſſimè decernunt.

Quamobrem quum à multis ſæculis clarorum Virorum facta moresq; dicturi ab eorundem patria exordiendum ſibi perſuaſerint, etiam tu inter prima mihi occur-

occurris, Germanicarum regionum o-
celle, FRANCONIA: Quæ non è Tro- “
jæ cineribus, aut ignobili Bojorum “
vico, aut Sicambriæ angulo, quod ſu- “
perioribus ſæculis in nocte illa Papa- “
lium temporum *Hunibaldi*, *Annii*, “
Trithemii, *Aventini*, aliique ad fabu- “
loſa, velut æſtu quodam abrepti, ſo- “
mniarunt; ſed ex pluribus Germaniæ “
populis, pro Reipublicæ & patriæ “
gloria, in unum corpus, & in horren- “
dum iſtud Romano Imperio nomen “
feliciter coiviſti, quæ incredibili virtu- “
te Græcia Aſiaq́; victoriis perluſtrata, “
Syracuſis expugnatis, ſuperato etiam “
ipſo Herculeo freto libertatem Galliæ “
tandem aſſeruiſti; quum interim (ò “
pudor) Romani Imperatores mimi- “
cos triumphos agerẽt, gentes bellico- “
ſiſſimas, quarum ne adſpectum ferre “
poterant, opinione ſua linguaq́; mo- “
dò in conviviis ſtrenua occiderent; “
ſed & planè ſtolida ambitione *Francici* “
& *Alamannici*, nec non *Gipedici* & “

„ *Longobardici*, alioſq; bujuſmodi ti-
„ tulos in edictis ſibi vindicarent. Non
„ domeſticos teſtes ſequor, ſed hoſtes
„ & Germanici nominis lancinatores
„ Græculos, quibus *Francorum virtus*
„ cùm iſtam confeſſionem tùm alia in-
numera extorſit.

Igitur majores ſuos in gente tàm conſpicua recenſēs, utrum ampliorē gloriam refuderit, an acceperit VIRDUNGUS noſter, poſterorum arbitrio relictum eſt. Illud conſtat, & multis ſæculis probatum eſt, quod Simonides lyricus docuit: *Beatè ac perfecta ratione victuro ante alia patriam eſſe debere glorioſam*; & quemadmodum vitæ, ſic laudis initium Noſtro FRANCONIA fuit: *Sed principia ſua ſemper magnitudo ſequens obruit.* Obruit autem? imò ipſo illo ſplendore ſuo longè eminentiora facit. KITTINGA, magis definita Noſtri patria, hiſtoriarum monumentis haud perindè celebrata, nunc iſtud egregium habet, & in ultimam poſteritatem transfundi digniſſimum, quod

Reip.

Reip. literariæ VIRDUNGUM imputare poteſt.

Primus autem familiæ magnam gloriam intulit JOANNES VIRDUNGUS *de Hasfort* (quem, ſi rectè memini, VIRDUNGUS quidam *ab Hartung* noſtri proavus patruelem habuit) natus eodem, quo divini ingenii Comes, JOANNES PICUS MIRANDULANUS anno, & propter ſummam poſtea in Mathematicis ſcientiam & fidem à CAROLO V. A. C. cIↄ, Iↄ. XXI. Imp. Auguſto iis inſignibus, quibus antiqua & honorata illa domus etiamnum utitur, donatus. Avus exemplar infucatæ pietatis, juxta ſanctiſſimos illos Viros, qui bello Punico ſecundo omne aurum & argentum ad ſuſtentandam temporis difficultatem in medium protulerant, à noſtris collocari meruerat; niſi hoc ipſi negaſſent vel communis omni ævo Inſcitia; qua, neglectis majoribus, ſæpè lapidem è ſepulcro pro Deo veneramur, & Æneam, utcunq; genitum, perq; deper-

ditæ à ſe urbis ruinas patrem ferentem, indigetem facimus; vel virulenta Malignitas, qua *debita Virtuti pretia ſubtrahimus, & aliena laudis ſilentium gloriam noſtram exiſtimamus.* Quum enim ſuperiori ſæculo *Alcibiades* ille *Germanicus* intra Franconiam graviſſimæ tempeſtatis inſtar detonaret, plerię; Kittingenſium privata damna cogitare, portam proximam circumſpicere, variis modis in præſenti fortuna ſibi conſulere. *Hi enim mores, dicam, an morbi? omnium ferè mortalium ſunt, ut patriam ejusq; calamitates lingua circumferant; cùm penitiùs introſpexeris, larvæ apparent, & aulæa ſcenica, & ſuæ tantùm ſegetis cura.* Sed VIRDUNGUS iſte, quanquam extremæ lineæ admotus, & velut alter Atharias, pallori civium obſtitit, ne fluctuantia vela desererent, aut permitterent tempeſtati navem: Omnia pietatis jura violaſſe, patriam ipſam prodidiſſe, qui è patria diffugerint. *Nihil proficit ratio, ubi formido radices agit, & frigus animos,*

jam

jam planè obſeſſos, tenet. Paucis abhinc diebus adeſt victor, opido aratrum, cædem hominibus minatur; ni tribus florenorum millibus calamitates ſuas redemtas velint: Quum noſter decrepitus, inſigni exemplo, ſe & pecuniam ſuam omnem, medio in ponte, iratis genibus advolveret. Unius horulæ moram " ægrè ferens Marchio, qua manu ar- " gentum acceperat, eadem objurga- " tum, ſed nihilominus exultantem, à ſe " dimiſit. Magnum profectò Virum, " qui bellicoſo Principi victoriam ex- " cuſſit, &, patria liberata, invictum ſe " teſtatus eſt. Etenim dum concivium ſalutem emtam ſibi renunciat, fortuitum iſtud non tantùm ſuperavit, ſed ne ſenſit quidem. Adæquavit igitur Romanam virtutem, & quod tabulas referri non patitur, ut ſua meliori patriæ ſtatu reddantur, tantò præſtantior fuit.

Ab eo genitus MATTHÆUS VIRDUNGUS, Senator poſtea Kittingenſis, ducta in matrimonium *Anna Nusholdia,*

holdia, è ſevera & antiqua domo, WILHELMUM, PAULUM & MICHAELEM procreavit. Ipſum verò è carmine quodam piè defuncti Vobis deſcribo Virum, in exiguo opido magnum, qui, mente facultatibus addita, omnes, quos probitas pauperes fecerat, lubens ſublevarit; ſatis amplam mercedem ratus, benè feciſſe. *Non* enim *in theatrum abit Virtus, non populum advocat, non fœneratores agit, ſed, contemto famæ præmio, intra ſe manet, ac ſibi ſufficit.* Quamobrem *ut in plantis veriſimile eſt diffundi qualitates latiſſimè;* ita parente, avo, majoribus inſignis MICHAEL VIRDUNGUS noſter, quicquid ab iis pium, quicquid egregium, quicquid ſanctum & innocens prioribus ſæculis affulſerat, hauſit, exeruit, diffudit. Laudabant emicantem indolem vicini, gratulabantur familiæ, ſuis quisq; liberis exemplum indè expetebat. Sed pater *filios ædibus ſimiles prudenter judicabat, atq; ubi immigret ſingis non bona inquilinus, facilè vitium*

addi

addi, grandinem imbremq́; negligi, tegulas confringi, juncturas diduci, tigna & lapides ruinam minari. Conducunt hîc habitationem turpiſſimi hoſpites, Ignavia, Contumacia, Laſcivia; niſi à contactu alieni corporis, & improborum cœtu, tenellos tuos avocaveris. Itaq́; pater hac in re minimè ſupinus filium Chriſtianæ pietatis liquore probè imbutum; velut gemmam ad cotem exigebat, libros aſſiduos comites dabat, omnium dierum acta ſcrutabatur; ut in optimis artibus optimum ingenium adoleſceret.

Jam iſte terris renunciaverat, quum VIRDUNGUS noſter, licet in adoleſcentes nondum transſcriptus, annorum tamen curriculum virtutis curſu prævertens, ſibi ipſi ſtimulos adjiceret, *Hoc age, cui incubuiſti*, vivorum numero exemtus eſt. *Tu videbis, ne induſtria langueſcat, intendatur ſocordia, ne iis ſimilis fias, qui, ſpoliati tunica, complorare ſe, & in ipſos capillos impetum facere; quàm ut porrò contrà hiemem corpus muniri debeat,*

beat, circumſpicere malunt. Unica ex te ſpes; ibis per veſtigia, non niſi Sapientibus calcata! Nulla verborum, nulla ingenii facultate exprimi poteſt, quantum ad victoriam momenti adferat, ſibi imperare. Lectiſſimi milites, ſui excitatores in alto ſilentio, & nocturnis inſidiis hoſtem aggrediuntur, & præſidia loco dejiciunt; imbelliores tuba & cornua & locatus à tergo miles in hoſtem agunt: Ita animus, qui ſua potiùs naturæ inſtinctu quàm ſub alio movetur, generoſior fortiorq́; dicendus eſt.

Creſcente cum ætate judicio, AR-
„ GENTINAM cogitavit, Nobilem,
„ & ſtudio iſto, quod per excellentiam
„ *Humanitatem* nuncupamus, aliisq; o-
„ ptimis artibus, pulcerrima præſtan-
„ tium Virorum ſucceſſione, in hunc
„ usq; diem, &, ut ſubnaſcentia illîc ſi-
„ dera ſperare nos jubent, inpoſterum
quoq; florentiſſima. Nimirum Academias, Cæſarum Regumq́; delicias, Sapientiæ ac Veritatis templa, Reip. ornamenta, *non labyrinthos eſſe, aut arenam vitio-*

rum,

rum, inter ſeſe concurrentium; ſed hîc veram ſolidamq; doctrinam inſtillari, hîc barbariem exui, hîc patriæ ancoras fabricari à prudentioribus, noſter audiverat. Qui ſuperciliosiùs judicant, iis ſcabiem nemo invidet; cordatiores à genuinæ matris uberibus ad nutriculas non abeunt,

Aliquot abhinc annis egerat in eodem Muſarum domicilio frater, natu major, PAULUS VIRDUNGUS, homo conſpicuæ eruditionis, & quà Medicis quà Mathematicis ſtudiis per Germaniam, Galliam, Angliam feliciter deditus; eſſetq; jam illuſtrius nomen, ſi aut Maroni Bathyllus non obtigiſſet, aut fata diutiùs ſuperſtitem voluiſſent. Noſter diverſam ab eo viam, ſed non minùs glorioſam inſiſtens, Juris Civilis diſciplinæ politiorem literaturam, Antiquitatis & recentioris Hiſtoriæ theſaurum, " eloquentiæ potentiam, amœnitates " Poëtarum, & quicquid uſpiam fatali " priorum temporum ſiniſteritati ſub- " tractum eſt, tanto ſucceſſu adjunxe- " rat,

rat, ut exactam in his omnibus ſcientiam cum annis conferentes, vel ætatem ultrà putarent, vel conceptum in ipſis Naturæ divitiis crederent.

Ita quem ARGENTINÆ fama primùm circûfluxit, acriore pòſt complexu JENÆ alligare videbatur. Annus erat poſt orbem recuperatum milleſimus quingenteſimus nonageſimus ſeptimus, à nato VIRDUNGO noſtro viceſimus, quum Vir Ampliſſimæ dignitatis NICOLAUS REUSNERUS, *noſtrum*, velut ingenii & eloquentiæ palmam meritum, quamvis non ambientem, die XXI. Januarii, more majorum, *laurea coronavit*. Erat hæc conſtans & perpetua ſententia, nihil impudenter affectare, aut ambitioſè contemnere. *Jamdudum ſuo quodq; nomine appellare deſiimus, & quod modeſtia eſt, nunc ignavia vocatur*: Sed VIRDUNGUS noſter, à plebe ſecretus, ad rectæ rationis lancem omnes actiones ſuas dirigens; aureum iſtud excellentiſſimi JCti utraq; manu tenuit, *viles eſſe, aut ſe fa-*

ſe facere, qui titulos viliter ambiant. Plerunq; *imperitos ſe ingerere, imperitia faciente confidentiam; quum ex diverſo ſumma eruditio non mediocrem metum faciat. Imperitorum attritam, peritorum mollem & imbecillam frontem eſſe.* At honorem, ſemet offerentem, queî repudiare potuit? queî, ut folia infructuoſa, faſtidire? Opinionem bonorum, & vocem incorruptè judicantium, honeſtiſſimum Virtutis fructum eſſe, à Sapientiæ magiſtris didicerat.

Poſt hæc in *Bohemiam* abiit, & candore ſummæ eruditioni juncto Illuſtrem & Generoſum DN. SIGISMUNDUM à SMIRZIZ ſibi maximè conciliavit, filio certè magnæ indolis JAROSLAO à SMIRZIZ rector datus parentem, variis negotiis diſtrictum, à gravi curarum mole abduxit. Licet enim patres vulgati proverbio dicti non immemores eſſe debeant: *Oculus domini inprimis equum ſaginare, atq; optimum in agro fimum eſſe domini ſoleam*; tamen ad optima nati

ado-

adoleſcentis hujus contuberniū nihilominus fervebat, patris abſentiam Ephori ſtudio explente. Frequenter illum narrare memini, ſuaviſſima diſcipuli memoria ſe non ſemel recreatum, quem elegantia morum amabilem, & in majorum veſtigia intentum, exemplo quàm vi, ratione quàm imperio faciliùs rexerit. *Nec profectò, ſi Ephorus virtute, diſcipulus obſequio certet; ſpecioſius in univerſa terra certamen exiſtimant, ſeu victus alter fuerit, ſeu vicerit!*

Elapſo ferè biennio, quum legitimam miſſionem impetraſſet, utilem ſe efficere literis, & ſibi propoſitum habebat, ægrum animum ſuiq; oſorem ratus, qui, cœlum crebriùs mutando, annos, valetudinem, & eximios ſtudiorum fructus non obſervet ac reſpiciat. Sed quem alium locum ſibi deligeret, niſi ipſos Muſarum lares, ac benevolam nutricem illam, quæ magna conatis magna ſubindè præmia decrevit, & (quod incomparabilis Lipſius fieri non poſſe credebat) Belgio fulgentiſſimum ſidus abſtraxit.

Di-

Digitized by Google

Dicam apud liberos liberè & tanquam “
in ipſius Veritatis conſpectu verè, non “
illa Principum palatia (ut NORICA- “
RUM ædium ſplendorem hiſtoriæ “
commendant) non forum, curiam, “
& templa, quæ exteri conſpicientes “
aulas Deorum credidére; non ſtu- “
penda opificum ingenia, quibus Italo- “
rum livor coërcitus eſt; non pro Im- “
perio contra Turcicam rabiem, pro “
Libertate cótra Germanicos Achilles “
fortiter geſta (quanquam magna eſſe “
legimus, & admiramur) tàm æſtimari “
debere, quàm quum generoſo ſtudio “
& nullis tacenda ſæculis virtute S.P.Q. “
NORIBERGENSIS literas in patri- “
am recepit, dignationem artium do- “
ctoribus habuit, omnibus profuturos “
ex omnibus elegit, Galliam, Belgium, “
aliasq; Nobiles provincias ſolicitavit, “
ingeniis viam aperuit, tenebras plus- “
quam Cimmerias hîc locorum pura “
ac divina lucè diſcuſſit. O amatum “
DEO populum, amatum hominibus! “

ò ani-

„ ò animos ab altiori ſede deſcendentes!
Sic quondam magni Reges, quum ſe viderent domicilium iſtud fragile, fluxum & caducum ingreſſos, ut rurſus exirent; aliam ſibi vitam, quæ, corpore terra obruto, universa temporum ſpatia æquare poſſet, è literis quæſivére. Cæterum tanta, quibus ſummorum Virorum dexteritas ægrè ſufficit, demens ego ſim, ſi balbutiens & nullis eloquentiæ donis inſtructus commemorem; illud dicere volebam, VIRDUNGUM, relictis Chalcedonum campis, Byzantium migrare voluiſſe.

Itaq; NORIBERGAM venit, Reip. ſtudia ſua ritè obtulit, & quum ſuffragia duo haberet, Eruditionem ac Probitatem, *Eloquentiæ & Hiſtoriarum Profeſſor* nuncupatus eſt. Nec enim aliter Ampliſſimus Ordo eligere, nec aliter VIRDUNGUS eligi cupiebat: Non poſſam hîc ſilere auream, & quæ inſtruendæ poſteritatis in Ævi tabulis exponatur, digniſſimam vocem; quam quum paucis

ante

ante obitum ſeptimanis pertinaci valetudine graviter adflicto aſſediſſem, inter alios ſermones, æternùm mihi ſalubres, ea, qua in docendo pollebat, gravitate ac conſtantia, emiſerat: *Ita ſentio,* inquiens, *& ſententiam meam pectori tuo ſemper inciſam volo: Qui drachmam legitimè impetravit, talentum habet: Et qui talentum improbè conſequutus eſt, ne drachmam quidem habet!* Officium tàm honeſtè adeptus, honeſtè præfuit & gloriam Univerſitatis, à *Donellis, Rittershuſiis, Scipionibus*, aliisq; magnis accenſam nominibus (quæ toto orbe decantata referre quid opus eſt?) non ſolùm non deformavit, ſed admiratione doctrinæ ſuæ auxit; plures doctrina per Europam eminentes in amicitiam traxit, atq; ita judicavit, non ſibi dignitatem, ſed ſe dignitati datum.

Quamprimum cathedram aſcendit, animos potiùs, quàm aures atq; oculos paſcendos exiſtimans, non ad ſtramineum *Beroſum*, aut nullius nationis *Mataſthe-*

ſthenem, aut *Pſeudo-Philonem*, aut *Dictyn Cretenſem*, à Cretenſi aliquo effictum, aliáſve hujuſmodi nænias, quas febricitantes monachi ſomniarunt; nec ad pictores illos, ab Andronico Palæologo dilectos, qui, ubi nævus aliquis occurrit, artificioſè diſſimulant, & magnatum gratiam aucupantur; nec ad acutu-
„ los illos, qui ſermocinari magis, quàm
„ ſuadere poſſunt, & tempus ſæpè te-
„ runt, milium, quod dicitur, terebrando, ſed ad ipſos Veritatis ſacerdotes, & directa quadam judicii norma præditos, quiq; bellicas ac togatas artes, vitæ humanæ varias mutationes, Imperiorum nativitates, incrementa & occaſus, totam deniq; Rerumpublicarum moderatricem Prudentiam ipſo uſu atq; experientia didicerunt, auditores conſilio ſemper profuturo ducebat. Quis enim in navi confidentior non eſt, ſi peritum bonũq; gubernatorem videat, certam viam ſecãtem, & prout res exegerit, vela dirigentem? Ita in profundo Hiſtoriarum pe-

lago

Digitized by Google

ſago nauclerus noſter fidei ſuæ traditis conſuluit, neminem gubernatorem elegit, niſi qui omnes vias, omnia temporum momenta, omnes cauſſas, principia & finem exactiſſimè calleret.

Quoties, ut fieri ſolet, vel eminentiores vel latentes ſcopulos animadverteret, *Aliò curſum dirige, ne morum naufragium facias*, exclamabat. *Hic proditor Pauſanias, turbulentus Alcibiades, nequam Tiberius, furioſus Caligula, parricida Nero, & in quo nomine uno ſcelera omnia concluduntur, Heliogabalus naturæ portentum habitat*: *Cave, plena inſidiis eſt via!* Quoties urbem aut populum benè moratum, *Huc tende, ut è virtutum fontibus bibas! Hic fortis Miltiades, juſtus Ariſtides, cautus Pericles, innocens Fabricius, ſtrenui Scipiones, & totus lectiſſimorum Virorum chorus eſt! Urge, plena theſauris eſt via!*

Quoties vel priorum temporũ ignavia, vel recentiorum temeritate coacta nubes oculis obverſaretur, judicii & in-

duſtriæ facem adhibebat; ne tanquam in illuni nocte offenderemus, aut difficultate perterriti clypeos abjiceremus; nihilq; in omnibus quæ enarranda ſuſceperat, indiscuſſum reliquit. Quum aliorum conjecturis abſentiret, nunquam manus honori afferebat, nunquam calamo immoderatiùs utebatur, ſæculi mores graviſſimè deteſtatus, quo, lege Remmia dormiente, pleriq; væcordes ex ruinis alienæ exiſtimationis ſibi gradum ad infamiam potiùs quàm famam ſtruunt; & hac non minùs improba quàm ſtulta ſcribendi via ad commendationem nominis ſui graſſantur. Noſter quum ſe ſciret ad imaginem DEI creatum, longè ab his alius, omnes diabolicas lanienas averſus, ita docuit & ſcripſit, ut quietem quàm rixas, amorem quàm tumultuoſam vitam, ſapientibus quàm populo placere mallet: *Sola enim plebs vernacula ac ſcurrilia, cavillationes ac contumelias ſingulorum à circulatoribus vendi ſibi patitur.*

Jam

Digitized by Google

Jam in dicendo qui vigor? qui ſtimuli? quæ majeſtas gravitasq́; ? Erat ſpiritus, vitiorum juratiſſimus hoſtis, in dictionem transfuſus; mens illa, fœdatam cruore cognato Germaniam, & inter militaria ſigna obmuteſcentem Libertatem, graviter indignata, ubiq; ſemet exerebat; lacrymas animi piè commoti verba ſtillabant. Et quoniam an- " tiquitùs obſervatum eſt, divinitatis " latè patentes campos in magnis Viris " reperiri, eosq́; ab officio corporis ſuſ- " penſos futurorum cogitationibus in- " terdum diſtineri; VIRDUNGUM " noſtrum conſtat ferè ante triginta an- " nos mala omnia, quibus jam penitùs " abſorbemur, & peſſimorum homi- " num colluviem, qui niſi Orcus eos " antè devoraverit, omnia devoraturi " ſunt, non prævidiſſe ſolùm, ſed etiam " de iis, & imminenti diſcordia, ex hoc " ipſo loco, velut numine afflatum, gra- " viſſimè diſſeruiſſe.

Ita per *novendecim annos*, egregia

cum laude, ac publici commodo, munere utroq; functus tandem A. C. 1624. juſſu Ampliſſimi Senatus Norici, Politicen ipſam, cujus arcana quamplurima jam antè in Hiſtoricis prælectionibus exhibuerat, ſeorſim proponendam ſuſcepit. Ecce verò conſilium juventuti, quæ non ſcholæ, ſed Reip. diſcit, ſaluberrimum! Quum eodem tempore *Cornelium Tacitum*, in quo (ut *Soſpitator ejus* judicat) ſingulæ lineæ dogmata, conſilia, monita ſunt, & Principum ingenia, mores, actiones, aulæ ſuis coloribus depictæ ſub unius imperio victurum ſatis inſtruere poſſunt, interpretaturus eſſet; Politicum quoq; in ſtatu populari vel optimatium, è PLUTARCHI *præceptis*, libello verè aureo, formandum cenſuit, ut quemcunq; in quacunq; Rep. locum obtinentes omnes Politici numeros exequi, ſeſe rebus ac temporibus attemperare, ac ſine detrimento Virtutis omnes „ formas induere noſſent. Enimverò iis „ artibus, quas ad humani generis pernici-

niciem hodiè edocti ſumus, quibus per "
tenebras ac inſcitiam cæterorum oc- "
cidimus, probitatem, fidem, integri- "
tatem, ipſamq; in DEUM pietatem "
inania ſine re nomina dicimus; pru- "
dentiam verò artem fallendi, civilem "
doctrinam inſtrumentum inhumanæ "
tyrannidis judicamus, aliaq; inferna- "
libus flammis expianda committimus, "
ſedulò Noſter cavebat, ne imbueremur. Quamobrem ita temperavit, ut ex præſcripto Romani Sapientis virtutem nemo allideret aut abſconderet, ut quamvis non uno gradu, tamen una ad virtutem via quisq; procederet; nec in aliquibus ſe mutaret, ſed aptaret potiùs. Quid multis? Quum VIRDUNGUM docentem cogito, in hujusmodi voces erumpendum eſt, *Multa titulis ſuperbiunt; cætera quisquiliæ ſunt.* Noſter vivit, Noſter viget, Noſter animum dimittit, non niſi bono publico innutritum.

Cæterum ut Platonem & Ariſtote-

lem Hiſtoriæ produnt, plus ex moribus, quàm ex verbis Socratis traxiſſe: Ita VIRDUNGUS, *quum argentum loqueretur, auream vitam egit*; cumq; ſe præſtitit, ut nihil utilius fieri poſſe, quàm illi adeſſe, ac cum eo verſari, vel Tireſia cæcioribus appareret. Ut enim de PIETATE, virtutum regina, præcipuè dicam, omnes, quibus ad inſpiciendam veritatem tenebræ non ſunt offuſæ, calculum mihi ſuum adjicient, vel propter hanc ſine tanta, omnemq; laudem ſupergreſſa eruditione, miraculo Noſtrum eſſe potuiſſe ac ſtupori. Quod ſi cùm paſſim
„ influentibus negotiis paria feciſſet,
„ ſacras literas ſolam refectionem ſuam
„ putabat, & ab horis illis, quibus cum
„ DEO colloquia miſcebat, nunquam
„ ſe avelli patiebatur, adeò ut *ipſo nuptiarum die* (quas A. C. milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo cum MARGARETA, Ampliſſimi Viri Dn. JOANNIS LEHNERI, Conſiliarii Würtzeburgici filia, pientiſſima femina celebravit)

Digitized by Google

vit) ſubitò amiſſum & diu quæſitum, "
tandem inter ardentiſſimas preces, & "
lectioni biblicæ intentum paranymphus
repererit. Vidit nempè cœleſtis animus
terrenam hanc militiam, &, ut *bellico
duci nihil magis timendum, quàm quod
non timet*; ita Chriſtiano homini ſecuritatem
frequentiſſimum eſſe calamitatis
initium. Vidit, *nulli lætitia credi poſſe,
inter os & offam nimium quantum interesse,
& facem, nuptiis accenſam, nonnunquam
rogo ſubjici.* Vidit ſatis officioſum
diabolum, Stygiam cohortem in inſidiis
latentem, crepantes catenas, quæ ſola
pietate dimoveri perfringiq; poſſint. O
felicem Virum, qui ſic vidit, cavit, depulit!
*O nos infelices, ſi latronem, jugulo
gladium admoventem, nec depellimus, nec
videmus!*

Sed conſiderare juvat, quàm per
anguſtos obſtructosq; aditus, per latiſſimos
aëris tramites, perq; denſiſſimas nubes
ad magnum illum Imperatorem ſuum
pietas irrumpat, & non niſi cum donati-

lem Hiſtoriæ produnt, plus ex moribus, quàm ex verbis Socratis traxiſſe: Ita VIRDUNGUS, *quum argentum loqueretur, auream vitam egit*; eumq́; ſe præſtitit, ut nihil utilius fieri poſſe, quàm illi adeſſe, ac cum eo verſari, vel Tireſia cæcioribus apparet. Ut enim de PIETATE, virtutum regina, præcipuè dicam, omnes, quibus ad inſpiciendam veritatem tenebræ non ſunt offuſæ, calculum mihi ſuum adjicient, vel propter hanc ſine tanta, omnemq́; laudem ſupergreſſa eruditione, miraculo Noſtrum eſſe potuiſſe ac ſtupori. Quod ſi cùm paſſim
„ influentibus negotiis paria feciſſet,
„ ſacras literas ſolam refectionem ſuam
„ putabat, & ab horis illis, quibus cum
„ DEO colloquia miſcebat, nunquam
„ ſe avelli patiebatur, adeò ut *ipſo nuptiarum die* (quas A. C. milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo cum MARGARETA, Ampliſſimi Viri Dn. JOANNIS LEHNERI, Conſiliarii Würtzeburgici filia, pientiſſima femina celebravit)

vit) ſubitò amiſſum & diu quæſitum, "
tandem inter ardentiſſimas preces, & "
lectioni biblicæ intentum reperit. Vidit nempè cœleſtis paranymphus animus terrenam hanc militiam, &, ut *bellico duci nihil magis timendum, quàm quod non timet*; ita Chriſtiano homini ſecuritatem frequentiſſimum eſſe calamitatis initium. Vidit, *nulli lætitiæ credi poſſe, inter os & offam nimium quantum intereſſe, & facem, nuptiis accenſam, nonnunquam rogo ſubjici.* Vidit ſatis officioſum diabolum, Stygiam cohortem in inſidiis latentem, crepantes catenas, quæ ſola pietate dimoveri perfringiq; poſſint. O felicem Virum, qui ſic vidit, cavit, depulit! *O nos infelices, ſi latronem, jugulo gladium admoventem, nec depellimus, nec videmus!*

Sed conſiderare juvat, quàm per anguſtos obſtructosq; aditus, per latiſſimos aëris tramites, perq; denſiſſimas nubes ad magnum illum Imperatorem ſuum pietas irrumpat, & non niſi cum donati-

„ nativo redeat. Quum luctuoſiſſimis
„ iſtis annis, quibus externæ rabiei atq;
„ avaritiæ Germania contra Germani-
„ am ſanguinem ſuum comodat, & ulti-
„ morum ultima, Peſtis atq; Fames, dar-
„ danariis & ſanguiſunis ſtrenuè adju-
„ vantibus, patrium ſolum validiſſimè
adfligunt, Noſter undiq; exhauſtus, & per omnia aſpera jactatus, nunc in Muſeo, nunc in hortulo, ſublatis in cœlum manibus, privatis caſibus querelam publicam miſceret, non ſurdũ, aut in efficacem, aut (quod Epicurea impietas fingit) averſum à mundo DEUM ſenſit. Etenim præter Nobiliſſimos & Ampliſſimos Univerſitatis hujus Curatores, (qui perpeſſicium ſenem, & morbis variè oppreſſum ut ſæpiùs, ita nuper cum immortali ſua laude aucto ſtipendio, ſublevarunt) veluti cœlo demiſſum expertus eſt Magnificum & Nobiliſſimum Virum, Dn. JOANNEM à BLANSDORF, qui acceptis à Fortuna bonis verè dignus, exemplo Ageſilai, Plinii aliorumq;

orumq;, quos ex antiquitate mirari ſolebat, facultatum partem veterum amicorum eſſe voluit; adeoq; tantum apud literatos favoris ſibi conciliavit, quantum alii juxta Aten Homericam ſuper hominum capita incedentes execrationis & invidiæ mereri ſolent. Spes erat, laudatorem eloquentiſſimum, velut ſupremum ejus felicitati cumulum acceſſurum; niſi cum corporis viribus minuto animi vigore, & tandem penitùs confracto, lex omnibus à DEO poſita laudatorem voluiſſet ſequi laudandum. Vivet tamen, & caput ſuum BLANSDORFIUS exeret, dum Agricolam Tacitus, Tacitum cum Agricola VIRDUNGUS à ſitu & oblivione vindicabunt; ac publica illa confeſſio, *Commentario nuper edito* præmiſſa, *ſine amore & cupiditate, & rurſus ſine odio & ſine invidia judicantibus* (ut de poſteris Tullius ait) ſpectabitur.

Te quoq;, Nobilis, Ampliſſime & Conſultiſſime Domine GEORGI

RICHTERE, quod pro caro capite temetipſum objeciſti, quod omnes vires tuas & pectus illud Romanum attuliſti, quod infirmum &, ut ita dicam, dehiſcentem toties continuiſti, quod vitæ huic calamitoſæ, præſens & abſens, multum amari detraxiſti, quod fortunæ in magnos Viros perfidæ feliciter interceſſiſti, DEI muneribus, aſſiduitate precum exoratis, annumerabat. Et quamvis hæc invitus audias, & ipſa virtus animi benefactorum teſtem reſpuat: Inſtant tamen cedenti communes literæ; omnia auditoria, tuorum conſcia meritorum clamant, clamabuntq́;, dum Muſarum ſacerdotes amplexu dignari pulcrum erit.

Sed quid ego nunc cætera VIRDUNGI ornamenta, quibus non minus gratiæ, quàm auctoritatis; nec minus pulcritudinis, quàm ponderis inerat, hoc loco referam? Num CANDOREM & INTEGRITATEM, quæ quò rariora hoc ævo bona ſunt, eò plus admirationis ac ſplendoris noſtro attulerunt? Non potu-

Digitized by Google

potuit eſſe ſimilis *fonti* illi *Garamantum*, qui, ut eſt apud Solinum, *alternis vicibus die friget, nocte fervet*: Nihil duplex loquutus eſt: Nunquam ſimul Cato, ſimul Vatinius fuit: Dicta factaq; una veluti forma ſignata, ſed avorum moneta percuſſa voluit.

Num extra lectiones publicas FIDELITATEM? Semper ad excipienda diſcentium deſideria fores apertas habuit: Nunquam vana diſſimulatione ſuſpenſos dimiſit; & quod de C. Livii Druſi domo accepimus, eam conſultoribus repleri ſolitam; tali frequentia noſter obſeſſus, aliis pariter ac ſibi vixit, ignorantes docuit, falſos emendavit, dubios ad certum revocavit; ut quemadmodum ipſe ſeniorum eruditioni ſuccreviſſet, ſic ad ſuam conſurgentes alios lætus adſpiceret.

Num in Magiſtratu geſto PRUDENTIAM & AUCTORITATEM? Nimirum ut è Veritatis ſacrario Ammianus Marcellinus profatur: *Magiſtratus*

amplitudo nudare ſolet ſemper animorum
„ *interna:* Et ſicut inter dolia vacua
„ non facilè diſcernere potes, quod eo-
„ rum integrum, quod ſi vitioſum, ſed
„ ubi aliquid infuderis: Ita vir egregius
„ aut fatiſcens, infuſo graviori munere,
„ facilè apparebit. Electus erat Rector
Magnificus in annum milleſimum ſexcenteſimum decimum nonum *Illuſtris & Generoſiß. Dn.* ACHATIUS JUNIOR, *Burggravius & Baro à Dhona &c.* datusq; ei ſuccenturiatus beatiſſimus VIRDUNGUS noſter, ita publicis votis atq; omnium expectationi reſpondit, ut Scipioni Lælium adjunctum unusquisq; & ſentiret & diceret.

Num in diſciplina domeſtica CURAM & DILIGENTIAM? Nam & hîc cum conſcientia calculum rectè poſuit, oculos & manum adhibuit, ne quid ſibi disſimile occurreret. Uxorem bonam, ad imperata, velocem & hoc ſolo querulam, quod non ſemper ante voluntatem mariti, quàm vocabatur, cognitam habu-

habuit, DEI gratia indulſerat: Undè *nemo fulmina aut tempeſtates in ea domo notavit: Placidum tranquillumq́; cœlum erat*, & ſpiritus alterius in altero vigebat. Amavit liberos, ſed fortiter, quò canitiem ſuam feliciorem redderet; eosq́; non aliter deprehenderet, quàm in colenda pietate, laudabili æmulatione, contumaces.

Jam verò agmen mihi claudat, licet non poſtrema, ſed PIETATI ita ſimilitudine juncta, *ut cum ea, vel ex ea nata videri poſſit.* Illa, inquam, non paganorum robore, beatam vitam in equuleo, in igne, in Phalaridis tauro, ſed ſine vero ſolatio judicantium, munita FORTITUDO: Quæ ut ultimæ adverſitatis tempore in VIRDUNGO noſtro maximè eluxit, ita ſibi hanc ſedem dari patietur. Nec tu mihi ſolos Alexandros, "
qui in prima acie verſantur, ſcopulos "
in cœlum usq; aſſurgentes aggrediuntur, "
extra naturæ terminos virtutis ex- "
ercendæ materiam quærunt, & in va- "

„ ſtum & inexploratum Oceanum ſe „ immittunt, ſolos fortes, ſolos heroas „ dixeris; quum & in ægrotantis lectulo „ vera alacritas explicare ſe poſſit. Magnos cruciatus habuit VIRDUNGI morbus, eumq; per integrum annum ſibi aſſignaverat; ſed is nihilominus victorem doloris animum retinuit, adverſus cœlum nunquam excanduit, aut DEO ſuo pugnam indixit: *Quid facis ô ÆTERNE? quid omnia iræ tuæ inſtrumenta in me experiris? An tu hominum pœnis tantùm invigilas? an improborum ſibilis bonorum famam exponis? an promiſſiones tuas verba tantùm exiſtimabimus? Ubi animus ille in humanum genus miſericors? ubi inexhauſta bonitatis rivuli? ubi dives & nunquam decurtata dextera?* Horror totum occupat, quoties mortalium impatientia arcum tendit; quoties cum Salmoneo contra fulmen fulminat; quoties tàm debilis creatura cum fortiſſimo creatore ſuo exigit! Multi quidem divinam in nos caritatem è ſanitate, divitiis aliisq;

vitæ

vitæ commodis metiuntur; & dum calamitas ingruit, ſic impietatem noſtram meruiſſe petulanter judicant: Tanquam hæc aſpera, medicamenta non ſint, ſenſu triſtitia, eventu jucunda; Contrà mundana felicitas menti ſomnum non inducat, aut hominem ante fatalem horam enecatum non ut ſui parricidam ultimo judicio ſiſtat. Omnes, omnes, qui æternitatis & reſtitutionis candidati eſſe volunt, multum in hoc terreſtri examine deſudent, neceſſe eſt; cum iniquitate fortunæ comparentur, & Supremo illi moderatori dignum virtute ſua ſpectaculum præbeant. Id qui facere non poteſt, cum Annibale in Campania, *ubi*, Caſſiodori verbo, *terris blandior eſt natura*, conſeneſcat; nec voluptatis nec ſumptuum modum faciat, ſomno & vino & epulis & ſcortis balneisq; enervandum ſe committat: Ad omnem verò ſtrepitum palleſcat, caput circumagat, jugum molliculæ cervici grave putet; quod tamen longè graviſſimum aſſertor

Orbis

Orbis DEUS de DEO in ſanctiſſimos humeros recepit. At fortiſſimi cum VIRDUNGO mandatum Imperatoris læti excipient, poſt miſſum ſanguinem animoſiores fient, & vel Philippos, vel Eumenas vel Claudios Civiles imitabuntur, quibus, accepto vulnere, in retinendis armis validior manus fuit. Quod ſi res in extrema tegula ſteterit, pugnabunt tamen & (quod Agidem Lacedæmonium nec non Alexandrum M. feciſſe legimus) ſuccisis poplitibus in genua ſe excipient; nec arma dimittent, donec aut victores fortunam pedibus calcaverint; aut, vincendo fatigati, in caſtra, & in ipſum prætorium virtutis cauſſa delati fuerint. Ita nimirum quæ delicata pigritiæ mancipia in extremis ponunt, munitus Chriſtiana ſapientia animus graviſſima quæq;, ex lege fœderis cum DEO icti, ſubeunda cenſet; nihil detrectat, pugnat, calamitates, injurias hominum, morbos aliaq; fortiter ſuperat: Interdum ad alias cogitationes avertitur, & à tormento corporis diſcedit. Inter

Inter alia certè, quæ in VIRDUNGO maximè mirati ſumus, illud eſt, quod ad poſtremam usq; horam, exquiſito dolore velut in familiaritatem adducto, à ſolitis ſtudiis nihil remiſerit; ſed excerpſerit, reſponderit; idq; unicè egerit, ut vitam citiùs, quàm literas dimiſiſſe videretur. Quem ſpiritum hunc dicemus, *Auditores Splendidiſſimi*, qui ne ultimum quidem momentum agitatione ſtudiorum vacuum eſſe voluit? Sed eodem vigore ſub ipſum tranſitum ad mortem CONRADUM RITTERSHUSIUM, ut quondam amicitia, ſic nunc æternitate Noſtro conjunctum, compotem amatæ ſapientiæ vocem emiſiſſe novimus: *Sibi in votis etiamnum eſſe, ut poſſit librum, quem ab amico quodam acceperat, perlegere.* Quanquam omnis à me abeſſe debet audacia: Hîc tamen ſalva modeſtia jurare auſim, *ſi eo animo, quo par iſtud Excellentiſſimorum Virorum egreſſum eſt, omnes vitam ingrederemur, toto orbe exulaturam Ignaviam!* Taceo

in ſeri-

in ſcribendis carminibus, (quibus ultra terras ibat & ab infimis, ſublato ad excelſa oculo, animam DEO conſecrabat) noviſſimos impetus præter unicum, quo, ſæviente morbo, inconcuſſam fidem profeſſus, ita ſtudioſi cujusdam Philothecæ inſcripſerat:

Qui miſerandam animam trahit inter vermina ſæva,
Haut vitam, mortem ſed magis ille trahit.
Nam mihi ſe ingentes rumpunt pulmone procellæ,
Et quatior vaſtis æger anhelitibus:
Tum qui viſceribus penitus vapor æſtuat eheu!
Suffūdit multo triſte nigrore caput.
At Tu, dum fugiunt vires, ſomnusq́, quiesq́,
ESTO MEI, JESU, PECTORIS ESTO QUIES!

O auream cantionem, & dignum inter tot naufragia ſuſpirium! Abeat ſomnus, evaneſcat omnis refectio; per diem noctemq́,

ſtemq; continuentur vigiliæ; quicquid vult, agat Fortuna; ſed nos illud, ut CHRISTUS in nobis & nos in CHRISTO quieſcamus!

Frangor animo, *Auditores Splendidiſſimi*, quum Octobrem, quum octavum & viceſimum, quum duodecimam cogito, quæ ad æterna jam citati VIRDUNGI noſtri ſupremam excepit vocem, *Sibi inpoſterum meliùs fore.* Benè tu quidem, ò pater! Tu non ampliùs in hoc ſalo nauſeas; tu legibus humanæ ſervitutis ſolutus es: Tu ex hoſpitio fœdo atq; olido eductus es: Tu à feliciùm animarum cœtu exceptus es: Tu ſiderum, inter ſe lumen miſcentium, ſplendore jam percuſſus es. At me inter tenebras caliginoſi iſtius, & varia nube involuti ævi errantem laſſatumq; poſt tergum relinquis? at per confragoſum iter repenti, & ſemetipſum vix trahenti, venerandos illos oculos ſubducis? Heu me miſerum, *cui vivo videnuq; funus ducitur*! Heu flebiles Muſas, quibus

tanto

tanto duce privatis, & tanquam vertigine correptis, inpoſterum arietandum erit, nec ampliùs ſurgendum! Utinam eſſet in hominibus, quod veteres ſibi perſuaſére, poſſe mortem morte redimi, poſſe vita mea projecta te in lucem revocari; non ſupremum illud frigus exhorreſcerem: Jam pectus iſtud morti feriendum objicerem: Jam, effuſa anima, Orbi literato redivivum ſiſterem: Sed tu veſanam gratitudinem abominaris, & felicicitatem tuam terrenis iſtis vellicationibus non mutas. Satis noſtra hieme alſiſti; nunc aurula mollior tibi ſpirat. Satis per hos ſexaginta annos in procelloſo, atq; in omnes tempeſtates expoſito mari pendens, fluctuans, illiſus; nunc verò, in portum receptus, mortem, optimum contra vitæ injurias beneficium, eſſe infelices nos reliquias expertus docere potes.

Igitur noſtram potiùs in tàm miſero corpore moram comploremus, noſtræ ætati, ſi quid annorum, menſium, dierum, horarum, momentorum etiam

adji-

Digitized by Google

adjicitur, tantum caſuum & lacrymarum, ex alia atq; alia cauſa fluentium, additum ſciamus. En publica! en privata! nihil erit, quod ad vivendum magnoperè invitare te poſſit. VIDES ubiq; Antonios Europææ ſecuritatis ſcopulos: Qui " ut piſcatores luto ſtagni ſurſum & de- " orſum commoto anguillas captant: " Ita ipſi non niſi turbatis rebus egeſta- " tem ſuam paſcunt. AUDIS ubiq; Im- " peratorias conciones: *Ite milites, armis jus in hac terra facite; aras, focos, penates veſtros invertite!* Nemo de Turcis, ſed de cive triumphum agat, & ſuam tantùm urbem ſubrectis intret vexillis.

GUSTAS ubiq; triſtitiæ panem, & populares tui Catilinæ pateram circumferunt: Nec alia ſæculi hujus ima- " go, quàm illius noctis, qua Vitellii & " Veſpaſiani exercitus in Bedriacenſi- " bus campis inter ſeſe funeſto prælio " concurrére: Si quæ pugnæ pauſa facta eſſet, interim mulieres eſculenta poſculentaq; ex opido Vitellianis militibus afferre,

ferre, & illi cibum potumq́; ſumere, tunc & dimicantibus quoq́; contra ſe porrigere. Vocabat quisq́; adverſarium nominatim, *Accipe*, inquiens, *mi commilito: Ede, non enim tibi gladium præbeo, ſed panem! Accipe rurſum & bibe: Non enim tibi ſcutum ſed poculum trado, ut ſi tu me interficias, ſeu pereas ipſe, moriamur faciliùs: Atq; ut ne me enervata aut imbecilli manu occidas, aut ego te.* Nimirum has viventibus funebres dant epulas Vitellius & Veſpaſianus, ut nos iis, qui jam olim ad plures abiére, mactent!

Odorem ubiq; capis è villarum incendiis, clariſſimarum urbium fumo, & exuſta Cerere, non è florentibus Paradiſis noſtris, aut diſtentis horreis, quæ ante civilem iſtam flammam Tacitum nomini ſuo obſequi, vel etiam palinodiā canere juſſerant: *Germaniam non ampliùs informem, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuq́;, ſed omnibus amabilem, etiam queis fœcunda Italia patria ſit.* Contactu ubiq; corrumpimus, & corumpimur: Nemo antiquis ſæculis tàm callidus ſcelerum

lerum fabricator fuit, quem noſtra ingenia non ſuperent: Etiam qui cras exorietur dies, pietatis ac juſtitiæ ſtragem longè graviorem dabit hodierna. Hem ſenſuum noſtrorum officia! Interim dum hæc omnia fiunt, etiamnum ſecuri ſtertimus, vel, quod veteres dicebant, *mergente navi ſupparum attollimus*; nec deſiſtimus, donec toties laceſſitus Deus ægras iſtas partes vehementiore chirurgia curaverit.

Quamobrem, ô pater, quoniam in conſpectum noſtrum reverſurus non es, ſed inter divina manſurus ſummæ illi Bonitati, omniſq; mali profligatrici aſſides; lacrymas iſtas, tui deſiderio fluentes, per amorem illum, quo diſcipulum tuum proſequebaris, boni conſule; nec indignare, ſi tumulo tuo, qui virtutes tuas ambire, adire non poteſt, ultimam acclamationem inſcripſerit: *SALVETE* "
oſſa, ſalvete cineres, ſalve tellus ipſa, "
quæ Virum obtegis te longè majorem! "
Sub te pius ille, qui omnem ſcientiam "

ſciam

„ ſuam DEO ſubmiſit, nunquam de ini-
„ quis præmiis conqueſtus eſt, placidè qui-
„ eſcat! Sub te probus ille, qui beneficiis gratiam potiùs, quàm injuriæ talionem, aut certè malam gratiam reddidit, placidè quieſcat! Sub te candidus ille, qui nunquã aliud ſtans, aliud ſedens locutus eſt, placidè quieſcat! Sub te ſplendidus ille, quem nemo amabilem, qui non ſimul venerabilem vocavit, placidè quieſcat! Sub te doctus ille, quem alii Univerſitatis Bibliothecam, alii Varronem ſuum, alii reconditarum artium theſaurum, alii (quod omnium elogia prægravat) optimum dixére, placidè quieſcat! O ingens cœli decus, ſalve, & æternùm mihi vale!

At ipſe rupes inter & Boreæ minas,
Et mille fluctus, civicosq; turbines,
Hominũq; ſannas, virulentaq; omnia,
Arabo, arandum quod mihi reſtat mare!
Siniſtra cornix pura prædicat licet,
Jocumq; faciat ſæva Fors, nil intereſt:
Quæ figit alios haſta, circa me vibret:

Expe-

Expecto vulnus, mille deſuper volent
Saxa & ſagittæ, mille pila decidant,
Thoraca pono, *perviumq́, his omnibus*
Oſtendo corpus, ſpecto decretoriam
Erectus horam, fataq́, excipio libens.
O *CHRISTE: tantùm ſolve, ſolve vincula,*
Qui caritatis omni ab avo prodigus
Pro me flagella, ſputa, aculeos, crucem,
Toto fremente Tartaro, perpeſſus es.
Nil eſt in Orbe, quod morari me queat,
Nil eſt: per horas vita guttatim fluit;
Fluit atq; præter omnium ſpem deſinit;
Si currat illa citiùs, ò quantum hoc bonum!

DEDICATIO
Dn. Dn. FRIDERICO,
Dn. Dn. GEORGIO,
PRINCIPIBUS ET DUCIBUS BRUNSVICENSIBUS AC LUNÆBURGENSIBUS POTENTISSIMIS, FRATRIBUS GERMANIS &c.

QUam ego religioſo quodam ſilentio in perpetuum adorandam mihi duxiſſem, niſi patrona Civitas *aliud imperaſſet; eam rudi calamo delineatam non dubitavi* Rev. & Celſiſs. Nominibus Veſtris *dicare: Sine verborum cura, quibus Principalibus palatiis delicias facere ſolent ineptè officioſi. Eſt Virtutum* Illuſtriſſimæ Sororis Veſtræ, *quoniam univerſas capere non potuimus, quoddam velut apoſpaſmation, non tàm meo ore, quàm totius* Populi Noribergenſis, *& omnium, quibus de hoc ſole propior affulſit radius, enunciatum. Quare inſcribentium uſitatum morem*

rem publico candori præmittere nefas exiſtimavi: Accedente generoſiſſimo ſupercilio Veſtro, *quo fucos omnes abominamini, & Gentilitia conſuetudine, qua propagandæ in poſteros Virtutis cauſſa domeſticam gloriam* Vobis Ipſi *vindicatis, offertis, appenditis. Quemadmodum Octavianum Auguſtum Imperatorem ſcribit Suetonius,* Ducum, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidiſſent, omnium ſtatuas triumphali effigie in utraq; fori ſui porticu dedicaſſe: *Eo, ut ibidem adjicit, conſilio*, quò ad illorum velut exemplar & ipſe dum viveret, & inſequentium ætatum Principes à Civibus exigerentur. *Ita* Vos, Heroum Rev. & Celſiſſimi, *de futuri temporis proſperitate ſolliciti, exempla magnarum Virtutum in atrio* Veſtro *proponitis, quà* Nobiliſſimæ familiæ, *quà omnium oculis frequentiùs inſpicienda. Neq; verò humilitati meæ alia in re patrocinium quærendum reor, niſi in obſervantia & ſacramento,* Incluto Senatui *meo dicto; quod unum non ſolùm*

inter magni defectus ſupplementa, ſed etiam, ut è Spartana ſententia loquar, inter ſummi ſplendoris argumenta deputo. Cæterum ut Vos Pios, Fortes, Prudentes DEUS Opt. Max. *afflictæ Germaniæ quàm diutiſſimè ſervet incolumes, cum omnibus patriæ fidelibus animitus opto.*

PROGRAMMA.

RECTOR UNIVERSITATIS ALTDORPHINÆ GEORGIUS NOESSLERUS BEROLINENSIS, PHIL. ET MED. D. AC D. P. Principis Palat. & Reip. Noriberg. Medicus.

Civibus Academicis Sal.

NOn heri demum aut nudius tertius ſubiit humanas mentes, vel ſui vel alieni nominis extendendi amor. Prima ætas & *à Diis recens*, quo ex ipſis cineribus modo reviviſceret, anxiè quæſivit.

Inter

Inter alias vetuſtiſſima illa regionum Ægyptus, ut ex incolarum mente loquar, pyramides & ſtatuas extruxit, quò, verbis incomparabilis Scaligeri, *ſi non univerſa temporum ſpatia æquare poſſet, aliqua tamen quammaximè longinqua ſuperaret.* Sed Romani, quorum Rempublicam in magnis rebus plerunque conſulimus, morum effigiem quàm corporis exhibere, glorioſiùs minusq; caducum rati, Virorum illuſtrium ſtudia, res geſtas, triumphos, aliaque de ſuggeſtu publico memorabant; quæ qui exſcindere vellet, non cum defunctis, ſed cum ipſis Virtutibus pugnare videretur. Ita forma mentis æterna facta, templa & effigies in animis conſtitutæ, ad memoriam defunctorum exacta civitas, ipſa deniq; vetuſtas pro flore fuit. In tanti honoris conſortium circa A. V. CCCLXIII. feminas etiam aſſumtas legimus, quum Roma multis experimentis didiciſſet, naturam non adeò coarctaſſe Virtutes, aut cum muliebribus ingeniis maligniùs egiſſe.

tanto duce privatis, & tanquam vertigine correptis, inpoſterum arietandum erit, nec ampliùs ſurgendum! Utinam eſſet in hominibus, quod veteres ſibi perſuaſére, poſſe mortem morte redimi, poſſe vita mea projecta te in lucem revocari; non ſupremum illud frigus exhorreſcerem: Jam pectus iſtud morti feriendum objicerem: Jam, effuſa anima, Orbi literato redivivum ſiſterem: Sed tu veſanam gratitudinem abominaris, & felicicitatem tuam terrenis iſtis vellicationibus non mutas. Satis noſtra hieme alſiſti; nunc aurula mollior tibi ſpirat. Satis per hos ſexaginta annos in procelloſo, atq; in omnes tempeſtates expoſito mari pendens, fluctuans, illiſus; nunc verò, in portum receptus, mortem, optimum contra vitæ injurias beneficium, eſſe infelices nos reliquias expertus docere potes.

Igitur noſtram potiùs in tàm miſero corpore moram comploremus, noſtræ ætati, ſi quid annorum, menſium, dierum, horarum, momentorum etiam adji-

adjicitur, tantum caſuum & lacrymarum, ex alia atq; alia cauſa fluentium, additum ſciamus. En publica! en privata! nihil erit, quod ad vivendum magnoperè invitare te poſſit. VIDES ubiq; Antonios Europææ ſecuritatis ſcopulos: Qui " ut piſcatores luto ſtagni ſurſum & de- " orſum commoto anguillas captant: " Ita ipſi non niſi turbatis rebus egeſta- " tem ſuam paſcunt. AUDIS ubiq; Im- " peratorias conciones: *Ite milites, armis jus in hac terra facite; aras, focos, penates veſtros invertite!* Nemo de Turcis, ſed de cive triumphum agat, & ſuam tantùm urbem ſubrectis intret vexillis.

GUSTAS ubiq; triſtitiæ panem, & populares tui Catilinæ pateram circumferunt: Nec alia ſæculi hujus ima- " go, quàm illius noctis, qua Vitellii & " Veſpaſiani exercitus in Bedriacenſi- " bus campis inter ſeſe funeſto prælio " concurrére: Si quæ pugnæ pauſa facta eſſet, interim mulieres eſculenta poſculentaq; ex opido Vitellianis militibus afferre,

ferre, & illi cibum potumq́; ſumere, tunc & dimicantibus quoq́; contra ſe porrigere. Vocabat quisq́; adverſarium nominatim, *Accipe*, inquiens, *mi commilito: Ede, non enim tibi gladium præbeo, ſed panem! Accipe rurſum & bibe: Non enim tibi ſcutum, ſed poculum trado, ut ſi tu me interficias, ſeu pereas ipſe, moriamur faciliùs: Atq; ut ne me enervata aut imbecilli manu occidas, aut ego te.* Nimirum has viventibus funebres dant epulas Vitellius & Veſpaſianus, ut nos iis, qui jam olim ad plures abiére, mactent!

Odorem ubiq; capis è villarum incendiis, clariſſimarum urbium fumo, & exuſta Cerere, non è florentibus Paradiſis noſtris, aut diſtentis horreis, quæ ante civilem iſtam flammam Tacitum nomini ſuo obſequi, vel etiam palinodiá canere juſſerant: *Germaniam non ampliùs informem, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuq́; ſed omnibus amabilem, etiam queis fœcunda Italia patria ſit.* Contactu ubiq; corrumpimus, & corumpimur: Nemo antiquis ſæculis tàm callidus ſcelerum

lorum fabricator fuit, quem noſtra ingenia non ſuperent: Etiam qui cras exorietur dies, pietatis ac juſtitiæ ſtragem longè graviorem dabit hodierna. Hem ſenſuum noſtrorum officia! Interim dum hæc omnia fiunt, etiamnum ſecuri ſtertimus, vel, quod veteres dicebant, *mergente navi ſupparum attollimus*; nec deſiſtimus, donec toties laceſſitus Deus ægras iſtas partes vehementiore chirurgia curaverit.

Quamobrem, ô pater, quoniam in conſpectum noſtrum reverſurus non es, ſed inter divina manſurus ſummæ illi Bonitati, omniſq; mali profligatrici aſſides; lacrymas iſtas, tui deſiderio fluentes, per amorem illum, quo diſcipulum tuum proſequebaris, boni conſule; nec indignare, ſi tumulo tuo, qui virtutes tuas ambire, adire non poteſt, ultimam acclamationem inſcripſerit: *SALVETE* "
oſſa, ſalvete cineres, ſalve tellus ipſa, "
quæ Virum obtegis te longè majorem! "
Sub te pius ille, qui omnem ſcientiam "
ſuam

„ ſuam DEO ſubmiſit, nunquam de ini-
„ quis præmiis conqueſtus eſt, placidè qui-
„ eſcat! Sub te probus ille, qui beneficiis gratiam potiùs, quàm injuriæ talionem, aut certè malam gratiam reddidit, placidè quieſcat! Sub te candidus ille, qui nunquã aliud ſtans, aliud ſedens locutus eſt, placidè quieſcat! Sub te ſplendidus ille, quem nemo amabilem, qui non ſimul venerabilem vocavit, placidè quieſcat! Sub te doctus ille, quem alii Univerſitatis Bibliothecam, alii Varronem ſuum, alii reconditarum artium theſaurum, alii (quod omnium elogia prægravat) optimum dixére, placidè quieſcat! O ingens cœli decus, ſalve, & æternùm mihi vale!

At ipſe rupes inter & Boreæ minas,
Et mille fluctus, civicosq́; turbines,
Hominũq́; ſannas, virulentaq́; omnia,
Arabo, arandum quod mihi reſtat mare!

Siniſtra cornix pura prædicat licet,
Jocumq́; faciat ſæva Fors, nil intereſt:
Quæ figit alios haſta, circa me vibret:

Expe-

Expecto vulnus, mille deſuper volent
Saxa & ſagittæ, mille pila decidant,
Thoraca pono, *perviumq́, his omnibus*
Oſtendo corpus, ſpecto decretoriam
Erectus horam, fataq́, excipio libens.
O *CHRISTE: tantùm ſolve, ſolve vincula,*
Qui caritatis omni ab ævo prodigus
Pro me flagella, ſputa, acúleos, crucem,
Toto fremente Tartaro, perpeſſus es.
Nil eſt in Orbe, quod morari me queat,
Nil eſt: per horas vita guttatim fluit,
Fluit atq; præter omnium ſpem deſinit;
Si currat illa citiùs, ò quantum hoc bonum!

rem publico candori præmittere nefas exiſtimavi: Accedente generoſiſſimo ſupercilio Veſtro, *quo fucos omnes abominamini, & Gentilitia conſuetudine, qua propagandæ in poſteros Virtutis cauſſa domeſticam gloriam* Vobis Ipſi *vindicatis, offertis, appenditis. Quemadmodum Octavianum Auguſtum Imperatorem ſcribit* Suetonius, Ducum, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidiſſent, omnium ſtatuas triumphali effigie in utraq; fori ſui porticu dedicaſſe: *Eo, ut ibidem adjicit, conſilio*, quò ad illorum velut exemplar & ipſe dum viveret, & inſequentium ætatum Principes à Civibus exigerentur. *Ita* Vos, Heroum Rev. & Celſiſſimi, *de futuri temporis proſperitate ſolliciti, exempla magnarum Virtutum in atrio* Veſtro *proponitis, quà* Nobiliſſimæ familiæ, *quà omnium oculis frequentiùs inſpicienda. Neq; verò humilitati meæ alia in re patrocinium quærendum reor, niſi in obſervantia & ſacramento*, Incluto Senatui *meo dicto; quod unum non ſolùm*

inter magni defectus ſupplementa, ſed etiam, ut è Spartana ſententia loquar, inter ſummi ſplendoris argumenta deputo. Caterum ut Vos Pios, Fortes, Prudentes DEUS Opt. Max. *afflictæ Germaniæ quàm diutiſſimè ſervet incolumes, cum omnibus patriæ fidelibus animitùs opto.*

PROGRAMMA.

RECTOR UNIVERSITATIS ALTDORPHINÆ GEORGIUS NOESSLERUS BEROLINENSIS,

PHIL. ET MED. D. AC P. P. Principis Palat. & Reip. Noriberg. Medicus.

Civibus Academicis Sal.

NOn heri demum aut nudius tertius ſubiit humanas mentes, vel ſui vel alieni nominis extendendi amor: Prima ætas & *à Diis recens*, quo ex ipſis cineribus modo reviveſceret, anxiè quæſivit. Inter

Inter alias vetuſtiſſima illa regionum Ægyptus, ut ex incolarum mente loquar, pyramides & ſtatuas extruxit, quò, verbis incomparabilis Scaligeri, *ſi non univerſa temporum ſpatia æquare poſſet, aliqua tamen quammaximè longinqua ſuperaret.* Sed Romani, quorum Rempublicam in magnis rebus plerunque conſulimus, morum effigiem quàm corporis exhibere, glorioſius minusq; caducum rati, Virorum illuſtrium ſtudia, res geſtas, triumphos, aliaque de ſuggeſtu publico memorabant; quæ qui exſcindere vellet, non cum defunctis, ſed cum ipſis Virtutibus pugnare videretur. Ita forma mentis æterna facta, templa & effigies in animis conſtitutæ, ad memoriam defunctorum exacta civitas, ipſa deniq; vetuſtas pro flore fuit. In tanti honoris conſortium circa A. V. CCCLXIII. feminas etiam aſſumtas legimus, quum Roma multis experimentis didiciſſet, naturam non adeò coarctaſſe Virtutes, aut cum muliebribus ingeniis maligniùs egiſſe.

Igitur ab eo tempore Nobiliſſimum inſtitutum in cæteras gentes, & Imperii Romani æternos ſucceſſores defluxit; tantoque crebriùs ac ſpecioſiùs obſervatum eſt, quantò pluribus, iisq; eminentioribus donis, poſt reconditum orbem effulſimus.

Ut neminem per loco & ætate longinquiora circumducam, ecce in proximo Inclutam Rempublicam Noribergenſem, quæ ut alios quondam ſummos Heroas, ita nunc *Illuſtriſſimam, Celſiſſimamq; Principem ac Dominam, Dominam* SOPHIAM, *Marchioniſſam Brandeburgicam, è glorioſiſſima Brunſvicenſium ac Lunaburgenſium domo oriundam*, ſuamq; per ſeptennium acceptiſſimam Hoſpitem, nunc verò in Divas transſcriptam, non pictura ſtatuáve aliqua, quæ agreſtium magiſtra eſt, ſed more Romano, grata factorum recordatione in Academia ſua propagandam judicavit. Eæ partes quoniam à Magnifico, Nobiliſſimoq; SENATU, Magiſtratu noſtro, Viro

Viro Clariſſ. *Dn. Chriſtophoro Adamo Ruperto, Hiſtoriarum Profeſſori publico,* nuper injunctæ, die craſtino circa horam nonam matutinam, ſi DEUS volet, explicabuntur; omnes Univerſitatis cives ſponte ſua, & absq; monitoribus adfuturos, nulli dubitamus; niſi quis *à ſexu proprio fugiens* hujusmodi laudatione ſocordiæ ſuæ convitium fieri crediderit. Audiemus enim non *Clœliam*, vel *Valeriam*, vel earum aliquam, quæ collatitia ſtipe Gallis patriam extorſêre, & propter hoc meritum publicam commendationem primæ apud ſuos meruerunt; ſed veræ, nulloq; fuco illitæ, virtutis abſolutiſſimũ exemplar, Principẽ, in ipſis cujus avita patriaq; pietate adſperſam, quæ antiquas quasq; imagines nobilitate generis vel potiùs ſanctiſſimis moribus & (ò rarum decus!) ne ſuſcipioni quidem obnoxiis inumbravit. Sed & obvia humanitate gratum magnoperè faciemus *Illuſtriſſimorum, & Celſiſſimorum PRINCIPUM ac DUCUM BRUNSVICENSIUM*

UM & LUNÆBURGENSIUM LEGATIS Eminentiſſimis, nec non Magnificis, Nobiliſſimis, Prudentiſſimisq; Academiæ noſtræ CURATORIBUS ac PATRONIS, qui non modò beatiſſimæ PRINCIPIS gloriæ, ſed & totius patriæ intereſſe putant, Virtutes partim alibi, partim apud ſe exercitas publicè propi- [illegible] Tamen utut de omnium promptitudine nobis conſtat, vel ex ſuperuacuo affixum hoc Programma hortantis officium ſubire voluimus. B. V. P. P. XIII. Cal. Jun. A. S. M. DC. XXXIX.

ORATIO TERTIA.

DIVÆ MEMORIÆ DN. DN. SOPHIÆ, MARCHIONISSÆ BRANDENBURGICÆ &c. &c.

ILluſtriſſimorum & Celſiſſimorum Principum ac Ducum Brunſvicenſium & Lunæburgenſium Legati Eminentiſſimi, Stre-

Strenui, Nobiliſſimi, Conſultiſſimi Viri, Magnificentiſſime Univerſitatis Noſtræ Curatores, Patres Patriæ, Rector Magnifice, Illuſtres, & Generoſiſſimi Barones, Ampliſſime Procancellarie, Conſiliarii Splendidiſſimi, admodum Reverendi Eccleſiaſtæ, Decani Spectabiles, Profeſſores omnium Facultatum Clariſſimi, tuq́; Nobilitate generis, virtute & eruditione præſtantiſſima Studioſorum corona,

QUintus menſis agitur, ex quo non tàm avito titulo, quàm propriis Virtutibus *Celſiſſima Princeps ac Domina, Domina SOPHIA*, Noribergæ beata morte procubuit.

Cui CIVITATI quò major in vivam olim affectus, & illuſtrium Virtutum admiratio fuit; eò minùs in dolores diſpenſare ſe poteſt, ſublata; cujus exemplum univerſos è vicino ſtimulaverat. Quemadmodum enim ad ſanctiſſimi SENATUS adſpectum Cives excitari, negant Virtutem alibi reperire ſe poſſe ma-

magis virilem: Ita quid in altero ſexu ſummum eſſet, quid ipſis etiam viris indè mutuò capiendum, è magnæ HOSPITIS contemplatione ſcrutari potuerunt.

Fuit ſanè, fuit noſtra PRINCEPS, qualem vel nulla, vel non niſi prima CHRISTI ſæcula tulerunt, digna, quam inter Divas Heroides in prima acie locatam Magiſtram ævi; domicilium verò ipſius, pulcerrimum quoddam morum Gymnaſium, Orbis terrarum nunc & olim æſtimet, inſpiciat, adoret. Nimirum non fruſtrà præſentes & futuros advoco: Univerſa tempora exempli Nobilitas decet, & utinam cotidianum fiat, nec elapſis demum aliquot ſæculis, ut Phœnix conſpiciatur! Quamobrem tanto lumine excuſſo, tamq; pretioſa gemma morte intercepta, ſi laxentur dolori frena, mutentur veſtes, claudatur forum, mœſtitiæ operentur ſummi, operentur infimi; ſi denique feralis cultus in Univerſitatem noſtram transferatur, nemo adeò tardus aut hebes erit, ut mirandum putet.

Cæ-

Digitized by Google

Cæterum quod hunc locum attinet, non tàm in gementium ſocietatem deſcendimus, quàm ut eorum pertinaciam antiquiſſima, addo ego, piiſſima conſuetudine mitigemus, ex qua de mortuis benè mereri, Academicorum munerum non infimum habetur. Ita namq; res „ eſt. Multos Heroas ſua mors, multos „ aliena manus extinxit, ſed plures pro- „ funda illa temporis altitudo, adver- „ ſus quam unicum Literarum præſidi- „ um eſt, hoc cum DEO parente ſuo „ commune habentium, ut etiam ſepul- „ tis vitam reddant & immortalitatem. „ Ab his animati & redivivi Reges in- „ cluti, familiæ illuſtres, gentes amplæ „ prodeunt in lucem: Et qui earum fa- „ vorem non habent, eos profectò in- „ ter occiſiſſimos retulerim. „

Atenimverò ineptiſſimus mortalium habear, ſi PRINCIPIS noſtræ famam alieno calamo credam incumbere; quum, uti mox patebit, ſuo vivat, & ex tumulo efferat caput. Nihilominus è tot

omnium Virtutum ornamentis, quæ olim artificio modeſtiæ occultata diligentiùs, quàm prodita ſunt, benigna quædam copia facundis nunc exuberat; niſi quæ ſupra exemplum fuit, etiam omni eloquentia major, candida & minimè exculta oratione monſtrari debet.

Atq; hanc (ſi voluntatem Superiorum interpretari mihi licet) vel primam cauſſam reor, quur ab INCLUTO SENATU NORIBERGENSI rerum ingentium moles imparibus humeris ſubjecta fuerit: Vel illam fortaſſe, quod, generoſaa in Virtutem confidentia, oſtendere voluerit, etiam minoris ingenii culpa detritam pro ſe loqui, & ſplendorem ſuum latè circumferere. Quicquid horum ſit, parere meæ erga Nobilem Rempublicam gratitudinis eſt; audire verò quamvis pauculas frondes è denſa ſilva in coronam decerpentem, immenſæ Veſtræ Gratiæ, Benevolentiæ, Humanitatis.

Solenne autem noſtris Scriptoribus,

bus, poſtquam magnos Principes deprædicandos ſuscepére, primùm adventitia bona, pios nimirum majorum manes, & Nobiliſſimos Heroas, quibus ſua jampridem vita & fortuna peracta eſt, è beatis ſedibus velut excitos producere: Quorum inſtitutum tantùm abeſt, ut diſpliceat, ut nunc quoque in PRINCIPIS noſtræ plenum imaginibus atrium expatiari dignum putem. Etſi enim Virtus ipſa ſe producit, convertitq; in venerationem ſui oculos humani generis: Tamen neſcio, quomodo ſerenior vulgo, quæ generoſo ſanguine circumveſtitur: Sed
" commune ſuperiorum temporum vi-
" tium, hiſtoriæ lege contempta, illu-
" dere Germanico candori fabularum
" illecebris, & ad bullatas nugas & Evan-
" dri ſæcula ſtultas ambitiones extende-
" re; nihilq; magnificum putare, niſi
" quod ex equo Trojano, vel Roma
" tanquam majeſtatis patria, gloriæq;
" omnis natali domo, exſculptum ſit.
Hoc corollario, ſi Diis placet, auguſtiores

res redduntur Principes familiæ! hoc ſeſamo ſpargi fas eſt gentis canæ cana monumenta! ita forum vænalium chartarum inſtrui!

Nos interdicta mētiendi licentia, & abjectis, qui nullo ſanguine & ſucco veterum Scriptorum aluntur, recentiorum monſtroſis partibus, ſatis, imò plus ſatis, habemus, videre AZONES, GVELFOS, HENRICOS, non ſanè Actii illius Navii auguris, cujus poſteros perpetuo Roma ſilentio premit, ſed celeberrimæ fortiſſimæq; Saxonum gentis veram ac germanam ſobolem; legere præterea LEONES, MAGNOS, MIRABILES, RELIGIOSOS, MAGNANIMOS, tantò ſplendidiora cognomina, quantò remotior ab adulatione, faſtu, aliisq; noſtri ſæculi vitiis ætas illa fuit, quæ indidit. Ut alia ſummæ laudis argumenta, inprimis fati benignitatem, qua ad imperium Orbis terrarum ex eadem domo vocatos legimus, hîc non attendam; illud PRINCIPI noſtræ glorio-

glorioſiſſimum, utriusq; ſanguinis avum ſupra omnes laureas, faſces ac purpuras, quibus unquam Orbis aſſurrexit, *Felici Pietate* triumphabundum iiſſe.

Et alterum quidem decus CHRISTIANUS III. Daniæ & Norvegiæ, Gothorum Vandalorumq; Rex, quantus ad miraculum usq; fuerit, elogium, quod poſt illius fata h. e. ambitionem atq; gratiam depulſam, monumentis inciſum eſt; & jam in omnium piorum ore, oculis, animo ſedet, egregium ſanè, & cunctis ſpecioſius titulis, declarare poterit, *fuiſſe domum ejus templum Spiritus Sancti, prudentiæ oculum, libram juſtitiæ, fortitudinis ſedem, regulam temperantiæ, honeſtatis exemplar, fontem Gratiarum, Muſarum chorum, doctorum gymnaſium, Theologorum ſacrarium, pauperum menſam, refugium innocentum, præſidium miſerorum.* Eſt verò idem ille CHRISTIANUS, qui, Romana ſuperſtitione debellata, regno ſuo, quod maximum beneficium homini homo, quoq; majus dare

nec

nec DEUS poteſt, antiquiſſimam vereq; Catholicam Fidem intulit, cui aliquot ante obitum diebus (a) in conſpectum ſe dedit *ſacer Genius*, cœleſtis gaudii primitiis mortale corpus perfundens, *omnisq; miſeriæ finem* (utor magni (b) Theologi verbis) *ad Cal. Januarias*, quas etiam decretorias ſenſit, *pollicitus*. Hæc in materni palatii veſtibulo ſplendidiſſima laurus inter MARCHIONISSÆ noſtræ fortunas non minori jure proponi debuit, quàm quo Romulus Ænea
„ progenitore &, judice *Huberto Thoma*
„ *Leodio*, Nobiliſſima PALATINO-
„ RUM familia, Pipinorum & ipſius
„ CAROLI M. venerandis nominibus
„ gloriari poteſt.

At qui è paternis avis dignitatem æſtimat, habet ille ERNESTUM, Brunsvicenſium & Lunæburgenſium DUCEM, integris aliorum libris, hîc ſaltem in com-

(a) *XXIII. Decemb.*
(b) *Ioannis Cluveri in Epiſt. Hiſt. pag. 725. cui addendi ſunt Iacob. Thomas Ripenſis Orat. de Chriſtiano III. & Nicol. Reuſn. in Stemm. Wittekindea pag. 111.*

in compendio oſtendendum, qui planè earundem Virtutum cum CHRISTIANO III. poſſeſſor, ut nihil intereſſe putem, illéne Alexander, an Hephæſtion iſte poſterior adorandus ſit, eodem modo A. S. cIↄ Iↄ XXV. *ſubditos ad veræ Religionis agnitionem primus traduxit.* Quinquennio pòſt, Comitiis Auguſtanis, junctus paucis Imperii Principibus, eliſa ante Cæſaris pedes Capitolina ſuperbia, *librum Orthodoxæ Confeſſionis exhibuit*, adverſus indignantium oculorum flammas invictus animi, ac ſola bonitate cauſſæ fretus, quæ ſubmittere ſpiritum potentiæ non ſinit. Averſabatur Nobiliſſimus PRINCEPS, ſanctam illum PETRAM haberi, qui fatale potiùs ſaxum eſſet, ad quod fortunas ſuas, fortunas autem? imò animæ ſalutem tota Germania fregiſſet: Nec poterat religione obſtrictus ille eſſe, cui religio nulla, nullum in terris ampliùs ſanctum jus eſſet: In quo uno veteres illi Nerones revixiſſent. Neq;

verò

verò magnum EI, niſi lucem retineas, rubiginem abſterſiſſe; neq; tanta deſtruendæ impietatis remedia, quanta conſervandæ Fidei.

Quum animadverteret, eum (c) qui Quæſtorum manibus omnia credit, atq; ad nutriendam Eccleſiam & Scholam os manumq; aliundè mutuatur, Principis vel Magiſtratus nomen ferre, cum injuria veritatis & detrimento publico; noluit, tanquam Veſtæ ſimulacrum, intra ſecretum aulæ deliteſcere. Obiit ſingula, querelas audivit; neq; hoc ad ſtabiliendam religionem ſufficere ratus, edicto publico cavit, ne quis Pietati ſacriſq; literis deditus alium præter ſe neceſſitatis cauſſa compellaret.

Tàm divina ſapientia & inexpugnabile robur velut hereditario jure poſtea in filios transiit, HENRICUM & (d) GUILIELMUM è SOPHIA Megapolitana

(c) *Auctor Henricus Paxmannus Burguverenſis.*
(d) *Naſcitur A. 1535. 4. Iulii. Poſt mortem Franciſc. Ottonis, fratris natu majoris, cum Henrico fratre ditionem regere cœpit, quam dein etiam ſolus. Moritur A. S. 1592. 20. Auguſti, ætatis 58.*

litana genitos, dum religioni manum poſcenti prima ſemper auxilia, & ut Auguſtanæ Confeſſionis Hiſtoria nos docet, A. S. clↄ Iↄ LXI. ad ſubſcribendum inſtauratæ parem animum attulére. Undè minimè dubitarim, quum parentes liberis ſuis etiamnum tenellis pietatem impreſſerint, perpetuam felicitatem, eundemque Virtutum tenorem, regionibus ſuis fidenter promittere poſſe morituros, teſtamento nunquam à Superis reſciſſo; quemadmodum etiam ſcelerati mores in progeniem tráſeunt & raro uno capite abſolvuntur. Nam neq; poſt ERNESTUM, neq; filiorum ejus diſceſſũ, LUNÆBURGICA domus, ad ſummum claritatis adducta gradum, de faſtigio ſuo deſcendit; vel quod aliis pluribus contigit, quorum nomen æterno ſilentio plectitur, ad occaſum ſuum præcipiti ruina properavit; manifeſto NUMINIS favore tot egregiis ſurculis è GUILIELMI & (e) DOROTHEÆ modò laudatiDaniæ Regis filiæ ſplendido & fœcun-

(e) *Nupta A. 1561.*

cundo conjugio ad avitas glorias refloreſcentibus.

Longum foret in hoc theatro explicare tantorum nominum multiplicem ſcenam, Veſtras inprimis Virtutes, *Illuſtriſſimi, & Celſiſſimi Principes ac Domini, Domine* FRIDERICE *& Domine* GEORGI, qui cæteris fratribus, (f) ERNESTO, (g) CHRISTIANO, (h) AUGUSTO, (i) MAGNO & (k) JOANNI, Inclytiſſimæ memoriæ Principibus, ſuperſtites in iſto *fatali Europæ delirio* (quomodo mitiùs appellem?)

(f) *Naſcitur A.S. 1564. d. 13. Decembr,*

(g) *Naſcitur A. 1566, 10. Novemb,*

(h) *Naſcitur A. S. 1568, 8. Novembr.*

(i) *Naſcitur A, 1577, 29. Auguſt.*

(k) *Naſcitur A, 1583, 23. Iunii. Horum verò Principum ſorores fuére: I. SOPHIA, de qua noſtra Oratio, nata A.S. 1563. 30. Octobr. II, ELISABETHA, nata A. 1565. 19. Nov. nupta Friderico Comiti ab Hohenlohe A. 1585. III. DOROTHEA, nata A. 1570, ipſis Calend. Ianuar, nupta Carolo Comiti Palatino ad Rhenum A. 1586. IV. CLARA, nata A. 1571. 16. Ianuarii, ſecunda conjux Guilielmi Comitis Schvvartzburgenſis A. 1593. V. ANNA VRSVLA, nata A. 1572. 22 Martii. VI, MARGARITHA, nata A. 1573. 5. April, VII. MARIA, nata A, 1575, 21, Octobr, VIII. SIBYLLA, nata A. 1584.*

Pru-

Prudentiæ ſolem cum immortali laude provinciis Veſtris allucetis, qui Juſtitiæ, ſub civilibus gladiis conclamatæ, animam redditis; in Eccleſiæ verò horrea patrio more inſignes manipulos convehitis, aliaq; innumera repræſentatis, quibus felicioris ingenii eloquentia, ſed non minùs impar Magnitudini Veſtræ provocatur. Mihi tueri munus, à Benefactrice Rep. injunctũ, & ad Illuſtriſſimæ Sororis venerandam memoriam, quatenus intelligi poterit, propiùs accedere neceſſe eſt; de qua primùm id volebam dicere, ut omnia in illa ſumma eſſent, Nobiliſſimas gentes ſanguine complexam.

Porrò etiamnum puella ac propè infans majoribus, quàm pro ætate curis dedita, miſeramque hanc eſſe ſortem, niſi ipſa felicitatem generi impertiretur, & vicina occaſui ſidera, quæ nihil præter pompæ veteris umbras habeant reliqui, verè exiſtimans, à ſe exegit, quicquid Majores fuerant. Igitur in prima parte beatitudinis ponebat, aſſediſſe bonis, pepen-

pependiſſe ab ore loquentium: Puellares verò luſus, velut irritamenta vitiorum averſata, non ſe luxui aut inertiæ corrumpendam dedit; non ingenioſæ lucidarum veſtium curæ, non chorearum ducendarum magiſtris, non Amadæi narrationibus, è quarum turbidis fontibus vix limpida derivabitur.

Acceſſit tamen, quorum induſtriam nefas ſilere, ab Illuſtriſſimis Parentibus ſubditus frequenter ſtimulus; laudata, quæ mores in poteſtatem perduxerat; remotæ, quibus in exitiales ſcopulos ceream ætatem abripere placet, domeſticæ Sirenes; nihilque non more majorum actum, ut inter felices caſtasq; manus nobilis arbor adoleſceret.

Non ego facilè ad antiquam næniam vocor, FUIMUS TROES; neq; probare poſſum, qui prava decepti opinione tantùm laudant, quæ deſierunt eſſe; omnem autem ſæculi ſui vigorem ad fæces ſubſediſſe putant: Dicendum eſt tamen alacri vultu, quàm turpiter nonnunquam

quam deſciſcere ſoleamus. Magnum o-lim GERMANIÆ nomen, magna faci-nora: In extremum Orientem victrices dextras porreximus; parùm fuit: Inter devictarum gentium titulos Africam traximus; parùm fuit: è Romanis magnatibus alium paſtorem, alium cuſtodem caſæ fecimus; parùm fuit: Spolia ſuperbo Marti, ſervitutem gentibus, ignominiam toti mundo illatam ſuſtulimus; parum fuit: Extinctum in Auguſtulo Imperatorium nomen, profligata barbarie, ſuscitavimus; parùm fuit: Eos, quos non audivimus, æſtimatione Virtutis, & nominis fama imperata facere coëgimus; fuit & hoc parùm. At quod vitiis bellum indiximus, quod populus pulcer, egregius, pius, ſanctus fuimus, quod antiquis moribus aulas privatasq; domos imbuimus; id ſuper omnia tropæa, ſceptra & dignitates eminebat quàm longiſſimè. Nondum enim priſcis ſæculis melioribus frugis proventus à ſuſurronibus interceptus, neq; infamia ſceleribus, ho-
nos

nos Virtuti detractus; nondum peregrini mores, boniſq; contagione nocituri, tàm familiariter recepti, neq; in feminarum curia decoxerunt adoleſcentuli Principes, tibiis & fidibus muliebre claſſicum concinentes. Miraculo fuit, Principum Regumq; liberos in ſanctorum Virorum palæſtra ſpectari tirones; jactariq; cum voluptate inter rudimenta rigidiſſimæ diſciplinæ, ipſorum etiam atrienſium & bajulorum miniſteria occupare, ut indoles à faſtu quamprimum removeretur. Virgines verò vidiſſes, præter pietatis laudem, Minervæ decoras artes colere, acu & radio Penelopen conari vincere; manumq; ſuam vel ſacræ veſti, quæ aris ſinſterneretur, vel Parentum frugalitati conſecrare. Hanc melioris ævi cenſuram, quæ nos verè fortes, verè *Mannos* effecit, quum hodiè pleriq; inter fabulas deputemus, ſeveras leges barbariem dicamus, illecebris verò & inertia liberorum indolem emaſculari patiamur; &, quod nullis unquam luſtramentis expiari poteſt,

poteſt, laſciviam riſu accendamus, an majorum noſtrorum famam, inſignia tituloſq; captare poſſumus?

Sed me Reipublicæ ſenium ac prodigioſam civium inertiam cogitantem, dubium amor patriæ an tædium inſtituto longiùs abripuit: Veſtrum eſt, *Auditores*, hinc conjecturam facere, quantam admirationem mereantur Illuſtriſſimæ PRINCIPIS noſtræ Illuſtriſſimi parentes, qui rareſcente diſciplina, & æmulationem tollente ſæculo, ſecum certarunt, ſecum contenderunt, ut illi mortuorum præcones deſinerent de præſentibus in univerſum queri; quum in ſua domo, quod recentis ævi gloria, veteris verò dici etiam norma poſſit, repertum fuerit Ephebium.

Sic noſtræ in illo Virtutis plantario ingenti & ſua & totius GUELFICÆ poſteritatis fama *ſedecim anni* abſumpti: Tùm ea veluti exardens *Celſiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus GEORGIUS FRIDERICUS Marchio* digniſſimum

imaginibus ſuis arbitrabatur, ſi quæ in parentis aula miranda Virgo fuerat, in ſua conjux videretur. Aderant, quæ matrimonium commendare poſſunt omnia; alienus maximè ab omni faſtu animus & oſor adſcititii cultus, quo illæ duntaxat egent, quæ formam ſuam in ſcrinio circumferunt; & extra gemmas nihil habent, quod placere cuiquam poſſit. Modeſtiam, pudicitiam, conſtantiam, & fidem LUNÆBURGICARUM Heroidum mundum muliebrem eſſe, neq; præter verecundiam alio eas purpuriſſo pingi, rectè cognoverat.

Legimus in hiſtoriis, multos pro ſe, pro patria, pro focis atq; aris ſtupenda patraſſe, regna, imperia, maximos; exercitus habuiſſe, integras nationes pedibus ſuis advolutas conſpexiſſe: Quoties ad penates & conjugem oculos converterent, plus infamiæ quàm gloriæ foris reperiſſe. Noſtra PRINCEPS Marchioni ſuo in decus & famam ceſſit, & quantò certioribus documentis indolem ſponſo

proba-

probarat, tantò perſeverantiùs dilecta eſt; ſuum contrà affectum grata vice rependens, quo de pulcerrimo fortunæ munere, tanto, inquam, Principe, ſecurior eſſe poterat: Cujus ego præconium, actum agam, ſi hoc loco fuſiùs explicem; quum Vir ingenio doctrinaque commendatiſſimus, FRIDERICUS TAUBMANNUS, cui ea Sparta ante hos ſex & triginta annos obtigit, benignam materiam, ſuisq; obſequentem artificibus adeptus, minorem diligentiæ noſtræ & ſecundis curis reliquit.

Sed nunquam ſine tempeſtate Principum vita, aut iners iis tranquillitas eſt; æternæ legis imperio cum aſperis comparantur, eò violentiùs, quò major ipſis cum DEO amicitia intercedit; cujus hoc veluti proprium eſt, Pietate ſibi conciliatos per infortunium ad veram exiſtimationem perducere. Etenim *poſt initi hujus matrimonii annum quartum & viceſimũ* ſublatus eſt(l) ex oculis Franconiæ,

(l) *A. S. 1603.*

coniæ, ex oculis ſanctiſſimæ conjugis, cum qua unicè honeſta diſcordia illa fuit, *Sine te gaudere non poſſum*; *imò ego ſine te:* Ac quod graviſſimum fuit omnium votis, quum nullus

- - - parvulus aula
Luderet Æneas - - -

quum ex eo magnis illis Heroibus, qui cõtumulati poſterûm anima ſeſe credũt, & optant vivere, BRANDENBURGICÆ Arboris propago oſtendi non poſſet, id eſt, ut breviùs rem dicam, ſecundæ exequiæ pararentur. O quantum ex innocentiſſimo illo rore, qui ſe in Chriſtianis nunquam abſcondit, & ex imo deductis ſuſpiriis, quæ verus amor nunquam devoraverit, etiam quum indè famam ſperneret, tùm omnibus ſe oſtendit & approbavit PRINCIPIS noſtræ Virtus! Non ſiluit elegantiſſimus Orator, quem nominavimus, adeoq; omnium earum gloriam exæquaſſe dixit, quæ fabellis crevére; & ut vicaria maritorum ſalutem anima redimerent, ardentibus [illegible]rogis miſcuére. Ta-

Tamen adhuc præclarius fuit, & quod non niſi in excelſum animum cadere poteſt, & maximarum dotium capacem, *in tanta viduitate viduam non eſſe*; dum, ademto marito, terreſtri Venere thoro in perpetuum proſcripta, ſuppar Divis & mortalium vota gaudiaq; generoſo contemtu ſupergreſſa, cœleſtium amorum flammas magis magisq; venis aluit. Nam eorum ſuavitate perfuſam, & illibato pectore florentem, multis annis *Onolzbachium*, dein *VVilzburgum*, quò neceſſitate temporum flagitante conceſſerat, vicinis diſſitisq; in venerationem oſtendit, & exemplum.

Verumenimverò illuxit tandem annus ſæculi hujus triceſimus ſecundus, ille horrendus, ater ac funeſtus, quem cum ſequentibus an Chriſtianum appellem, ſæpê dubitare ſoleo; & mecum fortaſſê omnis quondam poſteritas: Cujus ſenſum nemo cogitabat, Majorum ſuorum Furias ex Annalibus cognituræ. Quid enim præter Germaniæ de Germania "

Digitized by Google

„ triumphum, & exciſæ patriæ turpiſſi-
„ mum titulum in Faſtos intulimus?
„ Tum tremendæ Gigantomachiæ lo-
„ cus in hoc ipſo ſolo quæſitus; tùm co-
„ tidianum noſtri cognatique ſanguinis
„ proluvium; tùm everſæ aræ, profana-
„ ta ſacra, Muſarum antiſtites vel exules
„ vel captivi; neq; frequentior rei ullius
„ quàm buſtorum aut miſerorum agre-
„ ſtium, ruinas ſuas lamentabili quiri-
„ tatu explicantium, occurſus fuit. Ut taceam morbis & commeatuum inopia abſumtos, quibus Libitina non ſuffecit: Ut taceat *prima Roma* Gallorum inauſpicata nomina, *media* Pompejos & Cæſares, *infima* Hunnos Avaresq;, Gothos & Herulos. Chriſtiani in humanũ genus, Chriſtiani in cives, Chriſtiani proh nefas! inChriſtianos ſupra barbariem peccavimus.

Inter hanc calamitatum abundantiam, & omnium neceſſitudinum oblivionem, NORIBERGAM ſerenitas PRINCIPIS noſtræ, velut benigni ſideris adſpectus, multùm recreavit; & pro

lætis-

lætiſſimo accepta omine præſentis laſſitudinis vel ſenſum, vel præteritæ memoriam abſterſit. Quamobrem, ò Celſiſſima PRINCEPS (lubet enim tanquam præſentem, & jamjam civili curru, civili comitatu ingreſſam ſemper adorare) ſalve, ſalve, gratiſſima HOSPES, cum qua tot Virtutes im̃igrarunt; quarum multò æſtimatior theſaurus eſt, quàm ſi montium ſinus auro argentoq; fœcundos fortuna nobis in prædam objeciſſet! Illa enim omnia, quæ vulgus æſtimat, ferreis clauſtris armat, ex alieno ſanguine legit, ſuo defendit, humanæ lævitati, latrociniis & invidiæ obnoxia ſunt; Tuis virtutibus *in obſeſſa via pax eſt*; quum claſſicum cecinit, ſciunt ſe oppugnari non poſſe, in omnes caſus, pericula, mutationes & injurias firmiter munitæ.

Quod ſi in tanta malorum ſegete PIETATIS exempla deſideravimus, tu occurrebas, cujus adſpectu perditiſſimi quoq; vitia ſupprimerent; ſi HUMANITATIS, in te amabilior elucebat,

quàm alibi in hoc faſtigio cerni cõſuevit; ſi LIBERALITATIS, tu xenodochium effeciſti, quod privata domus; ſi AMORIS erga noſtram Rempublicam, tu de malevolorum ſuſurris nobiscum triumphare poteras.

Hîc jam excreſcere & in immenſum diffundi poſſet Oratio, progerminante tàm divite rerum & eximiorum facinorum materia; ſed temporis brevitate circumſcripto, vel, ut ingenuè fatear, gravi pondere fatiſcenti ex incomparabilis feminæ ampliſſimis viridariis placuit, velut in ſertum pancarpium, flores opidò paucos legere. Ac quod primam illam attinet, quæ agmen cæterarum ducit, & VERI DEI VERUS CULTUS definiri ſolet, nullam eſſe Principis majeſtatem credebat, quæ non illi ſubſterneretur; expirantem PIETATEM regnorum ſequi funera, & hujus neceſſitatem etiam intellexiſſe, qui, ea deſtituti, peſſimo artificio ejus amorem ſimularunt, & boni quum non eſſent, haberi

tamen

tamen ſtuduerunt, pejores nequitiam palàm profeſſis. Eſt enim inſtar Solis " Principis vita, à quo omnes coloran- " tur; & ut à capite proſpera valetudo, " omnia vegeta ſunt atq; erecta, aut " languore demiſſa; ita per omne im- " perii corpus diffundetur vel ſanctitas " vel vitiis,& corrupto ſæculo dabit lo- " cum, prout Princeps culta virtute vi- " get, aut neglecta marcet. Rurſus à tot " millibus ſervatis ipſe ſpiritum & Civicæ coronæ gloriam trahit: Ut ſæpè non ſi- ne riſu obſervare ſoleamus, *duas* vulgò *ſemitas in Rep.* teri, *alteram* compendia- riam, ſed cum periculo conjunctam; *al- teram* ſecuriorem, ſed ob tarditatem mi- nùs ſplendidam; *tertiam* eamq; opti- mam ne per ſomnium quidem videri. Cupiunt in gloriam præcipites agi, Cyri & Alexandri famam tranſilire repentino ſaltu; provocant & laceſſunt omnia ſimi- les æſtuanti adoleſcentulo, qui apud Ma- ronem

Optat, aprum, aut fulvum deſcen-
dere monte leonem.

Alii quaſi depreſſiores, in civili pelago diu remigant, cum Epaminonda ſordes ex angiportis priùs ejiciunt, leges annarias in ſemetipſis acriter exercent, donec evitatis omnibus ſcopulis illæſi ad claritatem perveniant. At quod Noſtra in PIETATE quæſivit, invenit & calcavit; tutius breviusq; ad ſolidam & æternam gloriam iter non habet: Etſi, quia minùs habet tumultus, quàm artes bellicæ ac forenſes, raris allubeſcit quieta iſta & inermis cum DEO negotiatio.

Ut verò intimiùs eam conſideremus, inimica fluxæ, &, ut ita dicam, *intercalari religioni*, mentem ſine intervallo cœlo affixit; neq; diabolum in familia ſua prædam agere paſſa, certas ſingulis diebus horas pietatis officio conſecravit, memorabili ſanè in poſteritatem exemplo, & multorum faſtidium, improbamque in ſola domeſtica diſciplina verecundiam in verum ruborem daturo. Quum inſuper haberet mille voluminum theſaurum non in ſpectaculum (ſicut nonnullis bra-

&ecatæ

ſtatæ & ad inanem plauſum compoſitæ ſanctitatis hominibus libri capſarum ornamenta potiùs, quàm vitæ inſtrumenta ſunt) ſed in ſuam ſuorumq; utilitatem comparatum, eorum partem maximam perlegit; nec perlegit tantùm, ſed concoxit, *cœptaq; & finitæ lectionis dies* ſua manu, quam in ſcribendo præter ſexus conſuetudinem emendatiſſimam habebat, *in cujusq; libri fronte ſignavit.*

Inter alios, quorum operas poſt SCRIPTURÆ ſacros fontes & LUTHERI deductos indè rivulos ſeriò guſtabat, maximè venerari ſolita JOANNEM ARNDT CELLÆ, in ipſa patria ſua, olim per Ducatum LUNÆBURGICUM Superintendentem, uti vocant, Generalem (*cui inculpati mores & ad primæva pietatis exacti normam, ingentem auctoritatem peperére, mirando præterea oſtento, quod ſcriptis illius divinitùs objectum jam omnes ſciunt, confirmatam auctamq;*) hunc *auctorem magnarum cogitationum* nuncupabat; hunc ſe

„ in pudendis animorum ulceribus un-
„ guem ſalubriter figere; hunc à blan-
„ dis opinionibus, cœlum parvo ven-
„ ditantibus, ad ſudores & acrem vitam,
„ à roſis, quas molliter philoſophantes
„ calcare volumus, ad CHRISTI ſpinas
„ abducere, easq; faces admovere dice-
„ bat, quæ ardorem noſtrum nunquam
„ patiantur intepeſcere. Nimirum ſub-
limi admodum cenſura quemq; in do-
mum, in Bibliothecam, in familiarita-
tem adſciſcebat, tractabat, & adorna-
bat!

Sed non intra hos fines continere ſe potuit cœleſtis ille fervor: Ecce mihi non ambitionis cauſſa, ſed propagandæ in ſuos virtutis & memoriæ, vulgatum ſpecimen, HYMNORUM, E VARIIS COLLECTORUM, aureum libellum, quibus ſingulis diebus à ſe & famulitio cantandis irato NUMINI juſti furoris telum extorqueretur, quod ſcelera merebantur, communi ruina cum auctoribus ſuis involvenda! O illecebroſum divinæ ſemi-

feminæ nectar! ò ipſam & re & nomine SOPHIAM! Cui jam non apparet, tàm pulcro tamq; præclaro fundamento, quicquid in PRINCIPE noſtra exſplenduit, quicquid omnia nomina non implevit modò, ſed & vicit, quæ unquam populi optimè de ſe meritis etiam adulando tribuerunt, impoſitum ſuperſtructumq; fuiſſe? Sicut enim, quum imbuti vana ſuperſtitione animi (m)

Veri boniq; fomitē, & fontem DEUM,
Quem nemo, niſi in CHRISTO, videt,

prorſus ignorarent, miſeram conditionem ſuam falſa ſpecie diſſimularunt, ipſã Virtutem non habuerunt; adeò ut *M. Brutus*, venerabilis ille paganis ſuis, &, Cremutii teſtimonio, *Romanorum ultimus*, indignantem animam ejecturus, *Non in re, ſed in verbo tantùm eſſe Virtutem* clamaverit: Ita piacularibus aquis luſtrati, & per Salvatorem cœli jus adepti, quum beneficio utuntur, & PIETATEM

(m) *Paulinus in Iamb. ad Auſonium.*

TEM in animum ſeriò demittunt, cæteris omnibus ſe vident circumfundi. Neq; illud Gregorii Magni, *Quò perfectiores ſunt Virtutes ſingulæ in homine, eò ſibi ſunt conjunctiores*, aliam niſi oraculi vicem obtinet; cujus incorruptam fidem ubertate Virtutum, è prima illa ceu metropoli deſcendentium PRINCEPS Noſtra (ſi hucusq; ſterile ſolum, & talium frugum inimicum extitiſſet) una ſatis ſuperq; comprobaverit.

Vidimus, vel remoti accepimus, maximum inter humana bonum, quod pro hamo & illicio habere omnes debent, indivulſum illi ſemper adfuiſſe, & quaſi in comitate Principalis dignitas auguſtior eſſet, nullum in ea ſupercilīū notatum, niſi Chriſtianum, quum irritamenta mundi, & expoſitas ad convellendam pietatem Diaboli merces deſpiceret. „Nunquam illa contumeliam ju„dicavit, homini inferioris ſortis ſalu„tanti mutuam ſalutationem reddere; „nunquam plebejo alloquio contami-

nari

nari Majeſtatem ſuam; nullum hominum
aut negotiorum faſtidium, erga ſummos
infimosq́; ſine venerationis jactura ea-
dem facilitas. Adeò nihil in magno “
animo vereq́; nobili faſtus habet aut “
ambitio, quæ tamen pleriſq;, ſed igna- “
vis, ſed ſtolidis, ſed illiberalibus viſum “
& auditum & omnes ferè ſenſus eri- “
pit, ut neq; genus ſuum, neq; merita, “
neq; famam, neq;, quod caput eſt, ſa- “
lutem dignoſcere queant. *Stat in præ-* “
cipiti ſuperbia, de culmine non deſcen- “
dit, ſed ruit; quavis manu jugulari “
facilis, &, ſi hoſtis deeſt, ſuis ipſa viri- “
bus concidit. Sed non ad vitia compara-
tam volumus PRINCIPEM noſtram
(injurium hoc fuerit, utut hujusmodi
gloriam affectavit magnus Imperator
Auguſtus) etiam inter miracula fuiſſet
habita, ſi modeſtiſſimo ſæculo vixiſſet.

Prolatis hunc in modum præſtantiæ ſuæ pomœriis, impreſſisq́; tàm egregiæ humanitatis veſtigiis, jam & tertiæ Virtutis exercendæ ut materia, ſic animus

Digitized by Google

mus fuit. Ademtis bello vitæ ſubdiis, convolabant egentium examina, & in domo PRINCIPIS noſtræ propitiam ſibi menſam quærebant; ſpe nunquam irrita, *quum illa nihil glorioſius duceret, quàm debitores ſibi ſine odio facere.* Dixiſſes, principalem opulentiam omnem pauperum gazam eſſe, & veluti publicum copiæ cornu: Ita beneficentiæ ſuæ expertem eſſe neminem voluit, ſtipem ſine faſtidio & ſatietate cotidiè numeravit; omnia deniq; præſtitit, quæ *tricerberi noſtri* tàm difficulter diſcere poſſunt. Eorum complures dum vivunt, infamia illa oracula, *Eme, vende, rem auge, in calvis pilum quære, fiſco quàm CHRISTO, arcæ quàm aræ addictior, & ad omnem quæſtum ſagax, odorem ex urinario bonum puta,* quàm lubenter audiunt, exercent, omnes reculas ſcelerata auctione haſtæ ſubjiciunt: Quum res in extrema tegula ſteterit, quum fatalem horam DEIq; malè culti manum ſentiunt, tùm neq; ad explicanda diluendaque debito-
rum

rum nomina aptiorem ſpongiam, neque ad amicitiæ divinæ aditum certiorem teſſeram ſibi quærendam putant, quàm ſi loculos excutiant, ſpargant in pauperes mox deſerendas opes, Muſas etiam ſpoliorum ſuorum heredes ſcribant. Quæ ſanè res cordatioribus profeſſa, *ſtultitia eſt, poſt mortem demum velle ſapere.*

Noſtra PRINCEPS beneficia ſua non in ultimum momentum compegit, benignè cumulateq; omnibus præbuit, per omnem vitam; ægros etiam velut peculiarem clientelam exquiſitiſſima caritate ſemper levavit, ut hîc verè CHRISTI nomen, quod hoſpitale piorum ſignum eſt, agnoſci haberiq; in pretio appareret. Etſi verò nonnulla in irritum data fuére, circumlataque à beneficiorum fraudatoribus in contemtum Virtutis: Tamen in rectè facti, officiique expleti conſcientia acquievit, in dando inſuper pertinacior fuit, gnara, ſecundum rerum naturam Principes vivere debere & NUMINIS exemplum ſequi,

Digitized by Google

„ qui, non minùs improborum, quàm
„ bonorum rura frugifero imbre hume-
ctantis. Aliquando nimii concurſus fa-
cti perpulerunt Ampliſſimum Ordinem,
ut, *Numquid in amolienda hominum im-
pudentia operam ſuam vellet*, explorare
quosdam juſſerit: Sed ii pectus, ipſa
manſuetudine mitius, querelam de im-
„ portunitate nullam retulére. Magnifi-
„ cum hoc erat PRINCIPI, optimo-
„ rum judiciis ſua ſic æſtimari; gratum
„ accipientibus, quod beneficia non ad-
numeraret, ſed admetiretur. Et jam o-
mnem gloriam conſummatam, Urbem
totam meritis expletam credebamus,
quum ipſa Rempublicam nondum ſatis
amaſſe ſibi viſa, quum (quod nobis im-
poſſibile fuit) amplitudinem præſtitorum
novis curis egreſſa, capacem declarandi
affectus ſui in CURIA noſtra locum in-
venit. Poſt *tres Principes*, quos anno
ſupra milleſimum ſexcenteſimum octavo
decimo teſtamenti ſui executores di-
xerat; poſt Germaniæ Principes, quos
Reges

Reges eſſe magnus Imperator cenſuit, ſed jam fato ſuo perfunctos, ecce *Magnificis Nobiliſſimisq; DUUMVIRIS noſtris* ſupremæ voluntatis ſacrum committit, hoc eſt, unam Rempublicam triplicis gloriæ heredem nominat.

Mucianum Syriæ præſidem accepimus, quum Veſpaſianum ad imperium P. R. capeſſendum vocaret, adulationis ſuſpicioni ſic occurriſſe, ut diceret, *à contumelia quàm à laude propiùs eſſe, poſt Vitellium eligi*, prudenter indicans, eam demum veram laudem eſſe, magnis Viris ſuccedaneum dari, cumq; iis conferri poſſe. Macte, macte, Celſiſſima PRINCEPS, ingenti caritate, quæ quod non jam civibus, ſed civitati exhibetur, eò ſpecioſiùs amabitur; in Annalibus, in fama, in flore Reipublicæ, quem æternùm vovemus, eminebit, vivet, perennabit!

Fuére hactenus multi, qui, NORICO ſplendore ducti, illa magnificentia, illo cœleſti rerum ordine accenſi (nec

enim

Digitized by Google

enim ſidera curſu magis certo incedere putem) è vicinis, nec vicinis tantùm, ſed & Aſiaticis; nec Aſiaticis tantùm, ſed & iis, quos ultra Oceani clauſtra fatalis diſperſio rejecit, ad nos venére, auribus olim uſurpata, tunc oculis uſurpaturi. Dedimus duces, omnia, quæ magnifica habebantur, indicavimus, ædes religione & vetuſtate celebres, beatiſſimorum ſepulturas & ſtatuas, armorum & frumenti publici cuſtodias, portas ac turres, Oſtendimus Cæſareum caſtrum, Imperatorum ac Regum domicilium, *Friderici penſiles hortos*, *Sigismundi ſpeculam*, Curiæ ſupellectilem, veterum Principum, & inter eos *Caroli M. imaginem* ad vivum effigiatam; & quæ alia videre geſtiit, ac dein publico præconio (n) commendavit extera cupiditas. Non minore gentis noſtræ fama, ſi qui porrò advolaverint, circumducemus illos ad hoc ipſum tectum, quod magna HOSPES implevit; ad hoc egregiæ laudis veſti-

(n) *St. Vinandus Pighius in Hercule Prodicio pag. 92. item pag. 146. & ſeqq.*

veſtigium, quod inter decumanos fluctus litori noſtro Fortuna conceſſit; & monſtrabimus iis grato digito, HIC AMORIS PUBLICI TEMPLUM, HIC ARA MULIEBRIS VIRTUTIS FUIT. Quanquam miſerum hoc nobis recordationis genus eſt, ad vacuas ædes recurrere; qui ut aliarum rerum, ita felicitatis, è præſentia & adſpectu PRINCIPIS captæ, participes poſteros volumus, & nunquam perpetuitatis deſiderio prolixiùs indulgemus, quàm cùm benevolentiæ fructus tàm luculenter oſtenditur.

At enimverò ſomnia noſtra aliorsùm recidunt, tot exemplis, quot homines creavit, docente magno illo Imperatore, Neminem æternum eſſe, præter Ipſum: Verſari nos in vaſtò pelago, quo, disſiliente navi, auri & gemmarum eadem cum ſcrutis conditio ſit. Eſt tamen, quod in his terris ultra humanam fragilitatem provehit, ſi cotidiè in procinctu ſtamus adeundi patrimonii, ſi caſta inter vota lacry-

lacrymasque pervigilia ducimus, ſi totius vitæ acta relegimus, rerum omnium curas, velut in publico juſtitio, præ illa una neglectui habemus, quam DEUS nobis impoſuit.

Ad hoc ille Virtutum æquabilis tenor, PRINCIPIS noſtræ magnum exemplum, univerſos vocat, tùm per primos & medios annos vaſa colligentis, tùm in meta, quam nunc conſiderabimus, antiquum ſuum ſtrenuè obtinentis. Jam ſenium, & quicquid illud comitari ſolet, ambulare, & publicis concionibus intereſſe prohibuit: Illa contrà cœleſtibus delibutum gaudiis animum per iter æternitatis privatim deduxit; eademque pietate, eodem ordine, quem Eccleſia in feriis, in profeſtis obſervat, domum ſuam tinxit, & imbuit.

Sic vehementiori certamini quum veluti præluſiſſet, incubuit longè gravior anni ſuperioris *Auguſtus*, quem ſive tuſſis in ciborum faſtidium PRINCIPEM adducentis, ſive Chriſtianæ pati-

entiæ

entiæ (quæ unica poſt tot Virtutes ſano corpore abſolutas nunc ægro exercenda fuit) incrementa ſpectes, verè Auguſtum dixeris.

Ejus ſævitiam quaſi æmulatus *October* alterum brachium, & quod grande ſuſpirium, ſine Virtutis tamen injuria produxit, dexteram illam, qua Pietatis ſibi monumẽtum erexerat, tanta deſtillatione invaſit, torſit, & ligavit, ut, atrocius quid metuens, ſolas animi tenebras deprecata, cœleſtis ſibi epuli guſtandi copiam poſtularet. Quo conceſſo, &, uti ſolebat, piè ſumpto, reſpirare, ſedere per aliquot horas ſingulis diebus erecta, nihil præter calamum ſibi extortum quæri; deniq; ipſis CHRISTI adventantis feriis, quod votorum in his terris ultimum erat, cum tota familia conſueto more, cœli viatico denuò ſe paſcere. Sed ea non fuit ætas, quæ contumaciter eludere morbos poſſet: *Sex & ſeptuaginta annis* exhauſta, & inclinata, circa illud ipſum tempus, quo DEI filius ex Virgine Maria

natus,

natus, ferreum ſæculum inter pecudes, in fœno ac præſepi ſuſtulit, tranquillum inchoavit, arctiores ſomnos ſomno decretorio, vertiginem nocti poſtremæ, languores quieti, non niſi Judicii die interpellandæ, præmiſit. Nihilominus ſanctè negotioſa PRINCEPS Homilias in Domini natalem, & depromtas ex efficacioribus odas, ſingulari cum voluptate, ceu nondum proſtratis viribus, audivit; ac poſt hæc ſciſcitata ſanctæ diei vicinitatem, qua Rex Regum à tribus olim Regibus honoratus eſt, poſtquam reſponſum tulerat: *Agnoſco*, inquit, *felicitatem domeſticam. Hac dies parentem meam in cœlum tranſtulit. Vereor, ne ſi illam exſpectare velit, ſerò veniat ſuaviſſima ſoror.* Hoc imminentis fati præſagium, quum ſe, dicta luce, ſacra cœna iterum expiaſſet, ac divinæ benignitati gratias egiſſet, præter alia, quorum amplam ſupellectilem habebat, cani Simeonis triumphale carmen ſibi modulata, implevit tandem *quartus decimus Januarii*, quem quia celebris

lebris per Germaniam Aſtrologus Illuſtri perſonæ poſtremum fore in Faſtis ſuis notavit, tantæ PRINCIPIS jacturam ipſa rerum natura præſenſiſſe mihi videtur.

Eum verò diem, quibus cum Romanis inſanire placet, inter Alienſes, Cremerenſes, alioſq; inominales ob exceſſum iſtum referant, & deteſtentur: Ille adverſus ignominiam ab eodem telum mutuabitur, & tot lætis, alboq́, calculo ſignatis, hòc Chriſtianæ Virtutis ſpecimen exprobrabit. Obiit enim Noſtra PRINCEPS, ac res ſibi ſuas habere mundum juſſit eo vultu, quo pii veram de felicitate mortalium cenſuram ferunt; eo animo, quem æternitatis candidati ſemper in poteſtate habent, ſerena, hilaris, placida, fulcienti caput miniſtræ velut indormiſcens ſoli DEO, ſoli SALVATORI ſuo mancipata.

Obiit divortio cum priore vita nunquam facto, magiſterio probitatis non niſi jubente morte poſito, læta pauperi-

bus, velut ornamentis; manſueta inſimis, velut cognatis; mater alienigenis, velut ſuis, in exemplum, in gloriam, in ſolatium Celſiſſimarum domuum BRANDENBURGENSIS, BRUNSVICENSIS & LUNÆBURGENSIS, quæ Affinis & Agnatæ, Noſtræ REIPUBLICÆ, quæ HOSPITIS magnæ magnas exuvias in monumento mox deponet.

„ Obiit eo tempore, quo nihil atro-
„ cius inimicus inimico, quàm vitam
„ precari poteſt, quo impietati longæ
„ admodum induciæ conceſſæ, ſuppreſſi
„ boni, ſuperiorum temporum nubes
„ in luctuoſam, cruentamq; pluviam ſo-
„ luta, ubiq; ferrum ſupra caput eſt; &
„ quod ſupra omnes calamitates, ubiq; SECURITAS. Dum enim nulla non dies ſervitutem intendit, dum ſanguinem tyrannis ſorbet, enervatq; vigorem animorum, ecce, velut in ipſo Fortunæ ſinu collocati torpemus, ac ſtertimus, evigilaturi ſcilicet, ubi deletis omnibus auxiliis ipſa

ipſa de nobis ſalus deſperaverit: *Quumq́, ad reſtim res redierit, viros eſſe nos recordabimur.*

Non ego ambitioſa lamentatione vel Manes proſequar, vel poëtico clamore imperia fatorum incuſabo, vel ſeſquipedali voto pro aliena anima vivendi terminum hîc ponam: Finiiſti fabulam tuam, ò beatiſſima! nihilq́; tibi tantum eſt, ut redeas in theatrum, & reſumas perſonam, quam pari felicitate & egiſti, & depoſuiſti. *Poſt complexum DEI, poſt Olympi guſtum, neceſſe eſt omnem terram deſipere, atq́, fœtere!* Sed & ſuperfluum prorſus Romanum illud VALE tàm piis oſſibus dicere, vel TERRAM LEVEM precari, cui corpus ſuum, & reliquias mortalitatis (ut indè quoq; fiduciam, & affectum æſtimare poſſimus) ad Superos abitura commendavit.

Quod ſupereſt, DEUM IMMORTALEM, cuſtodem S. P. Q. *Noribergenſis*, pro immenſis beneficiis, quæ ab Illo mihi præſtita ſi ſingula ſint, obruunt

Digitized by Google

debitorem indelebili nomine, & in omnem poſteritatem duraturo, ſupplex veneror, & adoro, ſufficiat huic luctui, qui verus adeoq; Principali tumulo maximè glorioſus eſt, Virtutum illarũ, quas paucas memoravimus, plures taciti recognoſcimus, perpetuam imitationem. Utut enim omnia perconter & excutiam, nihil credo majus REIPUBLICÆ præſtari poſſe hoc inprimis ſæculo, quo cùm ad animandum in arena militem publica vox ſit, *civis civem fieri*, nonnunquam in civitatibus privati, & in umbra educati Timagenem illum, quem Auguſtus ſerpentem dixit, repræſentare & patriæ famæ, ſaluti ac Religioni parricidiales manus afferre cogitant. Quos ego nunquam cives, ſed ne terræ filios, licet maculoſo nomine, compellabo; ſed proprio, magiſque appoſito, abortus quoſdam deficientis rerum naturæ, peſteſq; orbis perituri.

Quamobrem de nobis, de communi patria, de ipſo cœlo, quod cives decet, opti-

optimè merebimur, ſi ut Phidiæ effigies Minervæ ſcuto eximi non poteſt, ita pectori noſtro inſculpta ſedeat laudatiſſimæ PRINCIPIS noſtræ recordatio; nec ea ſolùm, ſed etiam ardor ille pertinax æmulandi.

ORATIO QVARTA.

ORATIO VALEDICTORIA,

Includens diſſertatiunculam de fructu & utilitate peregrinationis, prudenter peracta.

Sigismundus L. B. ab Herberſtein in parænesi ad gratam poſteritatem.

Ego omnes, qui nomine meo cenſentur, gentiles atq; agnatos admonitos, rogatosq; eſſe volo, genealogiam noſtram lecturos ut in eam cogitationem mecum incumbant, majores noſtros non per otium & deſidiam aut malas artes, præclarum nomen, nobilitatis prærogativã, & Virtutis monumenta conſequutos eſſe &c. *Ipſi generoſæ ſtirpis & arboris ſurculi natalium ſplendorẽ Virtutis ſtudiis amplificent, atq; cohoneſtent.*

Quan-

QUanquam pleriq; veterum, ut eſt in probatiſſimorum autorum comentariis, de generis dignitate & nobilitate minùs honorificè locuti ſunt, eamq; nullo propè loco habendam cenſuerunt; ideò quod ad dignitatem cujusvis hominis pertineat, ut probet non quibus quisq; natus, ſed qualis ipſe ſit: Idq, nonnulli eorum trito Horatii teſtimonio evincere ſe poſſe putarunt, quod ita habet: *Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra puto.* Tamen non defuerunt alii minimè contemnendi judicii viri, qui generis nobilitatem omnium hominum favore & prærogativa dignam judicarunt. Idq; propter duas præcipuè cauſſas. Una eſt, teſte doctiſſimo *Mureto*, quod, cùm corporum temperatio eadem ferè in parentibus & liberis eſſe ſoleat, ad easdem res natura proclives ſint ac propenſi. Quibus *Cicero*, eloquentiæ Romanæ Princeps, ſuffragatur, quando *in oratione*

tione pro Rabirio Poſtumo ita ſcribit: *Eſt hoc generi hominum propè natura datũ, ut, qua in familia laus aliqua floruerit, hanc ferè, qui ſunt ejus ſtirpis, cupidiſſimè perſequantur.* Altera cauſſa eſt honeſta educatio, & commemoratio Virtutis & gloriæ majorum. Hac enim uri, & tanquam face ad laudandam æmulationem accendi atque inflammari generoſos animos, ſemper creditum eſt. Pertinent huc verſus recentioris quidem, ſed ab eruditis ſæpè laudati Poëtæ, Joh. Baptiſt. Mantuani:

Scilicet audita laudes, & clara nepotũ
Facta movent animos, generoſaq́ corda nepotum
Sollicitant, & calcar habent, abiguntq́ veternum.

Habuit itaque peridoneam cauſſam Andromache, in Æneide Maronis, Æneam de Aſcanii filii ipſius moribus & ſtudiis ita percondandi:

Ecquid in antiquam virtutem, animosq́ viriles

Et

Et pater Æneas, & Avunculus excitat Hector?

Ego licet imbellicitatis mihi meæ probè conſcius ſim, hoc tamen ſalva, ut opinor, modeſtia verè dicere poſſum, me pridem ex majorum meorum rebus laudabiliter geſtis, inprimis verò ex pia, ſeria, & fideli cohortatione Agnati noſtri, *Dn. Sigismundi L. B. ab* Herberſtein/ *Equitis, quatuor Imperatorum Maximiliani Primi, Caroli Quinti, Ferdinandi Primi & Maximiliani II, Conſiliarii, Camerarii, Judicii aulici Præſidis, ad multos Reges & Europæi orbis Principes Legati laudatiſſimi, Baronis omni laude digniſſimi &c.* ad gratam poſteritatem, eundem propemodum ſtimulum ad honeſta incitantem in animo ſentire.

Quando verò hac ætate mea nulla alia Virtute ſtudium Vobis probare poſſum, imitatione modo laudati Dn. Agnati mei, aliorumque diſcipulorum non ingratorum more, propediem in aliam, huic ipſi amicam Univerſitatem migraturus,

Digitized by Google

rus, Vobis, *Auditores, omnium Ordinum honoratiſſimi*, debito & juſto officio gratitudinem declarabo. Antequam verò pro infinitis veſtris beneficiis, quæ non mente concipere, nedum lingua eloqui valeo, paucis verbis, ſed prolixa voluntate Vobis gratias agam: Nonnihil *de peregrinationis, prudenter ſuсsepta, fructu & laude* breviter ediſſeram. Ad quam meam recitationem cùm benevolentia mihi veſtra opus ſit, ne ad ſemihorulæ, vel etiam brevioris ſpatium eam mihi denegetis, etiam atq; etiam rogo, & obteſtor.

Quod in milite vel nauta imperito obſervare ſolent periti, eos nempè in principio conatuum ſuorum commoda ſæpè, raròverò damna militiæ aut navigationis ſuæ ad animum revocare: Hinc fieri ferè ſolet, ut, longiùs progreſſus miles, cognitis laboribus retrocedere, navicularius verò altiùs provectus inter fluctus & procellas terram videre, inque portu navigare præoptet; uterque inter ſpem

ſpem metumq; dubius: Tale quid mihi quoq; adoleſcenti, peregrinationem laudare inſtituenti, ſed in dicendi palæſtra parùm exercitato, eveniſſe, ingenuè fateor. Cùm enim agreſtes quoſdam, ſed inani perſuaſione tumentes matercularum aſſeclas, non ſecus ac Polyphemus ille, qui nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli, exoſos, & nullo propè numero haberi; contra verò eos, quorum vitam & mores politiores & moderatiores reddiderat peregrinatio, rerumq; experiẽtiã, quæ prudentiæ nutrix eſt, tulerat, plenis buccis laudari, coli, obſervari, & ad ſummas honorum dignitates provehi intellexiſſem; perfacilem mihi futuram hanc, ut ita dicam, oratoriam navigationem putabam; utpote in qua tot laudum argumenta, nemine, ut opinabar, contradicente, concurrerent.

Enimverò quando nunc ex portu ſolvo, graviumq; & prudentium virorum judicia exploro, in fortunatis eruditorum inſulis alios, & propè dixerim contrarios

ſpirare ventos animadverto: Ita quidem, ut niſi ipſi opem tulerint prudentes, & benevolentiæ ſuæ favonio juverint, in judicii mei imbecillitate, inque errore miſerè mihi periclitandum, vel naufragium faciendum ſit. Dudum enim iſtas hisce auribus ſapientum voces excipere mihi videor: Cohibe te, ò adoleſcens, bellam nobis, ſi DIs placet, commendature peregrinationem, malorum omnium Oceanum, infame naufragiorum fretum, luxus & libidinis Scyllam, omnis turpitudinis Charybdin, ſcholam improbitatis & nequitiæ, gymnaſium ineptiarum; divitiarum, quibus abundabat olim Germania, quasq; tui compares exportant, voraginem; fœdum candoris, juſtitiæ & Virtutis Germanæ ſepulchrum. Ita novè peregrinationem commendant illi, qui tanquam piſcatores icti ſapiunt.

A quorum ſententia ne alienos fuiſſe exiſtimes veteres, agnoſce illud ſapientis Romani in epiſtola quadam ad Lucilium: *Quid per ſe prodeſſe peregrinatio cui-*

cuiquam potuit? Non voluptates illa temperavit, non cupiditates refrenavit, non iras repreſſit, non indomitos amoris impetus fregit; nulla deniq; animo mala eduxit, non judicium dedit, non excuſſit amorem. Sed ut puerum ignota mirantem ad breve tempus rerum aliqua novitate detinuit. Cæterum inconſtantiam mentis, quæ, cùm maximè ægra eſt, laceſſit, & mobiliorem levioremq; reddit ipſa jactatio. Hæc quidem ille. Quibus adde ſis egregium & prudens ſenis Veronenſis encomium, quod eſt apud *Claudianum*, Poëtam non ignobilem: In illo inter alia hæc leguntur diſticha:

Felix, qui patriis ævum tranſegit in agris,
Ipſa domus puerum quem videt, ipſa ſenem.
Qui baculo nitens, in qua reptavit arena,
Unius enumerat ſecula longa caſæ.

Talem vitam *Socrati* gratam, & ad ſapientiam prudentiamque comparandam, utiliſ-

utiliſſimam viſam fuiſſe. probat nobis reſponſio ad *Phædrum*: Qui cùm viro ſapientiſſimo objiceret, tanquam probrum, quod Athenas relinquere nollet: *Ignoſce Phædre*, ajebat, *quamvis ego cupidus ſim diſcendi, tamen arbores & agri extra urbem informare me non poſſunt; ſed homines in civitate, quibuſcum ego verſor.* Hæc ille.

Annon idem hodieq; dicturus Germanus: Quam tu mihi peregrinationem laudas? ſi fontium origines, ſi camporum ſpatia, ſi fluviorum flexus, ſi irriguas perennibus aquis valles; quid? Si benè ordinatas Reſpublicas, ſi eruditas Scholas, ſi ingenioſos artifices, ſi fortes cives, & deniq;, ſi ornatiſſimum plurimorum regnorum theatrum oculis uſurpare juvat, ipſa ſe tibi ſiſtet Germania. Germania, dico, cujus laudes, ne quid affectui me dare arbitreris, ab homine peregrino, aliàs Germanis parùm æquo, nunc diſce: *Germani*, inquit ille, *cùm à feritate beluarum non procul abeſſent, cùm in palu-*

paludibus & ſylvis; ferarum more, vagarentur; cùm inveterato quodam odio ſemper abhorruiſſent à literis, nunc tantùm profecerunt, ut humanitate Aſiaticis, militari diſciplina Romanis, Religione Hebrais, Philoſophia Græcis, Geometria Ægyptiis, Arithmetica Phœnicibus, Aſtrologia Chaldais, opificiorum varietate populis omnibus ſuperiores eſſe videntur. O egregium etiam ab homine inimico profectum teſtimonium! Fatendum quidem, hac tempeſtate Germaniam multùm mutatam à priori: Non enim urbium ſolùm atq; pagorum, ſed & Scholarum & Academiarum ruinas audimus, & pleriq; ipſi videmus. Tamen, quod Divinæ miſericordiæ unicè acceptum referimus, in hoc territorio Norico pacis artes & vigent, & florent. Sed & alibi in Germania triſti hac bellorum civilium hyeme muſis halcyonia conceſſa ſunt, adeò ut haud æquum ſuadeas, ſi pro theſauro carbones, pro gazis lapientiæ probra & corruptelas exoticas, cum dispen-

dispendio & pecuniæ & valetudinis, propè dixerim, vitæ & famæ redimendas ſubtrudere nobis velis.

Hi ferè ſunt arietes, hæc tela, hæ machinæ contra peregrinationis encomium noſtrum directæ. Si quicquam attulero in contrarium, annon cornicum oculos configere, & ipſe inſipiens tot ſapientes docere velle videbor? Verumenimverò quando ego ſuprà laudatorum virorum ſcripta fideliter evolvo, & ſententias eorundem accuratiore trutina expendo, propemodum nihil deprehendo ſcriptum, quod juſtæ peregrinationis laudi inimicum ſit. Neq; enim graviſſimi iſti Scriptores peregrinationem ipſam oppugnant, ſed potiùs mores & imprudentiam culpant eorum, qui vel peregrinari non debent, vel jacta alea corrumpi, non emendari ſe patiuntur. Hæc ſanè eſt ſententia Clariſſ. Dn. *Berneggeri*, cujus verba allegare libet: *Ut in agricolis*, inquit ille, *& aliis infimi ſubſellii hominibus non magnoperè peregrinationem requiri-*

quirimus; ſed humiles iſtas, & plebeias animas domi reſidere, ſua affixas terra facilè patimur: Ita natis illuſtri loco, & artes docendis eas, quibus utrumq; tempus & armorum & pacis olim rectè gubernare poſſint, eſſe perutile, ac penè neceſſarium arbitramur, ut exteros inviſant, nec ſemper domi ſeſe, velut apum rex in alveo, vulſis alis concludi ſinant.

Ex quibus verbis duo jam ad cauſſæ meæ patrocinium facientia affero: Unum eſt, non omnibus omninò hominibus, ſed certis & Illuſtribus perſonis, vel, ſi ita vis, omnibus iis, quibus aliquando res fuerit cum imperio, peregrinationem commendandam. Alterum, ut ad prudentiam, oculum actionum civilium, referantur. De perſonis ineptè proficiſcentibus ipſum quoque *Cl. Dn. Virdungum* noſtrum notanter monere video in *præfat. ad Agricolam Taciti*: *Peregrinationes*, inquit, *temerè nulloq; conſilio, à plurimis hodiè ſuſcipiuntur, dum prius peregrinantur, quàm aut quo fine pere-*

peregrinandum; aut, quid omninò peregrinatio ſit, intelligant. Et Lipſius: *Peregrinationes judicium & delectum requirunt. i. e. virum.*

Hem, dicat aliquis, jam propria vineta cædere videris, tu adoleſcens per ætatem prudentiæ nondum capax peregrinationem nobis commendare, & peregrè propediem abire cogitas! Rectè mones, quiſquis es: Et pridem hoc ipſe in animum vocavi. Enimverò *nec Ulyſſes ſine Diomede, nec Hercules ſine Theſeo.* Ego quidem neq; Hercules, neque Theſeus ſum; tamen ut illi mutuò conſilia cõmunicarũt, ita ego ea ſequor, quæ prudentes ſuadent, memor, quod *Heſiodus*, Poëta vetus & ſapiens, ceciniſſe dicitur: *Aliquem obtinere locum inter bonos & honeſtos, qui licet ipſi non ſapiant, conſilia tamen ſapientum & prudentium virorum comiter ſequuntur.* Et in hoc propoſito non homines ſolùm, ſed & Deum ipſum vocantem ſequi mihi videor: Ideoq; quicquid obvenerit, Dei præſidio tutus feram.

Qui

Digitized by Google

QuiScyllas & Charybdes, qui Brevia & Syrtes, qui naufragia & ſepulchra oſtendunt peregrinantibus, hoc, niſi fallor, admonere volunt: Quemadmodum ardua Virtutis via eſt; ita peregrinationem non carere periculis, & contra illa omnia linguam muniendam taciturnitate, frontem liberalitate, animum prudentia; ſecundum illud acutiſſimi *Lipſii* pronunciatum *in epiſtola ad Philipp. Lanoyum*, juvenem nobiliſſimum; licet illo itinere infelicem: *In Italia* (quidni in aliis quoq; regnis) *tota tria hac mihi ſerva*: *Frons tibi aperta*, *lingua parca*, *mens clauſa*. Mens humana inſtar hoſpitii eſt; januæ oculi, aures, lingua: Per has hoſpites bonos & pravos, hoc eſt, Virtutes & vitia intromittas licet, tuo commodo vel damno, quocunque locorum fueris.

Ulyſſes, cujus peregrinationem, tanquam ſpeculum prudentiæ civilis, princeps Poëtarum, dicamne Sapientum? proponit, plures quidem habuit itineris comi-

comites, quorum alii naufragio perierunt, alii virgula, vel veneno Circes tacti, & in beluas mutati, humanitatem omnem exuerunt: Alii, guſtato Loti fructu patriæ obliti, ægrè vel nunquam ad ſuos redierunt. Solus Ulyſſes, ſuperatis tot periculis, tot laboribus, tot inſidiis hoſtium, partim immanium, partim inſidioſorum, ſalvus evaſit, & ad ſuos rediit, vel ope Minervæ, vel calliditate, vel præſentibus remediis ſervatus. Quando verò præteritorum laborum recordatio, teſte Nonio, jucunda eſſe ſolet: Quantam voluptatem percepiſſe putatis Ulyſſem, poſt viginti annorum jactationem? Adeò non utile ſolùm eſt ad prudentiam, rerumq; variarum ſcientiam, & ipſam humanitatem ſuavitatemq; morum comparandam cautè peregrinari; ſed & gratam laborum recordationem & oblectationem progenerat.

Accedit, quod in locis longè diſſitis ſors aut fortuna reſpiciens quaſi expectare viſa ſit peregrinos. *Themiſtoclem*, ut eſt

eſt in annalibus Græcorum, cùm cives Athenienſes ingrati ejicerent, profugum & ſupplicem in Perſia Xerxes, ante quidem hoſtis, ea humanitate excepit, ut ipſe Themiſtocles, ex inſperata felicitate commotus, ita gloriari conſueverit: *Perieramus, niſi periiſſemus!* Quod non ſolo Themiſtoclis, ſed & multis eruditorum virorum exemplis aliis declarare & probare poſſem, ſi fas eſſet, veſtra abuti patientia in audiendo. *Chriſtus*, Redemptor & Salvator noſter laudandus in ſæculum, cùm in forma ſervi verſaretur, & peregrinaretur in his terris, dixiſſe apud SS. Evangeliſtas ſcriptum eſt: *Nullum Prophetam acceptum eſſe in patria.* Quod ad eos ferè omnes, qui vel ſacras vel profanas literas & artes docent, referri poſſe arbitror.

Quanquam hoc nunc demonſtraſſe ſufficiat, peregrinari ex ſua natura indifferens eſſe, & ex earum rerum numero, de quibus Comicus: *Qui uti ſcit, ei bona, qui non utitur rectè, mala.* Si ex ſe

ma-

malum eſſet peregrinati, non Ulyſſes, non Plato, non Apollonius, non Galenus & Hippocrates, imò non Chriſtus, non Prophetæ, & Apoſtoli, & inter hos Paulus electum, Chriſti organon, peregrinati fuiſſent. Cujus quidem Apoſtoli peregrinationem quoties in tabulis Geographicis expendo, toties mihi in mentem venit illud Poëtæ de Ænea:

Hic quoq; terris eſt multùm jactatus, & alto.

Quid verò Socrati, quid Lycurgo, aut Platoni reſpondebimus; quorum auctoritate, ut perhibent, neque peregrinationi, neque peregrinis concedendus locus? *Socratem* quod attinet, jure mirantur eruditi, virum ſapientiſſimum, ſui quaſi oblitum, unius urbis Athenarum mœnibus & ſe & cives incluſos quaſi attinere voluiſſe, cùm tamen ipſe interrogatus, cujas eſſet? *mundanum ſe eſſe* reſponderit. Mundanum verò illum intelligimus, qui toti mundo natus, nullo loco certo includi, aut excludi ſe patiatur.

Lycur-

Lycurgus rigidior eſt, ideoq; nihil nobis cum illo fuerit negotii. Noviſtis enim, apud Spartanos non ſolùm prohibitum fuiſſe civibus pregrinari, ſed & peregrinos è ſua civitate ejecerunt, & exterminaverunt; quod ſanè barbarum & inhumanum. Cum *Platone* facilè in gratiam nos redituros ſpero, ſi illud jus, quod ſibi arrogavit, (etenim diu peregrinatus eſt) aliis ipſe quoque integrum conceſſerit.

Sed enim nimis hæc peregrina fortaſſis Vobis, *Optimi Auditores*, videri poſſint. Redibo ad illa, quorum cauſſa præcipuè in hunc locum conſcendi. Secundus nunc labitur annus, quando prudenti Honoratiſſimorum D. D. Patronorum conſilio, in hoc artium & Virtutis ſeminarium, tanquam ad mercatum liberalis doctrinæ & ſtudiorum, miſſus ſum. Ex eo tempore cùm veſtram, *Patres Academici*, benevolentiam, curam, & amorem prolixè experiri potuerim, facilè à me impetravi, imò, ipſo conſci-

entiæ

ctiæ ſtimulo motus, æquiſſimum eſſe judicavi, ut qualicunque hoc gratitudinis officio pro meritis veſtris redhoſtirem, Vobisque publicè gratias agerem.

Sed & nunc mihi in mentem venit, cujus antè quoque mentionē feceram Ulyſſis Ithacenſis. Ille, cùm poſt diutinum infortunium, & labores, terra marique exantlatos, admiranda comitate ab Alcinoo Phæacum Rege exceptus, variisque deliciis recreatus eſſet, non ſolùm ærumnas omnes commemorare, ſed & Deorum bonitatem celebrare cœpit. Tale quid nunc mihi quoque faciendum eſt, *Auditores!* Quando enim meam meorumq; fortunam & emigrationem relego, facilè perſpicio, ſoli Deo immortali, qui eſt Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, pro paterna protectione me immortales debere gratias, cui inter alia numero infinita beneficia hoc inprimis acceptum refero, quod poſt obitum dulciſſimi & nunc beatiſſimi Dn. Parentis mei Patronos mihi largitus ſit fideliſſimos & benigniſ-

nigniſſimos; qui non ſecus ac proprii filii ſui curam mei agunt, &, faventibus & congratulantibus Nobiliſſimis Dn. Scholarchis inclytæ Reipub. Noribergenſis, me in celeberrimam hanc Univerſitatem miſerunt; ut optimis artibus & Virtuti innutritus in ſpem meliorem adoleſcerem, dignusque gentis meæ heres evaderem.

Retribue, ò Deus, Evergetis, & largire ipſis vitam prolixam, domum ſecuram, felicitatemq; perpetuam! Et quando tua ingenti bonitate in Univerſitate hac vigent & florent, nutriunturq; artes & cultores earundem, fac, ò clementiſſime pater cœleſtis, ut Reipub. iſti, & territorio Norico, perpetua & interrupta ſit felicitas.

Qualem quidem felicitatem Vobis ſtudiisque veſtris precor, *Magnifice Dn. Rector, Reverendi, Clariſſimi, Excellentiſſimi D. D. Profeſſores, Fautores, & Benefactores omni honore & gratitudine æternùm mihi colendi*, pro fide & meritis

ritis veſtris, in me erudiendo, cohortando, & ab errore revocando, adhibitis. Quanquam æquivalens reddere non poſſum, ſanctè tamen promitto, me beneficiorum veſtrorum memoriam nunquam depoſiturum, ſed honeſta commemoratione etiam apud exteros deprædicaturum.

Te tandem, ô Illuſtris, Nobiliſſima, & florentiſſima D. D. Studioſorum corona gratus lætusque aſpicio, grataq; memoria ſuaviſſimam ſtudiorum & vitæ conſuetudinem noſtram recolo: Utinam talis mihi ſit apud omnes, qui literis & humanitati favent! ſi paria, quod ſpero, feceritis optimi, nulla temporis, nulla loci diſtantia nexum amicitiæ noſtræ ſolvet. Sic memores mei vivite, proceres & amici, &, quod animitùs jam precor, ſalvi, felicesque

Valete.

ORA-

ORATIO QUINTA,
DE
NON PROFERENDIS IMPERII TERMINIS: IN QUA MODESTA TRANQUILLITAS OPPONITUR MARTI AMBITIOSO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DEDICATIO.

QUemadmodum veteres curabant, ut in veſtibulo proſtantes urcei maximè ornati, & aquæ mundæ ſemper pleni, introituros delectarent elegantia, & abundantia demererentur (undè adagione celebres αἱ ἐπὶ ταῖς θύραις ὑδρίαι) eadem ferè anxietas in Dedicationibus eſſe ſolet. Quicquid enim in Scholarum umbraculis reperitur declamatoris prætextus, id ad capiéndos animos & ætatem conciliandam efficaciſſimum putant; nimirum ex ventoſis Doctoribus viros illos, quibus ſua commendant, æſtimantes. Cæterum, ne quis ſuperbum faſtidium verba mea interpre-

terpretetur, ſcio hujus adoleſcentiæ officium; quæ ſicut de aliorum oſtentatione triumphos non quærit, aut ſpolia ejus tholo affigit; ita hanc ſibi fortunam precatur, ut à candore & ſimplicitate, cui nullum à modeſtia impedimentum, ſtatim in limine poſſit innoteſcere. Quod ſi tamen Oratiunculæ meæ quiddam ἑλκυστικὸν præmitti debuit, habeo in promtu, Viri Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Prudentiſſimi, *præſcripta nomina Veſtra, eò gratiora Muſis, quò Vobis illæ ipſæ in admiſſionibus primis. Decuiſſet quidem, fateor, alias poſtes hac laurus; ſed dum præſtita in præſens, in poſterum eandem curam ac benevolentiam conſidero, non poteſt me pudere tenuitatis meæ. Apud Poëtam nonnemo,* Regum æquavit opes animo: *Et ego, qui animum ad referendam gratiam, h. e. odium ingratitudinis, ſine quo vitio nullum magnum ſcelus crevit, hîc adfero, de favore dubitē? vel exiſtimem numerum numero æquari debere? Præter votum, adjicio nihil amplius: Valete, & ſubducti tempeſtatibus cunctis in ſolido ac ſereno ſtate!*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

ILluſtres ac Generoſiſſimi Domini Barones, admodum Reverende, Conſultiſſimi, Excellentiſſimi, Clariſſimi Domini Profeſſores, Vosq; cæteri Nobilitate Virtute & Eruditione florentes:

Si (quod è *Suida* colligimus) ante Rhetores Sophiſtas ſive laſcivientis eloquentiæ parentes ea tantùm diſſerere cogebantur, quæ ad regimen publicum, ac ſalutem provinciarum ſpectabant; nihil abſonum extraq; ordinem feciſſe me puto, qui, in arenam Oratoriam deſcendere juſſus, aliquid è civili doctrina petitum produco. Quemadmodum enim elegantem tabulam depicturi proponunt ſibi, vel naturæ, vel excellentium artificum ſpecioſa opera, quæ penicillo ſuo exprimant; oculos ſubindè ad illa vel iſta

referentes: Sic ad ſtudia noſtra limanda, neſcio, an aptius quicquam eſſe poſſit adſpectu Vetuſtatis. Equidem extinctum
„ præſtantiſſimorum virorum florem
„ credere, ſæculo ſuo nihil honoris,
„ ignominiæ multum adjicere, neglige-
„ re atq; etiam contemnere proxima;
„ contrà loco & ætate longinqua admi-
„ rari deſidioſæ ſuperſtitionis eſt: Sed qui maximos hujus ætatis doctores à primis illis ſapientibus pleraq; hauſiſſe, eorumque Gratiis gratias ſuas adornaſſe judicaverit, is nomen meum, quamvis exile, ſuæ adſcribat ſententiæ.

Cæterum ne ſolicito difficultatis obtentu, vel indignitatis confeſſione, vel aliis loquendi modis, qui ſubindè etiam ambitioni prætexti, minùs certa modeſtiæ argumenta ſunt, diutiùs Vos morer; propoſitum mihi ſignifico, in illa Politices parte, quæ *de militia* agit, paulùm diverſari, & oſtendere, IMPERII CAUSA BELLA GERERE, inhoneſtum, inutile, divinis humaniſque præceptis eſſe contrari-

trarium. Unum hoc à Vobis peto, ut ſermoni meo, quem bonorum mihi præſcripſit auctoritas, veſtra adſit benevolentia; atque ita cenſeat, quum Apollinis Delphici templum exquiſitiſſimis donis cæteri adornarent, nihil plumis illis, quas volucres ultrò conferebant, Deo magnificentius fuiſſe.

Et quoniam vera religione imbutis, & in cœli jus adoptatis, nihil prius, nihil antiquius eſſe debet, quàm, poſthabitis ſacrilegorum deaſtrorum oraculis, ante omnia divinam conſulere Majeſtatem, omnis ſapientiæ fontem & ſcaturiginem, extra quam nemo limpidam potaverit; age, quid illa nos edoceat, primùm diſpiciamus. Poſtquam igitur virorum maximus, prudentiſſimus, nec ad gentilium vanitates unquam confugiens (qui nunc Jovem, ut Minos; nunc Mercurium, ut Mneves; nunc Veſtam, ut Zamoixis; nunc Egeriam, ut Numa; nunc alios dæmonas legum ſuarum auctores mentiti ſunt;) ſed veri & æterni Numinis mo-

nitu, quod amicum ille ciere poterat, Rempubl. Hebræorum condidit; inter alia ſcita, quibus nihil longa dies aut judicum derogat facilitas, hoc egregium ſanxit, NE QUIS ALIENA CONCUPISCERET. Æternum hoc dixi, & favente Novo Teſtamento dixi, quod inexplebiles mortalium ſpes eadem religione frenat, & quod maximè horrendum, cœlum iisdem claudit, aperit infernum.

Jam ſi poſt iſta judicium eorum, qui in Sapientum Senatu primæ ſententiæ jus habent, uti debemus, ita explorare volumus, hujusmodi homines, qui peſtilenti ambitionis febri peruſti, vaſtare & urere, ſi poſſint, terrarum orbem nihil penſi habent; qui nunquam numerant, quod adeſt, ſed tantùm optant, quod abeſt; modò *latrones*, modò *inſanos*, modò *barbaros*, modò alio infami nomine proclamatos ubiq; deprehendemus. Inter iſtos B. Auguſtinus: *inferre bella finitimis*, inquit, *& indè in cætera procedere, ac*

re, ac populos ſibi non moleſtos ſola regni cupiditate conterere & ſubdere, quid aliud, quàm GRANDE LATROCINIUM nominandum eſt? Quo in ſenſu Alexander Lucano *felix terrarum* PRÆDO, & legatis Scytharum, quos, è ſententia Juſtini & Erycii Puteani, Sapientibus meritò annumeramus, *omnium, quas adivit, gentium LATRO*, meritò cenſetur. Lepidum quoque eidem reſponſum datum à pirata; ex quo cùm ille quæſiſſet, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum? *Eodem*, inquit, *quo tu orbem terræ.* Eſt verò hic ipſe Alexander, quem ut quietos populos, & à notitia quoq; ſua remotos, ſcrutatus bello perſequeretur, nihil movit aliud, *niſi ſola animũ mentẽq; perurens* ambitio; cujus tanta cupidine flagravit, ut plures, quos vinceret, dari ſibi mundos optaſſe legatur; & Anaxarcho, ex auctoritate Democriti Præceptoris innumerabiles mundos referenti, dixiſſe: *Heu me miſerum, qui ne uno quidem adhuc potitus ſum!*

Eodem verò thyrſo quum Romanos quoque percuſſos encomiaſtes eorum ipſe Dionyſius Halicarnaſſéus fateatur iſtis verbis: *Debuerant Romani etiam rem ipſam ſervare, ob quam conſecrati ſunt termini, & contenti propriis poſſeſſionibus, alienas nec vi, nec dolo appetere. Nunc non rectè, neq; more majorum, à ſuis aliena diſterminant; non lege, ſed cupiditate poſſeſſionis finiente, quod iniquum & indecorum eſt:* Quum præter Græcum ipſe Cicero, *quod ſi omnes populi,* inquiat, *penes quos ſit imperium, ipſique Romani, qui orbem totum poſſedére, juſtitiam ſequi velint, ac ſuum cuique reſtituere, quod vi & armis occuparunt, ad caſas & egeſtatem revertentur:* Quidni licebit huic conſilio miſcere excluſum hactenus ab incomparabili Viro *l. IV. de Magnitudine Rom. c. 3,* hoſtem eorum Mithridatem, qui *peſte conditos orbis ter*[illegible] itemque *LATRONES gentium* dicit in epiſtola ad Arſacem Parthorum Regem; & Galgacum Britannorum Ducem *RA-*

PTO-

PTORES orbis eoſdem Romanos increpantem, *qui, poſtquam cuncta ſcrutantibus defuére terræ, & mare ſcrutentur; ſi locuples hoſtis*, inquit, *avari; ſi pauper, ambitioſi; quos non Oriens, non Occidens ſatiaverit: Soli omnium opes atq; inopiam pari affectu concupiſcunt?*

Ut verò reliqua quoque oſtendamus cognomina, quibus id genus bellatores affici diximus, è præcipuis auctorum locis æſtimamus illud Senecæ; *Hoc verò quid aliud quis dixerit, quàm INSANIAM? circumferre pericula, & ruere in ignotos iratum ſine injuria, occurrentia devaſtantem ac ferarum more occidere; quem non oderis?* Et mox: *Quouſque nos malos mala noſtra rapuére? Parùm eſt, intra orbem ſuum* FURERE.

Longum nunc foret excerpere, quos in locis BARBARORUM iidem titulum ferant; quoniam ſcilicet barbaris injuria jus eſt, &, ut verbis Arnobianis utar, *quoniam plurimùm gladiis & poteſtate valent ferri, anteire ſe etiam jure præ-*

ducant. Sic cùm Romani ex *Gallis* quærerent, quo jure alienum agrum peterent, cum tantis minaciis? & quid omninò Gallis in Hetruriam acceſſio eſſet? Iis ridenda viſa de jure disputatio, inter pueros potiùs agitanda, qui par impar luderent; ſe enim, interſtrepentibus armis, legum vocem exaudire non poſſe. Et *Brennus* Rex, manu ad capulum admota, & quid ille ſatis peritus Legislator videretur, viciſſim quærebat; deindè, quo tandem jure præmia fortium virorum ignavi poſſiderent? Nam fertilis ſoli opulentiam militare ſtipendium eſſe, quod natura imperatrix armatæ Virtuti numeret; ſic ipſos Romanos ditatos eſſe, ſuaq; omnia *non ſtricto juri, ſed ſtricto gladio* debere: Proindè & ſe manus extendere, ejusdem juris viriumque conſcientia: Adverſantium legum nodos gladio ſe ſoluturos. Ita *Galli*, quorum barbariem adſtruit item alius barbarus *Tiridates*, Armeniæ Rex, *ſua retinere privatæ domus, de alienis certare regiam eſſe laudem* exi-

ſtimans:

ſtimans: Nec non barbarus ille *Suleiman*, qui apud Fontanum, *Eſt enim Regis*, ait, *ſanguine Regum orti proprium, rapere atq; invadere aliena, glorioſa cupidine dominandi*; ſed quam vel illi naturam, vel hi laudem & gloriam dicant, cultiorum exputare nemo poteſt.

Id quidem ſcio, *vim legemque humanæ naturæ non ſicut inter pecudes, ſic inter homines poteſtatem & imperium valentioribus* (quos illis libuit appellare fortiores) *dediſſe*, ut inquit Plinius in Panegyrico. Quid? quod *detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera; quæ poſſunt aut corpori accidere, aut rebus externis*, quod Romanæ Suadæ oraculum eſt.

Fateor verò & illud, quemque maximè gloria duci: Sed unà verbum Salluſtii in omnes arietes munitum immotumq; hactenus ſtetit, *graſſandum eſſe ad gloriam via Virtutis*. Nam, & modò laudati Cicero-

ceronis & omnium adeò bonorum virorum judicio, *is demum videtur ampliſſimus, qui Virtute in altiorem locum pervenit; non qui aſcendit per alterius incommodum & calamitatem.* Niſi fortaſſis in eorum glorioſam quis gloriam exiſtimet, qui, verbis Valerii Maximi, *dum modò æternam memoriam aſſequantur, etiam ſceleribus innoteſcere non dubitarunt.*

Satis dixiſſe me puto de abominanda qua DEO qua meliori hominum parti turpitudine: Ecquid nunc emolumenti, quid ſecuritatis aut lætitiæ conferre poterit ſuperba imperii magnitudo? Heu, quæ nos dementia exagitat, & in vicium humanarum compellit oblivionem? Tu, Ammonis ſoboles, tu *Cyre*, tu ab Heſpero, ocyùs progrediamur, vocemus in nos fata ceſſantia, nullam Nemeſin exiſtimemus; cujus tamen ſagittas adeò formidarunt prudentiores, ut earum gratia vitandarum ipſi ſibi propriæ felicitatis quaſi cumulum deruerent. Sic *Auguſtus Octavianus* mendici perſonam aſſum-

aſſumſit; ſic triumphantibus à tergo in eodem curru adſtitit publicus ſervus, qui coronam illam auream immenſi ponderis & amplitudinis ſuſtinebat, ſimul attendere jubens triumphantem ad ultimi ſupplicii inſtrumenta currui appenſa, tintinnabulum & flagellum; ut, quæ ſupra modum læta erant, rerum triſtiſſimarum mentione temperarentur. Nimirum „magnos ſibi fortuna adverſarios aſ- „ſumſit; & ut ignominiam judicat gla- „diator, cum inferiore componi: Ita „potentiſſimos illa quærit, aggreditur, „proſternit.

Adesdum mihi rurſus, Ammonis & Fortunæ fili; poſt Græciæ, in qua eruditus es, ſervitutem: Poſt tot civitatum ſtragem toto orbe arma circumtuliſti; nec ſubſtitit unquam fatigatus furor! Ex Europa navigas in Aſiam, & in unum regnum multa regna conjicis; jam & ultra Herculis Liberique veſtigia victoriam ſperas; Proh Deûm hominumque fidem! unus ignobilis Indiæ vicus pænè ultio-

ultionem tot concuſſis gentibus dedit.
Saluti tamen redditum mox Babylon tra-
hit in caſum, dum in ætatis flore, in me-
dio rerum tuarum curſu, regnum relin-
quis incompoſitum, h. e. matri, uxori,
liberis perniciem; & amicis eorumque
ſtirpi perpetuam digladiandi, & inuſita-
tis ſceleribus in ſe invicem ſæviendi ma-
teriam. Usq́; adeò nihil in rebus huma-
nis conſtans aut perpetuum, *nihilq́, tàm*
firmum eſt, (ut Scythæ eidem Alexandro
ingerunt) *cui non periculum ſit etiam ab*
invalido. Proindè *fortunam tuam preſ-*
ſis manibus tene: Lubrica eſt, nec in vita
teneri poteſt. Quæ verba ex abdito Sapi-
entiæ penetrali depromta, & ad morta-
lium naturam modeſtiæ cōmonefacien-
dam ſanè quàm appoſita ſic enunciat Li-
vius: *Fortuna per omnia humana, maxi-*
mè in res bellicas potens. Quanquam igi-
tur læta ſint principia, tanquam & finis
ſeu exitus ſit reſponſurus, ne exiſtimes;
ſed potiùs plerorumque bellorum, inpri-
mis trium Punicorum exemplo edoctus,
illis

illis Vegetii fidem adhibeas, *eventus omnium præliorum initia contra illos magis fuiſſe, quibus victoria debebatur.* Quanquam etiam omnium Craſſorum loca theſauris tuis ſuperes, tamen, monente Salluſtio, *non debes incerta pro certis mutare.* Multi ſæpè (ait Oratorum Græciæ Princeps) *dum majora cupierunt, etiam ea, quæ jam obtinebant, amiſerunt; & qui cupiditate acquirendi plura aggrediuntur, ac tentant ea, quæ fas non eſt, maximis difficultatibus implicantur, conatusq́ irritos & ſpes vanas fortuna deridet.*

Alterum à fortunæ malignitate incommodum eſt, quod imperii moles ſuperbiam, contemtum ac ſecuritatem animo ſuperfundat, & quaſi naturam dedoceat; ut pulcrè nos docet Hebræorum Livius hunc in modum: *Multi ſimul atq; ad imperium provecti ſunt, exutis priſtinis moribus, & tanquam in ſcena mutato habitu, novaque perſona aſſumta, in omnem audaciam & inſolentiam, divinarumque æquè ac humanarum rerum contem-*

temtum prolabuntur. Quod ſi exemplis agendum eſt, ſiſto Vobis eos, quibus quaſi filiis Roma ſeſe tradidit in ſenectute; longam, dico, Cæſarum ſeriem, quibus cùm potentia moviſſet caput, omnia majorum ſordeſcebant non tàm ſuave judicantibus, totam curiam Romanam infra ſe dejectam intueri, quàm grave, DEUM habenas in hoc mundano curſu temperantem adorari ſupra ſe. Securitatis autem & contemtus præter alios inſigne ſpecimen dedit ultimus Perſarum Monarcha, literis ad Satrapas ſuos ſcriptis, ut Alexandrum verberibus puerilibus graviter cæſum, indutumque veſte purpurea, ſibi vinctum traderent, navibusque unà cum nautis ſubmerſis, omnes ejus milites ad ulteriora maris rubri transportarent. At hic poſtea graviſſimo ſuo caſu docuit, vanam & prorſus exitioſam fuiſſe è provinciarum multitudine confidentiam.

Tertius ingentis imperii defectus eſt, quod tanquam commune humani gene-

generis malum omnium in ſe mucrones acuit, v. g. Cyrum, cui nulla imperii ſatietas modum fecit, qui etiam vitam in ulteriùs procedendi cogitatione finiit, quum florentiſſimum Lydiæ regnum deſtruxiſſet, univerſam Græciam contra ſe armaſſe, auctor eſt Trogi epitomator; qui ſimilia de Athenienſibus memoriæ conſecrata reliquit. Quum enim ultra Græciæ terminos cupiditates ſuas ii extendiſſent, primò Lacedæmonii, dein Darius Perſarum Rex, ac totius Orientis vires, velut ad extinguendum commune incendium concurrére. Quam quidem hiſtoriam inſigni epiphonemate adornat modò laudatus Scriptor: *Tantum odium*, inquiens, *Athenienſes immoderata imperii cupiditate contraxerant*. Eos ſecutus Alexander quum in India vagaretur, & in obſidione cujusdam loci, ſine ullo ſatellite, tranſiliiſſet, in eundem ſenſum loquitur toties citatus auctor hoſtes clamore edito undique concurriſſe: *Si poſſent in uno capite orbis bella finire*,

Deni-

Denique uti ſecundum Danielem prioribus longè terribilior quarta beſtia; ita majori documento ſententiam noſtram juvat; ac ſi non ſufficit prægnans Senecæ verbum, quo conſolatione ad Helviam INVIDIOSUM nominat Imperium Romanum, adducimus omnes populos ac nationes, Germanas præſertim gentes, *Cimbros, Teutonas, Gothos, Vandalos, Longobardos, Francos, Saxonas*, quas deſtructi gloria manebat. Ecce, quum ſub Veſpaſiano fortuito incendio Capitolium deletum eſſet; quàm erecti omnium animi! quàm exulceratorum feſtinata vota! *Credebant*, inquit Tacitus de Germanis, *finem adeſſe Imperii; fatali igne ſignum cæleſtis iræ datum, & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi, Druidæ canebant.* Gravior poſtea memoratur odii iſtius impetus ſub *Theodoſio*, quo res Romanas tenente, in illos prædones & gentium tyrannos, verbis Ammiani Marcellini, *ex abſcondito quodam angulo, ubi puta-*

taba.

tabatur vaſtitas quædam eſſe terrarum, incolis carens, tantumq́; feris habitata beſtiis, uno momento tanta hominum inundatio prorupit, quæ totum orbem opplere poſſe videretur. Tum & *Ataulphum*, Gothorum Regem, ſcribit Oroſius, quum eſſet animo viribusque nimius, inprimis ardenter inhiaſſe, ut, obliterato Romano nomine, Romanum omne ſolum Gothorum imperium & faceret & vocaret: Eſſetq́; *Gothia*, quod *Romania* fuiſſet; fieretque Ataulphus, quod quondam Cæſar Auguſtus. Nec abit, quod *Guilielmus Gemeticenſis l. I.* de Ducibus Normanniæ narrat, quomodo *Haſſinus* ardens Romam invadere atq; evertere, errore *Lunis* civitatem appulerit & deſtruxerit.

Hodiè quid dicam, vel potiùs quid non dicam? Præſtat enim Camarinam nunquam movere. Nihilominus offenſione, uti ſpero, facilè carebo, ſi, quicquid erit invidiæ, rejiciam in libros, quos Alphonſus Rex optimos Conſiliarios

eſſe

Digitized by Google

eſſe dixit apud Panormitanum. Quos genus Conſiliarios ſi quis Principum audire abnuit, & vel aſſentatorum aulicorum ſuſurris, vel *de ſua unius ſententia omnia gerit, ſuperbum hunc judico magis, quàm ſapientem*, inquit Livius. Demetrius certè Phalereus hos etiam atq; etiam commendavit, han addita ratione: *Nam quæ amici non audent Reges monere, ea in libris deſcripta ſunt.* Hi Conſiliarii nihil blandientes, nihil celantes, meram propinant veritatem, & incorruptam fidem profitentur ſimpliciſſimè: Cæteri *libentiùs cum fortuna Principum, quàm cum ipſis Principibus loquuntur*, ut ait Galba apud Tacitum, & Plutarchus in Alexandro. Quò pertinet etiam illud Romani Sapientis: *Monſtrabo tibi, cujus rei inopia laborent magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit, ſcilicet ille, qui verum dicat: Ibi fides in obſequium ſervile ſubmiſſa, dum nemo ex animi ſententia ſuadet diſſuadetq; ; ſed adulandi certamen eſt, & unum amicorum omnium officium, una*

condi-

conditio, ut quis blandiſſimè fallat. Quid igitur noſtri infucati, aperti, ſimplices? *Hiſpaniæ regnum* (inquit magnus in Germania noſtra Politicus, & D. M. Eques) *hodiè adeò ſuſpecta omnibus magnitudo eſt, ut primùm ab illis ſcribi miles cœperit, omnes ſibi ſtrui inſidias arbitrentur. Nam potentia Regis, & gentis innata ambitio, & affectati orbis terrarum imperii opinio etiam inania credibilia faciunt. Indè fœdera, indè mutuæ pro tuenda communi ſalute conventiones; & plura in arcano, quàm publicè pacta. Quæ res omnia Hiſpanis difficilia facit; adeoq́; prudentum judicio ſummum nunc eſt, ubi conſiſtit Hiſpana potentia, & Monarchiæ illius velut ſolſtitium.* Hæc ille.

Poſtremum impedimentum indicarunt *Calanus* Indus, & *Debarus*, Cyri amicus, *corii* ſimilitudine, quod alia parte te tollat, aliam ſi pede preſſeris: Et *T. Quinctius* apud Livium comparatione teſtudinis tutæ ad ictus, ubi collecta in ſuum tegmen eſt, obnoxiæ atque infirmæ;

mæ; exeruerit ſimul ſui partem. Clariſſimè verò apud Curtium *Darius*, per legatos ſuos monens Alexandrum, *periculoſum eſſe prægrave imperium, cùm difficile ſit continere, quod capere non poſſis. Vidéme*, inquit, *ut navigia, quæ modum excedunt, regi nequeant? Nimiæ opes magnæ jacturæ locum faciunt: Facilius eſt, quædam vincere, quàm tueri. Expeditiùs manus noſtræ rapiunt, quàm continent.* In quam ſententiam quum bellum Græciæ indiceret *Xerxes*, ſolus auſus Regi verum dicere Demaratus, *immodica nunquam regi poſſe; nec diu durare, quicquid regi non poſſit*, prudentiſſimè diſſeruit. Nec aliter Philoſophorum aquila: *Ut navigium propter magnitudinem immoderatam navigationem reddit incommodam: Ita ſubditorum tanta multitudo inhabilis eſt ad parendum.* Accedit ſuffragio ſuo Apulejus, idq; latiſſimè extendit: *Omnibus ad vitæ munia utendis, quicquid aptam moderationem ſupergreditur, oneri potiùs quàm uſui exuberat.* Sanè & Architectus

ctus non graviores pluresq; contignationes ſuperædificat, neq; altiùs domum tollit, quàm ferendo eſt fundamentũ: Et, ut apud Stobæum Domocrates ait, *nemo longiores ſibi veſtes optat, quod corpora impediant.*

Hinc Auguſtus Imp. conſilium iniit coërcendi intra terminos imperii, cujus mentionem facit Tacitus aliquot in locis, & rationem adjicit apud Dionē Caſſium, *quod difficulter amplum imperium ſervari poſſit; periculumque ſit, ne plura appetendo parta quoque amitterentur.* Atque hoc non verbis modò, ſed re etiam Auguſtum Imperatorem ſervaſſe, Julianus in Cæſaribus teſtatur: *Bellis civilibus ſæpenumero in extremum diſcrimen adductam rem Romanam ſic compoſuit firmavitq;. Non enim immoderatis cupiditatibus morem gerens, omnia undique parare, & dominio ſuo adjungere ſuſcepit; ſed duos Imperio limites, tanquam à natura datos, Iſtrum & Euphratem ſtatuit. Deindè domitis Thracibus & Scythis, non bellum*

I *aliud*

aliud ex alio eſt commentatus, ſed in juris deſcriptione, & eorum, quæ bellis civilibus depravata erant, correctione incubuit. Hoc tàm grande dominationis arcanum apprehendens *Hadrianus*, omnia trans Euphratem ac Tigrim Parthis reliquit, teſte Spartiano; & *Diocletianus* eodem exemplo Imperii fines à meridie ſupra Ægyptum arctavit, auctore Procopio in Perſicis: Ut *Joviano* Scriptores in poſterum deſinant maledicere.

Sed quid opus vetuſtiſſimos huc acceſſere, quum ætate propinquiores nobis ſint Sinenſes, ſive, quod magis arridet eruditis, Chinenſes, potentiſſimus ſimul ac cultiſſimus extremæ Aſiæ populus; qui, ut nemo non benignus eſt ſui judex, inſito mortalitatis vitio ſe ſuaque mirandi, nimis invidendum illud dicterium uſurpare feruntur: *Se utroque oculo præditos eſſe, Europæos uno; quod reliquum eſt hominum, cæcutire?* Hos in conſilium adhibitos non dubium eſt, quin omnibus Regibus idem faciendum ſuadeant,

ant, quod ipſi faciunt, h. e. augendi imperii curam omittendam cenſeant.

Neque verò eſt, quod amicos Principis in negotiorum partem aſſumendos eſſe quis arbitretur, obverſante provinciarum Romanarum horrenda imagine, rapacitatem pro conſulum & præſidum, ſectionem publicanorum ac procuratorum, calumnias fori aliaque lamentabili quiritatu proſequentium. Non adducam quamplurimos repetundarum reos, vigente etiam Republica; ſolùm mihi *T.* illum *Vinium*, qui *apud Galbam* omnia potuit, conſidera. Intra unum vel alterum menſem tantum rapuit, ut privata pecunia ſua perſolvere potuerit militibus donativum, Galbæ nomine promiſſum. Fuit autem ea immaniſſima ſumma. Siquidem Nymphidius, ut urbanum omnem militem & Prætorianum Galbæ adjungeret, promiſerat eis ſeptem mille & quingentas drachmas viritim (Latinè quina ſeſtertia) ſicut legimus apud *Plutarchum in Galbæ vita.* Porrò priores

illæ drachmæ in Urbanos faciunt nobis hodiè, ut quidem Lipſius computat, ſeptingenos quinquagenos Philippicos in ſingulos milites; alteræ verò in legionarios, centenos vicenos quinos: quò hoc aſcendat in plura, quàm viginti quinq; millia Urbanorum, in amplius ducenta millia exterorum? ut claſſes & talia omittantur. Equidem hodiè vix, ſi compluxium Monarcharum ac Regum opes in unum conferantur, præſenti pecunia eam ſummam exſolvi poſſe crediderim. Quare miſerum ſub tali imperio orbem, quamvis opulentum, qui tam immanes harpyias perpeti cogitur; nec cauſæ ſuæ uſquam patrocinium invenit! Nam (ut & hoc adjiciam) quum Imperator, velut

Pallas in abſtruſo pignus memorabile templo,

intra ſecretum domus Palatinæ contineretur, neque vera noſſet, neque etiam attenderet, cogebatur hoc tantùm ſcire, quod aulici loquebantur. Notatu digniſſimum eſt, quod de *Junio Colone* Dio

narrat.

narrat, Bithynis apud Claudium, popoſciſſe pœnas: Cùm parùm intellexiſſet Claudius in turba ſtrepituque adſtantium, quid dixiſſent Bithyni, alios interrogaſſe. Ibi Narciſſum pronum in Cilonem, audaci mendacio edidiſſe, *gratias eos agere Ciloni*. Tum Cæſarem, *præſit ergò eis alterum biennium*.

Satis moleſtiarum quà ex orationis meæ tenuitate, quà ex ipſis illis exitio gentium claris accepiſſe mihi videmini, *Auditores*, magisque exoptaſſe modeſtiſſimum Scipionem quendam, qui, teſte Valerio Maximo, Deos immortales potiùs orandos eſſe duxit, ut populi Romani res perpetuò ſervarent incolumes, quàm ut meliores easdem amplioresque facerent; & publicis tabulis ſolenne precationis carmen ad hunc modum emendari juſſit, prorſus quaſi prævidiſſet futuras calamitates & patriam in *Claudiano* Poëta ingemiſcentem:

- - - heu proſpera fata!
Quid mihi ſeptenos montes, turbamque dediſtis,

Quæ parvo non poſſet ali? felicior eſſem
Anguſtis opibus, mallem tolerare Sabinos
Et Vejos, brevior duxi ſecurius ævum.
Ipſa nocet moles: *Utinam remeare liceret*
Ad veteres fines, & mœnia pauperis Anci!
Sufficerent Etruſca mihi, Campanaq́, culta,
Et Quinctî Curiiq́, ſeges, patriaque petenti
Ruſticus & proprias ferret dictator ariſtas.

Quod ſi optimi & civis & bellatoris ſententiam Principes ventis quàm animo inſcribere glorioſius putant, ferant agant omnia, in mediis fluctibus aciem dirigant, ſine ſpe ſepulturæ; terrarum verò, ceu ſecundi Phaëtontes, incendio paſcantur, cum execratione ſeræ poſteritatis. *Venient haud dubie, venient tempora, quibus eorum progenies viciſſim ſpoliabitur, & quem parentes aliis porrexére, ex illo*

illo calice filii bibent! Vivit namque in cœlis potentior Monarcha, ille intolerandæ ſuperbiæ vindex, qui publicam gentium inſaniam, & inſolentiores triumphos, ſuo tempore compeſcet, tollet, evertet.

Θαύμασα δ' ἐπίην γλυκερὴν σεῦ ἔγωγε νεωςί,
Ἡνίκα πείησας ῥήματι ἀμφαδίην.
Ναὶ σαφῆ ἠδὲ σοφῶς σύ γε πέφραδες, ὄφρα σ' ἀκούης
Καὶ ἅμα Χειστοφόρος, καὶ ἅμα πνευματοφόρος.
Χαῖρε, φίλη κεφαλή, περὶ εἴαρος ὅττι γε πάσσον
Καρποφορεῖ, μείζων ἔσσετ' ὀπώρα ποτέ.
Βλάστανε κ' εἰς Πατρὸς λαμπροῦ καὶ Πατρίδος ἐσθλῆς
Κῦδος κ' ὠφελίην, ὡς ὑπέρτατος ἔσῃ.

GEORGIUS MATTHIAS König.

DEDICATIO.

QUæ meæ frontis imbecillitas eſt, *Nobiliſſimi & Ampliſſimi Viri, Domini & Patroni ſumma obſervantia colendi*, rubore ſuffunderer, osque mihi concurreret, tam audacter & ſine ullo importunitatis metu corā Magnifico Veſtro vultu comparenti; niſi jam cognita, certisque experimentis perſpectiſſima mihi eſſet Veſtra tam inſignis, & quæ inter Heroicas Virtutes familiam ducit, in me, immerentem licet, Benevolentia & Humanitas; qua ut tot jam annos parentem meum, Reipublicæ Veſtræ Conſiliarium, benignè proſequimini: Ita mihi quoque patris veſtigia, quantum licet, conſectanti, ſpem illius facere non dedignamini. Licet autem Virtus, quam dixi, Veſtra ſuſpicienda, ita in Vobis elucoat, ut ad hanc unam genuiſſe Vos natura, ſtudium exercuiſſe, felicitas ſervaſſe videatur; adeoq; laudes ejusdem potiùs in conſcientia, quàm rumore ponatis:

Patie-

Patiemini tamen, ut quæ à Vobis ſine laudis affectatione præſtantur, ctira adulationem à me quoq; publica hac dedicatione quomodocunq; prædicentur. Oratiunculam enim hanc meam, tanquam donarium, in laudem Nominis Veſtri ſuſpendo, & obſervantis animi interpretem Virtuti Veſtræ inclytiſſimæ devotè conſecro. Quod dum grati animi ergò facio, tantum abeſt, ut in hisce nugis mihi placeam, ut potiùs ingemiſcam ſeriò, eò me prolapſum audaciæ, ut levicula hæc, in quibus parùm politioris ingenii cernere eſt, tot undique doctiſſimorum Virorum oculis, ſeu potiùs judiciis ſubjicere non erubuerim. Nam profectò, ut hoc ſæculum eſt, ait in epiſtola quadam magnus ille Eryc. Puteanus, εἰς μετάνοιαν ἔρχεται; *ad pœnitentiam properat, quisquis paullò junior typis ſeſe prodit.* Sed Vobis, Viri Maximi, in manu eſt, mederi huic timidæ meæ infantiæ, ſi perexiguum hoc munus, & cui tantum deeſt, quantum ſibi favoris ac benevolen-

tiæ à Vobis pollicetur, eo animo, quo ſoletis, hoc eſt, propenſo ac benevolo accipere haud dedignitati eritis. Ego verò DEUM ter Opt. Max. qui ſolus in hisce tenebris maximisque turbinibus vela noſtra dirigit, ſupplex veneror, ut Vos patriæ columnas excelſiores, in publica hac (proh dolor!) rerum omnium confuſione, quàm diutiſſimè incolumes florenteſq; conſervet; omnique felicitate, quam quidem hoc rerum ſtatu nobis optare magis licet, quàm ſperare, abundatiſſimè locupletet. Benè & feliciter valete, Patres Patriæ venerandi, diuque Reipublicæ bono perennate. Dab. Altorphi, IV. Idus Novembr. A. S. M. DC. XXXIX.

UTRI-

UTRIUSQUE BRUTI FORTUNA DISPAR,

ſive,

ORATIO

De Quæſtione Hiſtorica:

Cur è Brutis *Lucius* potuerit, *Marcus* non potuerit libertatem recuperare?

Magnifice Dn. Rector, Perilluſtres & Generoſi Dnn. Barones, admodum Reverendi, Conſultiſſimi, Excellentiſſimi, Clariſſimiq; Dnn. Profeſſores, Tuq; Nobilitate, Eruditione, Virtute præſtantiſſima ſtudioſorum corona,

Mirari ſatis non poſſum, quoties in contemplationem Hiſtoriæ Romanæ deſcendo, usq; adeò votorum ſuorum infelicem fuiſſe *M. Brutum*, ut, quum jam per mortem, quam Cæſari meditabatur, idem ſibi cum *L. Bruto* decus

 ſpon-

ſponderet, rem non ſolùm infeliciſſimè tentaverit, verùm etiam libertate, optima felicitatis ſuæ portione, quam Lucius, ejectis Tarquiniis, felici auſu adeptus eſt, præter omnium etiam ſenſum & opinionem exciderit. Quò mihi admirari, inquam, magis novercantem, ac velut æſtuariam Marci fortunam lubet, ſi Tarquinii tempora altiùs mecum reputo, quibus, ut Hiſtoriæ fidem nobis faciunt, Regia illa poteſtas à ducentis & quod excurrit annis, jam erat confirmata: Cæſaris contrà recens, & vix ſibi nota, adeoq; convelli longè facilior. Accedit, quod iiſdem Tarquinii temporibus tanta urbis anguſtia fuit, ut amplitudo illa, quam Cæſaris tempora paſſim celebriora dicam, an illuſtriora? reddiderat, multò opportunior M. Bruto fuerit ad aſſequendum tanti conatus exitum proſperiorem. Imò, quod vel ſolùm admiratione digniſſimum quis judicaverit, tantum abeſt, ut, regnante adhuc Tarquinio, libertate quiſquam gauderet, ut potiùs tan-

tanquam aſſuetis regiæ dominationi animis, illius nomen planè fuerit incognitum. Ubi contrà Cæſaris tempeſtate, obverſante majorum in Manlios, Mælios, Gracchos virtute, ac Pharſalicis campis liberum ſanguinem etiamnum ſudantibus, indolemque, quæ ſupererat, velut ſtimulantibus, nihil dulcius eſſe potuerit auribus Romanis, niſi ſtare ac vigere quaſi per manus ſibi traditum patrimonium, & illud quinq; partium jus, ut nec dominorum poteſtati; nec tyrannorum imperio; nec magiſtratuum potentiæ; nec creditorum libidini, nec civium ſuorum gratiæ eſſent obnoxii. Nec ſanè alterius quàm Cæſariani ſæculi vox erat: *Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram & libertatem.*

Quæ omnia, quum M Bruto ad ſatiandum animi deſiderium, hoc eſt, deſtruendam tyrannidem faciliorem propioremque viam ſternere debuerint, nec tamen ſtraverint, ſed potiùs ejus conſilium fortuna malè mulctaverit; di-

ſponderet, rem non ſolùm infeliciſſimè tentaverit, verùm etiam libertate, optima felicitatis ſuæ portione, quam Lucius, ejectis Tarquiniis, felici auſu adeptus eſt, præter omnium etiam ſenſum & opinionem exciderit. Quò mihi admirari, inquam, magis novercantem, ac velut æſtuariam Marci fortunam lubet, ſi Tarquinii tempora altiùs mecum reputo, quibus, ut Hiſtoriæ fidem nobis faciunt, Regia illa poteſtas à ducentis & quod excurrit annis, jam erat confirmata: Cæſaris contrà recens, & vix ſibi nota, adeoq́; convelli longè facilior. Accedit, quod iisdem Tarquinii temporibus tanta urbis anguſtia fuit, ut amplitudo illa, quæ Cæſaris tempora paſſim celebriora dicam, an illuſtriora? reddiderat, multò opportunior M. Bruto fuerit ad aſſequendum tanti conatus exitum proſperiorem. Imò, quod vel ſolùm admiratione digniſſimum quis judicaverit, tantum abeſt, ut, regnante adhuc Tarquinio, libertate quiſquam gauderet, ut potiùs tan-

tanquam aſſuetis regiæ dominationi animis, illius nomen planè fuerit incognitum. Ubi contrà Cæſaris tempeſtate, obverſante majorum in Manlios, Malios, Gracchos virtute, ac Pharſalicis campis liberum ſanguinem etiamnum ſudantibus, indolemque, quæ ſupererat, velut ſtimulantibus, nihil dulcius eſſe potuerit auribus Romanis, niſi ſtare ac vigere quaſi per manus ſibi traditum patrimonium, & illud quinq; partium jus, ut nec dominorum poteſtati; nec tyrannorum imperio; nec magiſtratuum potentiæ; nec creditorum libidini, nec civium ſuorum gratiæ eſſent obnoxii. Nec ſanè alterius quàm Cæſariani ſæculi vox erat: *Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram & libertatem.*

Quæ omnia, quum M Bruto ad ſatiandum animi deſiderium, hoc eſt, deſtruendam tyrannidem faciliorem propioremque viam ſternere debuerint, nec tamen ſtraverint, ſed potiùs ejus conſilium fortuna malè mulctaverit; di-

verſorum eventuum diverſas fuiſſe cauſas, conſentaneum eſt. Quas exactiùs conſideranti occurrit, quod Plutarchus de Lacone quodam refert; eum, quum de ſemetipſo ex Leucate præcipitando votum nuncupaſſet, conſcendiſſe montem, & conſpecta altitudine ſeſe avertiſſe. Id cùm illi probri gratia objiceretur; *Non putaram*, inquit, *majore voto opus eſſe*. Joco quidem ille eluſit inconſtantiæ formidiniſq; crimen; interim & hoc ſimul probè inculcare voluit, facinus arduum animo concipientem, priùs à Diis optare debere animum facinori parem.

Et quidem hujusmodi animum, Marcum noſtrum in conatibus ſuis deſtituiſſe, unà cum aliis cauſis, quæ omne ejus propoſitum penitùs everterunt, quantum è civili doctrina & Hiſtoria * Romana cognoſci poteſt, quantumque

* Ariſtoteles I. *Rhetor.* 4: Χρήσιμοι πρὸς τὰς πολιτικὰς συμβολὰς αἱ τῶν περὶ τὰς πράξεις γραφόντων ἱστορίαι. Id eſt: *Utiles ſunt ad dandum de rebus publicis conſilium hiſtoriæ eorum, qui res geſtas literis prodiderunt.*

vetus

vetus mea contubernalis, tenuitas, mihi ſuppeditat, ob oculos Vobis ponere conſtitui. Quanquã autem jam multiplici circumventus metu, omnes illos, quibus altrinſecus jactor æſtus, qui diu quidem antè mihi meditati longeque proſpecti ſunt, in præſentiarum penitus introſpiciam; abſurdæ nimirum ſiniſtræq; jactantiæ poſſe videri, his oſtentare facundiam, quam (ut illud *Pacati Drepani* meum faciam) de Deorum fonte manantem, in noſtros usq; uſus derivatio ſera traduxit; adeoq́, meritò mihi objici poſſit, quod quondam hiſtrioni illi Antiocheno, non quidem invenuſto, ſed, ut belliſſimis ingeniis, amplam iſtam corporis ſpeciem, plerunq; natura denegavit, qui corpore erat perpuſillo. Hic cùm in ſcenam prodiiſſet Hectorem ſaltaturus, omnium exclamatio audita eſt: *Hectorem expectabamus, Aſtyanactem videmus!* Quod ridiculum, ſi quis in me non magnæ expectationis homulum, & cui Plinianum illud identidem obſervari debet:

primis verò, cùm occaſiones obligandi me, avidiſſimè vos ſciam amplecti, & ego eas nemini debeam libentiùs, ea, qua par eſt, obſervantia & humanitate à Vobis peto, vel potiùs precibus omnibus oro & obteſtor, ut rem faciatis morum veſtrorum, hoc eſt, æquanimitate ac benevolentia Veſtra onus illud, quod humeris meis planè impar ſuſcepi, aliqua ex parte alleveris, dumq; aurium vacivas ædes mihi aliquantisper accommodatis, dignum me putetis, qui Vobis illam audiendi alacritatem debeam.

Certum eſt nobis, neq; quisquam, ut opinor, ab hac ſententia divortium faciet, utcunq; fortuna jocari ſoleat, tamen è cœno in cœlum repentinum ſaltum vix cuiquam concedere; ſed moras ex moris nectentem, & rerum noſtrarum faſtidia agitantem, diutiſſimè in puppi, nec laxiùs in prora ſpem gubernaculi detinere; niſi quis proavorum ſcenam explicare, & objectas humilioribus nebulas eorum ſplendore discutere queat.

Hoc

Hoc enim eſt validum illud, quod accedendi verecundiam pleriſq; eximit, copias cogit, generoſos ſpiritus ingenerat, tyrannos omnes, etiam inermes perpetua formidine terret; deniq; ultimorum natalium homines, ſuo fulgore ſeſe temerè amicientes, nonnunquam aliorum cervicibus imponit. Cujus rei exemplum nobis eſt ille apud Tacitum, qui *Scribonianum* ſe *Camerinum* ferens, Neronianorum temporum metu in Hiſtria occultatum, quod illic clientelæ & agri veterum Craſſorum, ac nominis favor manebat. Igitur deterrimo quoq; in argumentum fabulæ aſſumto, vulgus credulum, & quidam militum, errore veri, ſeu turbarum ſtudio, certatim aggregabantur. Idem de *Herophilo*, equario medico, refert Valerius Maximus, cum C. Marium ſepties Conſulem avum ſibi vendicando ita ſe extuliſſe, ut coloniæ veteranorum complures, & municipia ſplendida, collegiaq; ferè omnia Patronum adoptarent. Ut fictitium *Smerdem*

Hero-

Herodoti, ſcenicum *Andriſcum* Flori, imaginarium *Alexium* Nicetæ, obreptitium *Joannem* Pachymerii, mimicum *Valdomarum* Cuſpiniani, *Pſeudo-Muſtapham* Leunclavii, alios aliorum hîc non adducam, qui ſaltem adſcititiam nobilitatem vanitatis & ambitionis ſuæ maximum fulcrum arbitrati ſunt.

Verùm, ut dixi, nullam nobilitatis rationem hîc habemus, quum neuter alterum hac in parte ſibi poſtponere audeat, illinc Lucio Trojanis heroïbus origines ſuas inſerente: Hinc Marco ſtatim à prioribus Juniis extinctis majores ſuos per ſexcentos annos in Republ. claros nobis commemorante (nec enim vel Ciceroni, vel multitudini Romanæ, vel argenteis denariis, vel Silio Italico, vel aliis accedere poſſumus, qui non tàm verè, quàm ut factum illud pro libertate Reipubl. ſuſceptum laudando extollerent, poſterioris hujus Bruti cunabula, è prioris domo, immani confidentia nobis exſculpſerunt) ſed longè majora, longeq; præ-

præſtantiora ſunt, quibus uterq; comparandus veniat.

Quamobrem ad interna potiùs nos convertimus, & quidem ad illam, in qua ſolam Jovis excellentiam ſummam poni poſſe, antiquitùs creditum, quæq; in hujusmodi molitionibus maximè neceſſaria eſt, PRUDENTIAM. Quam veteres non fruſtrà ad unum omnes, & inter illos præcipuè Romanus Sapiens, certas divitias appellare non dubitarunt, in quacunq; ſortis humanæ levitate, uno loco permanſuras; utpote quæ quò majores ſunt, hoc minorē habent invidiā. Quod ſi enim hæc ſola comites habet omnes Virtutes, veriſſimum eſſe manifeſtò deprehendimus, quod Pythagoricus quidam Philoſophus cenſuit, ſine ea neque Regem, neque Principem, neque omninò magiſtratum quenquam idoneum eſſe poſſe. Hanc dum ſeriò quoq; amplexus eſt Lucius noſter, egregiè ſimul ſubſcripſiſſe videtur ſapientiſſimæ Iſocratis ſententiæ ad Nicolem, cùm inquit:

Uni-

Unius viri prudentia fruuntur omnes, qui ejus conſiliis parere voluerint.

Inter plurima autem, quibus inprimis claruit, vel *duo* illa *facinora* intueamini, Auditores, & judicate. Quum, ut Valerius Max. auctor eſt, à Rege Tarquinio, avunculo ſuo, omnem nobilitatis indolem excerpi, interq; cæteros etiam fratrem ſuum, quod vegetioris ingenii erat, interfectum animadverteret; obtuſi ſe cordis eſſe ſimulavit, eaq; fallacia maximas virtutes ſuas texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinii filiis, quos is ad Apollinem Pythium, muneribus ſacrificiisq; honorandum, miſerat, aurum Deo, nomine doni, clàm cavato baculo incluſum tulit: Quia timebat, ne ſibi cœleſte numen aperta liberalitate venerari tutum non eſſet. Peractis deindè mandatis patris, Apollinem juvenes conſuluerunt; quisnam ex ipſis Romæ regnaturus videretur? At is, *penes eum ſummam Urbis poteſtatem futuram*, reſpondit, *qui ante omnes matri oſculum dediſſet.*

Tunc

TuncBrutus, perindè atq; caſu prolapſus, de induſtria ſe abjecit, *terramq́,* communem omnium *matrem* exiſtimans, *oſculatus* eſt. Quod tàm vafrò telluri impreſſum oſculum, Urbi libertatem, Bruto primum in faſtis locum tribuit. Quæ cùm omnibus ſint admiranda, nemini ignota, majora tamen ſunt, quando exindnſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, cum ſe ſuaque prædæ eſſe Regi ſineret, *Bruti* quoque haud abnuit *cognomen:* ut ſub ejus obtentu cognominis, liberator ille populi Romani animus latens aperiretur tempore ſuo. En quantum hoc pectus, latere usq; ad idoneum inſurgendi tempus poſſe! Usq; adeò magni, mihi crede, & *ſupra humanos errores eminentis viri eſt*, inquit Seneca, *tantam prudentiam, Virtutis omnis partem maximam, ſceptris etiam & ſoliis anteponere.*

Quam ob cauſſam etiam magnoperè commendatam apud Thuanum legimus, *Mauritii Saxonis* diſſimulationem, qui,

quod

quod ea, quæ à Cæſare ſperabat, nondum conſecutus fuerat, ſumma calliditate injuriam diſſimulavit: Tempus opportunum ſcilicet opperiens, quo voti compos ſe & ſocerum Landgravium ulciſceretur; & invidiam, quam de oppreſſa Germania apud omnes Ordines ſuſtinebat, expulſo Cæſare, & reſtituta patriæ libertate, aliquando dilueret.

At enim verò, nonnihil vereor, ne ſordidiorem dicat hîc aliquis Bruti noſtri diſſimulationem, (potiſſimùm ex iis fortè, quorum Minerva raucidior eſt,) eam nimirum foro magis, quàm curiæ convenire. Qui ita ſentit, is unà reprehendat vaferrimum *Ulyſſem*, ſapientiſſimum ipſius Oraculi teſtimonio *Solonem*, ſanctiſſimum *Davidem*, cujus mores, velut antiquæ pietatis & prudentiæ exemplar, aſpiciuntur atque adorantur; aliosque horum ſimiles, qui ſtultitiam ſimulare loco, prudentiam ſummam eſſe (quod Cato prudentiſſimè cenſuit) feliciter ſunt experti. Cui rectè ſuccinit Romanæ fidicen lyræ;

Mi-

Digitized by Google

Miſce ſtultitiam conſiliis brevem,
Dulce eſt deſipere in loco.

Alterum verò Brutum noſtrum quod attinet, nequaquam in eo parem prudentiam invenio, ſed potiùs tantam in omnibus geſtis ejus à Lucio diſcrepantiam, morumque diverſitatem, ut meritò in eum retorqueri poſſit, quod quidam olim Laconi, in Olympico certamine ſuperato, exprobravit: *Frater tuus, ò Lacon, te fuit potentior! Imò, inquit Lacon, ad dejiciendum, aliaſque præclaras animi dotes accommodatior.* Sed, dicet aliquis, tu eum imprudentiæ damnas ex improſpero exitu? quæ judicandi ratio ſanè quàm iniquiſſima eſt.

- - - Careat ſucceſſibus, opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat,

ait Poëta. Et ſi præterea purpuram nobis ad purpuram, & aurum ad aurum, quod apud Herodotum fieri jubet Artabanus, conferre licuerit, ut certè licet o-
„ mnibus; ſæpè prudentiſſima conſilia

info-

infeliciſſimum conſequi exitum vide- "
mus, ut omnia ad civilem vitam perti- "
nentia, ſic hoc quoq; percalleas. Sal- "
luſtius initio Orationis ad C. Cæſarem de Republ. ordinanda: *Scio ego*, inquit, *quàm difficile atq; aſperum factu ſit, conſilium dare Regi, aut Imperatori; poſtremò cuiquam mortali, cujus opes in excelſo ſunt: quippe, quum & illis conſultorum copiæ adſint; neq; de futuro quiſquam ſatis callidus, ſatisq; prudens ſit. Quinetiam ſæpè prava magis, quàm bona conſilia proſperè eveniunt: Quia pleraq; res fortuna ex lubidine ſua agitat.* Neq; immeritò damnantur Quiritium illi poſtremi, qui ex victoriis tyrannos à legitimis principibus diſcernebant. Nam quod eruditè docet *Caſaubonus*, ſemper in hujusmodi bellis ac contentionibus de Imperio ſusceptis, is demum Princeps legitimus illis temporibus habebatur, qui aliorum victor extitiſſet; & verbis Spartiani in Severo, *non ſua facta iſtos, ſed aliena victoria efficiebat tyrannos*, hoc eſt, ideò

K ton-

tantùm injuſti invaſores imperii habebantur, qui ab aliis victi forent. Quemadmodum *Peſcennius Niger*, qui contra Severum arma corripuerat, non aliam ob cauſſam tyrannus, hoc eſt, injuſtus invaſor Imperii poſteà dictus fuit, quàm quod à Severo devictus foret; quum tamen Severus non habuerit juſtiorem cauſſam invadendi imperii, quàm ille.

Atque hæc eſt Gorgon, quam pro ſtabilienda Marci Bruti auctoritate, contrà ſentientibus obvertit magnus Britanniæ JCtus, cujus immodeſtius exſufflare atque evertere ſententiam religio mihi ſit; præſertim, quum cœleſtem illam eloquentiam ſuam oſtendere, quàm Hiſtoricum tùm agere potius duxerit; nec latere ipſum potuerit, quo in intimam familiaritatem adducto ſpes altera Romæ noſter dici meruit, Ciceronis judicium; Quem amicum Marci Bruti, omnium quoque ejus actionum conſcium ita cenſuiſſe accepimus: Brutum ejusq; ſocios rem egiſſe animo quidem virili, ſed conſilio

ſilio planè puerili, & quod pœnè non erat à natura, nedum à cura.

Fuit ſanè, fuit in eo zelus quidam inconſultus, ac maturitate deſtitutus, qualem tàm in rebus Eccleſiaſticis, quàm civilibus, exitioſum eſſe tradit conſenſus ſapientiſſimorum hominum. In rebus quidem pietatis ſic Gregorius Nazianzenus: *Zelus Dei ſolvit impiè vinculum & compagem charitatis, cujus ſolum nomen eſt relictum.* In profanis inter ordinis hujus temerarii adſcriptitios non immeritò collocatur *Demoſthenes*, à Piccarto, Viro multis experimẽtis eruditiſſimo, & cui quantum hæc Academia debeat, perpetuo cultu & amore præ ſe illam ferre novimus. Quum enim Demoſthenes infelici eventu ſeſe Perſis opponeret, tueri ſe omninò volebat Themiſtoclis ſummi Græcorum Principis exemplo; adeoq; ſic in Oratione περὶ στεφάνου argumentatus eſt: Themiſtocles Perſas, Græcorum cervicibus imminentes, fortiſſimè aggreſſus eſt, & glorio-

ſiſſimè vicit. Idem ergò ego quoque debeo facere. Antecedens quidem docuit pugna Salaminia; connexi verò ratio nulla erat. Themiſtocles enim Heroico prorſus & Martio ingenio erat, adeoq; divinitùs patriæ ſervandæ datus; & datus præterea integra Republ. cùm Demoſthenes labante jam, atq; fatiſcente Republ. ſolùm Orator eſſet. Non magis prudenter etiam *Cicero*, Republ. diſcordiis civilibus feſſa, ferocissimis Optimatum per acies aut proſcriptionem ſublatis, invalido legum auxilio, Marci Antonii ſuperbis & periculoſis conatibus frenum injicere tentavit; tanta ſatagentia, quàm ἄκαιρος iſte apud Theophraſtum, qui ad nuptias invitatus inter feminas conſidens, vehementiſſimè in muliebrem ſexum debacchatur; quem Ciceronis ſolœciſmum verè & graphicè notatum reperimus in epiſtola quadam Bruti ad Atticum: *Optimo*, inquit, *animo feciſſe Ciceronem omnia, ſcio. Quid enim mihi exploratius eſſe poteſt, quàm*

illius

illius animus in Rēpubl. ſed quadam mihi videtur, quid dicam imperitè. vir omnium prudentiſſimus (errat verò καὶ τοῦ σοφοῦ σοφώτερος) *an ambitioſè feciſſe, qui valentiſſimum Antonium ſuſcipere pro Republ. non dubitarit inimicum?* Tanta ſcilicet eſt fortunæ ebrietas! & quum ex *Catilina* reportaſſet Orator triumphum, eundem de *Antonio* ambitioſa ſpe præſumſit: Atq; ita; verbis Curtii, *dum ad culmen venire cōtendit, una cum ipſis ramis, quos comprehenderat, decidit*; cùm tamen vel maximè diverſa tempora ſtatusq; publici differentias obſervare, ſuamq; fortunam in conſilio habere debuiſſet, priusquàm de Antonii ruina deliberaret.

Satis hoc, *Auditores*, de utriusque moribus. Veniamus ad eos, quos aggreſſi ſunt: Facit enim Veſter iſte in me animorum oculorumque contuitus, ut mihi jam licere putem ulterius frui Veſtra benevolentia. Quando igitur nihil eſt, quod Vobis meus ſermo conciliet, be-

neficii loco habebo, ſi in eum generoſi animi veſtri gliſcat affectio.

Aggreſſus eſt *L. Brutus Tarquinium*, qui ſocerum gener ſepultura prohibuit, primores patrum interfecit, aditu difficilis, vultu truci, ſuperbus reſponſis, ſtipatus armatis; quiq; controverſias litium non ex jure, ſe ex ſuis moribus decidit. Et ſi graphicè totum hominem quis depingere velit, eodem penicillo opus habebit, quo Cicero *C. Fannium*
„ *Chæream* delineavit. Ipſum nimirùm
„ caput, inquit, & ſupercilia penitus ab-
„ raſa olere malitia, & clamitare calli-
„ dam quandam & perverſam impro-
„ bitatem videbantur: adde, quod ab
„ imis unguibus uſq; ad verticem ſum-
„ mum, ſi quam conjecturam affert ho-
„ minibus tacita corporis figura, ex
„ fraude, ſuperbia, mendaciis, rixis
„ conſtabat totus. In ſumma, ſi quis omnium ſcelerum ipſius plurima & maxima, quæ conſtituit, monimenta verbis complecti velit, hominem ſibi fingat, in quo

quo parùm fidelem ac benignam ſe Natura profeſſa erat. Proindè, quum jam Brutus regnum, quod populi erat, repetiſſet, flagitium hominis, Tarquinius, immiſſis in Servium percuſſoribus, illud rapere maluit, quàm expectare. Quod exinde potiſſimùm manifeſtum eſt, quoniam contemta plebe, poſthabitis Patribus, mores, leges, omnem deniq; patriam diſciplinam, qua ſuperiores Reges urbem exornaverãt, confundens, ac tantùm non deſtruens, regnum in manifeſtam vertit tyrannidem. Conſcius verò deindè malè quæſiti regni, ſtipavit ſe ſatellitio hominum audaciſſimorum, tùm indigenarum, tùm alienigenarum; qui noctu circa regiam excubantes, & interdiu eum in publicum prodeuntem, quocunq; proficiſcebatur, comitantes, ab inſidiis undique tutabantur. *Neq; enim ad jus regni*, ait Livius, *quicquam præter vim habebat, ut qui neq; populi juſſu, neq; auctoribus patribus regnaret*. Suſtulit itaq; L. Brutus id, quod nemo ferre am-

Miſce ſtultitiam conſiliis brevem,
Dulce eſt deſipere in loco.

Alterum verò Brutum noſtrum quod attinet, nequaquam in eo parem prudentiam invenio, ſed potiùs tantam in omnibus geſtis ejus à Lucio diſcrepantiam, morumque diverſitatem, ut meritò in eum retorqueri poſſit, quod quidam olim Laconi, in Olympico certamine ſuperato, exprobravit: *Frater tuus, ò Lacon, te fuit potentior! Imò, inquit Lacon, ad dejiciendum, aliasque præclaras animi dotes accommodatior.* Sed, dicet aliquis, tu eum imprudentiæ damnas ex improſpero exitu? quæ judicandi ratio ſanè quàm iniquiſſima eſt.

- - - Careat ſucceſſibus, opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat,

aït Poëta. Et ſi præterea purpuram nobis ad purpuram, & aurum ad aurum, quod apud Herodotum fieri jubet Artabanus, conferre licuerit, ut certè licet omnibus; ſæpè prudentiſſima conſilia

info-

infeliciſſimum conſequi exitum videmus, ut omnia ad civilem vitam pertinentia, ſic hoc quoq; percalleas. Salluſtius initio Orationis ad C. Cæſarem de Republ. ordinanda: *Scio ego*, inquit, *quàm difficile atq; aſperum factu ſit, conſilium dare Regi, aut Imperatori; poſtremò cuiquam mortali, cujus opes in excelſo ſunt: quippe, quum & illis conſultorum copiæ adſint; neq; de futuro quiſquam ſatis callidus, ſatisq; prudens ſit. Quinetiam ſæpè prava magis, quàm bona conſilia proſperè eveniunt: Quia pleraq; res fortuna ex lubidine ſua agitat.* Neq; immeritò damnantur Quiritium illi poſtremi, qui ex victoriis tyrannos à legitimis principibus diſcernebant. Nam quod eruditè docet *Caſaubonus*, ſemper in hujusmodi bellis ac contentionibus de Imperio ſusceptis, is demum Princeps legitimus illis temporibus habebatur, qui aliorum victor extitiſſet; & verbis Spartiani in Severo, *non ſua facta iſtos, ſed aliena victoria efficiebat tyrannos*, hoc eſt, ideò

K tan-

Digitized by Google

tantùm injuſti invaſores imperii habebantur, qui ab aliis victi forent. Quemadmodum *Peſcennius Niger*, qui contra Severum arma corripuerat, non aliam ob cauſſam tyrannus,hoc eſt,injuſtus invaſor imperii poſteà dictus fuit, quàm quod à Severo devictus foret; quum tamen Severus non habuerit juſtiorem cauſſam invadendi imperii,quàm ille.

Atque hæc eſt Gorgon, quam pro ſtabilienda Marci Bruti auctoritate, contrà ſentientibus obvertit magnus Britanniæ JCtus, cujus immodeſtius exſufflare atque evertere ſententiam religio mihi ſit; præſertim, quum cœleſtem illam eloquentiam ſuam oſtendere, quàm Hiſtoricum tùm agere potius duxerit; nec latere ipſum potuerit, quo in intimam familiaritatem adducto ſpes altera Romæ noſter dici meruit, Ciceronis judicium; Quem amicum Marci Bruti, omnium quoque ejus actionum conſcium ita cenſuiſſe accepimus: Brutum ejusq; ſocios rem egiſſe animo quidem virili, ſed con-

ſilio

ſitio planè puerili, & quod pœnè non erat à natura, nedum à cura.

Fuit ſanè, fuit in eo zelus quidam inconſultus, ac maturitate deſtitutus, qualem tàm in rebus Eccleſiaſticis, quàm " civilibus, exitioſum eſſe tradit conſen- " ſus ſapientiſſimorum hominum. In " rebus quidem pietatis ſic Gregorius Nazianzenus: *Zelus Dei ſolvit impiè vinculum & compagem charitatis, cujus ſolum nomen eſt relictum.* In profanis inter ordinis hujus temerarii adſcriptitios non immeritò collocatur *Demoſthenes*, à Piccarto, Viro multis experimẽtis eruditiſſimo, & cui quantum hæc Academia debeat, perpetuo cultu & amore præ ſe illam ferre novimus. Quum enim Demoſthenes infelici eventu ſeſe Perſis opponeret, tueri ſe omninò volebat Themiſtoclis ſummi Græcorum Principis exemplo; adeoq; ſic in Oratione περὶ ϛεφάνȣ argumentatus eſt; Themiſtocles Perſas, Græcorum cervicibus imminentes, fortiſſimè aggreſſus eſt, & glorio-

ſiſſimè vicit. Idem ergò ego quoque debeo facere. Antecedens quidem docuit pugna Salaminia; connexi verò ratio nulla erat. Themiſtocles enim Heroico prorſus & Martio ingenio erat, adeoq; divinitùs patriæ ſervandæ datus; & datus præterea integra Republ. cùm Demoſthenes labante jam, atq; fatiſcente Republ. ſolùm Orator eſſet. Non magis prudenter etiam *Cicero*, Republ. diſcordiis civilibus feſſa, ferociſſimis Optimatum per acies aut proſcriptionem ſublatis, invalido legum auxilio, Marci Antonii ſuperbis & periculoſis conatibus frenum injicere tentavit; tanta ſatagentia, quàm ἄκαιρ☉ iſte apud Theophraſtum, qui ad nuptias invitatus inter feminas conſidens, vehementiſſimè in muliebrem ſexum debacchatur; quem Ciceronis ſolœciſmum verè & graphicè notatum reperimus in epiſtola quadam Bruti ad Atticum: *Optimo*, inquit, *animo feciſſe Ciceronem omnia, ſcio. Quid enim mihi exploratius eſſe poteſt, quàm*

illius

illius animus in Rẽpubl. ſed quadam mihi videtur, quid dicam imperitè, vir omnium prudentiſſimus (errat verò καὶ τȣ̃ σοφȣ̃ σοφώτερος) *an ambitioſè feciſſe, qui valentiſſimum Antonium ſuſcipere pro Republ. non dubitarit inimicum?* Tanta ſcilicet eſt fortunæ ebrietas! & quum ex *Catilina* reportaſſet Orator triumphum, eundem de *Antonio* ambitioſa ſpe præſumſit: Atq; ita; verbis Curtii, *dum ad culmen venire cõtendit, unà cum ipſis ramis, quos comprehenderat, decidit*; cùm tamen vel maximè diverſa tempora ſtatusq; publici differentias obſervare, ſuamq; fortunam in conſilio habere debuiſſet, priusquàm de Antonii ruina deliberaret.

Satis hoc, *Auditores*, de utriusque moribus. Veniamus ad eos, quos aggreſſi ſunt: Facit enim Veſter iſte in me animorum oculorumque contuitus, ut mihi jam licere putem ulterius frui Veſtra benevolentia. Quando igitur nihil eſt, quod Vobis meus ſermo conciliet, bene-

Digitized by Google

neficii loco habebo, ſi in eum generoſi animi veſtri gliſcat affectio.

Aggreſſus eſt *L. Brutus Tarquinium*, qui ſocerum gener ſepultura prohibuit, primores patrum interfecit; aditu difficilis, vultu truci, ſuperbus reſponſis, ſtipatus armatis; quiq; controverſias litium non ex jure, ſe ex ſuis moribus decidit. Et ſi graphicè totum hominem quis depingere velit, eodem penicillo opus habebit, quo Cicero *C. Fannium Chæream* delineavit. Ipſum nimirùm „ caput, inquit, & ſupercilia penitus ab„ raſa olere malitia, & clamitare calli„ dam quandam & perverſam impro„ bitatem videbantur: adde, quod ab „ imis unguibus usq; ad verticem ſum„ mum, ſi quam conjecturam affert ho„ minibus tacita corporis figura, ex „ fraude, ſuperbia, mendaciis, rixis „ conſtabat totus. In ſumma, ſi quis omnium ſcelerum ipſius plurima & maxima, quæ conſtituit, monimenta verbis complecti velit, hominem ſibi fingat, in quo

quo parùm fidelem ac benignam ſe Natura profeſſa erat. Proindè, quum jam Brutus regnum, quod populi erat, repetiiſſet, flagitium hominis, Tarquinius, immiſſis in Servium percuſſoribus, illud rapere maluit, quàm expectare. Quod exinde potiſſimùm manifeſtum eſt, quoniam contemta plebe, poſthabitis Patribus, mores, leges, omnem deniq; patriam diſciplinam, qua ſuperiores Reges urbem exornaverât, confundens, ac tantùm non deſtruens, regnum in manifeſtam vertit tyrannidem. Conſcius verò deindè malè quæſiti regni, ſtipavit ſe ſatellitio hominum audaciſſimorum, tùm indigenarum, tùm alienigenarum, qui noctu circa regiam excubantes, & interdiu eum in publicum prodeuntem, quocunq; proficiſcebatur, comitantes, ab inſidiis undique tutabantur. *Neq; enim ad jus regni*, ait Livius, *quicquam præter vim habebat, ut qui neq; populi juſſu, neq; auctoribus patribus regnaret.* Suſtulit itaq; L. Brutus id, quod nemo ferre amplius
 plius

plius potuit, immane monſtrum, ſceleſtiſſimum hominem, quiq; ſcelere partam poteſtatem non meliùs egit; quàm acquiſierat; progeniemque ſibi ſimilem in terga liberorum, contumelias honeſtiſſimarum mulierum, omnium denique perniciem educabat. Neceſſe enim erat, ut è ſceleſtiſſimo matrimonio ſceleſtiſſimi prodirent filii, Aruns, Sextus & Titus.

Cæterùm, ſi fortè quiſquam adhuc caligat in expendendis ac diſpiciendis Bruti noſtri facinoribus, ſiq; clarior etiamnum fax accendenda eſt; ecce proferimus alium in eo maximè neceſſarium ſtimulum. Suſtulit patris ac fratris ſui interfectorem. Conſtat quippe, Tarquinium præter alios multos, eoſque viros probitatis encomio commendatiſſimos, *Patrem Bruti* clandeſtina morte de medio ſuſtuliſſe: Non ob aliquod ejus delictum, ſed ſola divitiarum cupiditate adductum, quas antiquæ & opulentæ familiæ heres, à majoribus congeſtas & ſibi

ſibi relictas acceperat. Eodem quoque animi ſceleſtiſſimo impetu ac fervore, filium natu maximum, *Lucii fratrem* interemit; in quo generoſus quidam animus elucebat, & qui patris cædem inultam manere non fuiſſet paſſus, niſi planè eodem miſero funeſtoque fato præpeditum luxiſſet poſteritas. Adeò formi- "dolosa res tyrannis virtus eſt; nec in- "ferno nec morte clementiores facit, "in nobilibus viris è medio tollendis. "Et ut altæ piceæ leviſſimo vento im- "pulſæ, ramorum aculeis inter ſe colli- "ſis ſtridorem edunt: Sic ipſi & divi- "tem ſuſpectum habent, & fortitudine "inſignem inſtar hoſtiæ ſacrificant; "prorſus ut naturam ipſam accuſare vi- "deantur, quod alios etiam idoneos im- "perio formarit.

At longè deterior *Marci Bruti* cauſſa, qui *Cæſarem* aggreſſus eſt, pectusque feriit ipſa manſuetudine mitius, & non niſi in acie gladium cruentare cupidum. Ut enim inter cæteras inſignes laudes,

 qui-

Digitized by Google

quibus non ſolùm Ciceronis, ſed penè omnium gentium literis atque linguis, quàm effuſiſſimè celebratur, ſolam ejus *manſuetudinem* oculis Veſtris auribusq; ſubjiciam, ea ab ipſo Marco Tullio melius magisque ex merito exprimi non potuiſſet, quàm ubi eam *juſtitiæ* ſimul *junctam*, tanquàm divinam ac miram quandam manſuetudinis comitem & appendicem hisce verbis deprædicat: *Nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas. At verò hæc tua Juſtitia, Cæſar, & lenitas animi floreſcet quotidiè magis: Ita ut quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus. Et cæteros quidem omnes Victores bellorum civilium jam ante pietate, & miſericordia viceras: hodierno verò die teipſum viciſti: vereor, ut hoc, quod dicam, non perindè intelligi auditu poſſit, atq; ego ipſe cogitans ſentio. Ipſam Victoriam viciſſe videris: cùm ea ipſa, quæ illa erat adepta, victis remiſiſti.* Hæc ille. Quàmvis, quod nihil notius

ſit

ſit illis vocibus, Ciceronem duabus "
ſellis ſedere, aliud ſtantem aliud ſeden- "
tem loqui de Republ. & exorto civili "
bello, cum fortuna modò ad has, mo- "
dò ad illas partes transfugiſſe, parùm "
Cæſaris ille panegyricus conferre videa-
tur encomii.

Succedat igitur, qui de Cæſaribus ea libertate ſcripſit, qua illi vixerunt, terſus, candidus, & ſucceſſorum violentiam gratiamque parùm æſtimãs: Suetonius, inquam, Tranquillus, qui, ò raram laudem! inſignem quandam moderationem, clementiamq;, tùm in adminiſtratione, tùm in victoria belli civilis, plenis buccis, ſed minimè adulatoriis, in Cæſare deprædicat. Inprimis verò illud familiam ducere mihi videtur, quod tempore extremo etiam, quibus nondùm ignoverat, cunctis in Italiam redire, magiſtratusq; & imperia capere permiſit; ſtatuas L. Sullæ atq; Pompeji, à plebe disjectas, repoſuit, ac ſi qua poſthac aut cogitarentur graviùs adverſus ſe, aut dicerentur,

Digitized by Google

inhibere maluit, quàm vindicare. Quæ quidem moderatio, & nefanda poſteà cædes, hos verſiculos extorſit Poëtæ, neſcio cui:

Magna quidem in magno virtus clementia Rege:
Hoſtibus & ſemper parcere velle ſuis.
Sed nimia haus tuta eſt clementia. Curia quondam
Teſtis Julei cæde cruenta ducis.

Et alii hoc carmen:

Ante fuit Ducibus magnis clementia virtus,
Poſt fuit hæc virtus, extincto Cæſare, crimen.

Item populo illum Pacuvii verſum inter ludos:

Men' ſervaſſe, ut eſſe'nt, qui me perdorent?

Auditis hujusmodi ſuſpiriis, ſævitiam contra Cæſarem militantem, & immanem Marci animum, vix erit, qui non ſeriò deteſtetur; ac ſubindè cogitet, vitam adimere ei potuiſſe, à quo fuerat in vita conſer-

Digitized by Google

conſervatus: Ornatus etiam dignitatibus, etſi non filius (quod multos credidiſſe Plutarchus & Appianus ſcribunt) tamen filii loco habitus.

Cæterùm, ſi ulterius cauſam hujus tàm disparis in duobus Brutis eventus ſcire deſideratis, non minimam inter reliquas & hanc adducere poſſumus, quod multò firmioribus auxiliis Lucii conatus eſt ſublevatus, quàm Marci. Stabat ab illo non Senatus tantùm vigor, ſed & plebis univerſæ fides; quam, perpetratis à Tarquinio atrocioribus multis, indignitas accenſam eò perpulit, ut is abrogato imperio, cum conjuge ac liberis exul eſſe juberetur. Præcipuè avidum novæ libertatis populum, ne poſtmodùm flecti precibus aut donis regiis poſſet, jurejurando adegit, neminem Romæ regnare paſſuros; gnarus, neceſſarium eſſe omnibus res novas molientibus popularem illum, quem Lucius ſibi conciliaverat, favorem, & absq; eo truculentis multitudinis vocibus magiſtratum ipſum, viroſq; ſub limes in ordinem redigi.

Quod exemplum, velut actionum ſuarum ſpeculum, in adminiſtrando Imperio plerique Principes inſpexiſſe mihi videntur; v. g. *C. Cæſar Octavianus Auguſtus, T. Veſpaſianus, M. Ulpius Trajanus*; à quibus imperatum eſt, quod plebs poſtulabat, oblatum, quod non poſtulabatur. Volebant myrmillonem, retiarium, threcem, hos & illos nobiles, vel aulicos, gladiatores? veniebant: Illos dimitti, hos jugulari? impetrabant. Sed & *L. Vitellius* ob eam cauſam in theatris ſe hiſtrionibus addicebat, quos plebeculæ placere animadvertebat: At contrà adverſabatur, quos eadem per ſibilos explodebat. In circo verò ora, geſtus, veſtis agitationem, ſannas, puta manus in obſcœnum modum formatas, & quæ alia fieri ſolita, nunquam negligebat: *Grata ea popularia*, inquit Tacitus, *ſi à virtutibus eſſent profecta, neque memoria vitæ prioris mendoſum aliquid tinnuiſſent.* Veriſſimum enim illud Plinii Junioris: *Eadem facta, dignitate vel vilitate facientium,*

aut

aut tolluntur altiſſimè, aut humillimè deprimuntur. At prioris calculi exemplum eſt Regis illius Macedonum, qui apud Livium, non quia probaret, ſed quia in nova poſſeſſione regni patienda omnia didiciſſet, peccata impunè transmittebat. *Tiberius*, quanquam alia ei morum via, non audebat tamen initio populum, per tot annos molliter habitum, ad duriora vertere. Perſpectum ſibi quippe erat, exploratumq́; illud Philoſtrati ad Veſpaſianum: *Difficile eſt, populum ad vitam omninò modeſtam repentè traducere: Sed oportet mediocritatem quandam illorum mentibus partim apertè, partim occultè inſerere, & ſic emendare.* Memoria quoq́; digniſſimum eſt, quod *Machiavellus in Hiſtoria Florentina* refert; *Georgium Scalinum*, cùm triennium integrum plebis auctoritate fultus, tyrannidem in Republ. exercuiſſet, una actione, qua ſontem & facinoroſum quédam ſupplicio per vim eripuit, & plebis gratiam & caput amiſiſſe; docuiſſeq́; ex-

itio

itio ſuo, auram popularem minimo quovis momento, ut acquirere, ſic etiam amittere, haud difficile eſſe.

Heic verò mihi videte pulcerrimam capiendæ plebis rationem, & minimè bruti ingenii conſilium! quod erat, avidum novæ libertatis populum, ne more ſuo (quis enim ventus mobilior vulgo?) pœnitentia duceretur, grandi quodam facinore, veluti vinculo manſuræ fidei, ad inexpiabile bellum inligare. Dedit diripienda bona regia, ut contacta ea præda plebs, ſpem in perpetuum pacis amitteret. Sic Ariſtides Græcis, deſerere Spartanos & Athenienſibus parere volentibus, reſpondet, orationem ipſorum plenam eſſe neceſſitatis & æquitatis, cæterùm ad fidei pignus opus eſſe facto, quod perpetratum ſententiam mutare non eſſet permiſſurum multitudini. Ne verò ex aliis Rebuſpubl. hujuſmodi arcana indagantes à ſcopo aberraſſe videamur, ſtetére inſuper à L. Bruti parte, qui ſententiis per ſingulas centurias exquiſitis ci-

tis civium decreta rata habuerunt, *T. Herminius*, & *M. Horatius*, caſtrorum Præfecti. Cui poſtremo, ejusq; toti familiæ, quanta libertatis ſtabiliendæ conſervandæq; cura fuerit, fatetur ejus pronepos, & in evertenda Decemvirorum tyrannide æmulus, *M. Horatius Barbarus*, apud Dionyſium Halicarnaſſeum, dum decem viros hoc modo alloquitur: *Utrum ex animo veſtro excidit, poſteros Valeriorum, qui tyrannidem expulerunt, ſalvos eſſe, & ſuperſtites eſſe familiæ Horatiorum ſucceſſores; quibus hoc eſt hereditarium, ut & cum aliis, & ſoli ſeſe opponant iis, qui patriæ libertatem opprimunt? an nos cæterosq; Romanos adeò ignavos judicaſtis, ut præclarè nobiscum agi exiſtimaturi ſimus, ſi quis nos quomodocunq; vivere ſinat nihil autem pro libertate & dicendi libera facultate, aut dicturi aut facturi ſimus?* Hic nimirùm eſt magnus ille, & jam multum ſupra fortunam elatus animus, *Auditores*, qui ſcit nihil eſſe clauſum, cui mors aperta eſt, & in complexu libertatis expirat.

Verùm

Verumenimverò, quanta in tertia iſthac circumſtantia occurrit nobis diverſitas? Cæſar populum univerſum comitate, ſpectaculorum epulorumq; magnificentia, & profuſa largitione ſuum fecerat. *Ecce, ubi vos Curii aut Fabricii*, inquit hac de re Princeps Reipub. literariæ, Lipſius, *qui ipſi Imperatores vix ſeptena jugera habebatis? nunc miles aliquis capit ab iſto donatore prædia tota*. Neque hic finis erat, ſed extra urbē quoq; & Italiam ea Cæſaris largitas ſe diffudit; adeò ut *non minore ſtudio* (ut *Suetonius* teſtatur) *Reges atq; provincias per orbem terrarum adliciens, aliiq; captivorum millia dona offerens; aliis, citra Senatus Populiq; auctoritatem, quò vellent & quoties vellent, auxilia ſubmiſerit; ſuperq; Italiæ, Galliarumq; & Hiſpaniæ, Aſiaque que & Græciæ potentiſſimas urbes præcipuis operibus exornaverit. Quid tibi iſte vir videtur?* pergit modò laudatus Lipſius; *mihi, nil niſi novus quidam Triptolemus, qui ſublimi vectus curru, ſemina non*

na non fingum, ſed liberalitatis ſua per terrarum orbem ſpargit.

Atq; hæc quò magis quiſpiam miretur, facit privatus miles, qui non aliter à Cæſare fuit habitus, quemq; vel invitatum, vel ſponte ad ſe commeantem, uberrimo congiario eſt proſequutus. Eum præcipuè ductabat Antonius, non Horatio aut Menenio alicui ſimilis, ſed acerrimus Julianarum partium propugnator; & ut floridiſſimus ille Romanæ Hiſtoriæ Scriptor, *Florus*, refert, ex commilitio Cæſaris dignitatis. Quod alibi declamatorio more enunciat *Romanus Sapiens*; ſemper eum Julianum, *pro Cæſare ſuo, ut primùm copia fuit, pugnaſſe, vivoq; diadema admoviſſe. Senatus ipſe, qui auxilio eſſe debebat, quàm jacet! Non eſt ille plenus majeſtate ac conſtantia, non ille domi militiaq; intentus, feſtinare, parere; non ille hoſtibus obviam ire, patriam familiamq; armis tegere. Oblitus ſui, oblitus libertatis, oblitus nominis Romani ac togæ fruſtrà imploratur; magisq; de tabulis,*

ſignis,

ſignis, toreumatis, domibus, aliis cogitat, quàm de Republ. ſervanda. Vidit ſuis oculis *Salluſtius*, adeoq; C. Cæſarem omni metu, qui à nobilitate imminere poſſit, ferè liberans. *Deſidia*, inquit, *& inertia & ſtupor eos atq; torpedo invaſit. M. Bibuli fortitudo atq; animi vis, in conſulatum erupit: Hebes lingua, magis malus quàm callidus ingenio. Quid ille audeat, cui Conſulatus maximum imperium maximo dedecori fuit? An L. Domitii magna vis eſt, cujus nullum membrum à flagitio aut facinore vacat? Unius tamen M. Catonis ingenium verſutum, loquax, callidum haud contemno. Parantur hæc diſciplina Græcorum. Sed virtus, vigilantia, labos, apud Græcos nulla ſunt. Quippe cum domi libertatem ſuam per inertiam amiſerint; cenſésne eorum præceptis imperium haberi poſſe? Reliqui de factione ſunt inertiſſimi nobiles, in quibus ſicut in ſtatua, præter nomen nihil eſt additamenti.*

Habuiſtis tres cauſſas, *Auditores*, in quibus fortaſſe longior fui, & licentiore freno,

freno. Verùm, cùm jam Plinii judicium aurem mihi vellicare ſentiam, prævaricationem nimirùm eſſe, tranſire dicenda, ultimam adhuc, eamq; omnium potiſſimam perſequi animo ſedet; quo peracto, Veſtra tàm humana humanitate & benevolentia abuti deſinam. Quum igitur Lucius Tarquinium pelleret, Roma de urbis ſuæ pomœrio propagando, eoq; contra finitimorum invidiam tuendo valdè ſolicita, ingenti ac propè incredibili libertatis ſtudio tenebatur. Nondùm ſolutiore mollicie ſobria vetuſtas infecta, nec ambitioſis menſis, nec flagitioſis quæſtibus inhiabat. Nam ut refert Scriptor prudentiſſimus, *rebus modicis, æqualitas facilè habebatur.* Quibus verbis haud meliorem interpretem accedere poſſe autumo *Salluſtio*, qui in hiſtoria belli Jugurthini clariſſimè oſtendit, *ante Carthaginem deletam S. P. Q. Romanum placidè modeſteq; inter ſe Rempubl. tractaſſe, neq; vel gloriæ, vel dominationis certamen inter cives fuiſſe: Metumq; ho-*

ſtilem

fidem in bonis artibus civitatem retinuiſſe.
,, Poſteà, cum perpetuis triumphorum
,, ferculis, quibus auratum eſſe Capito-
,, lium cœpit, atq; piſcis pluris venit,
,, quàm bos, invecta eſt priſcæ ſancti-
,, tatis ſtrages; in theatris evanuit Ro-
,, manus vigor, emarcuit in Luculli villis
,, & hortis, ſuffocatus eſt Meſſallæ pi-
,, ſcinis, extinctus eſt otio ac volupta-
tibus.

Heu omnis infelicitatis matrem nimiam felicitatem! Heu ruinarum è ruinis deſcendentium inæſtimabilem copiam! *Nuper divitiæ avaritiam, & abundantes voluptates deſiderium per luxum atq; libidinem pereundi atq; perdendi omnia invexere*, conqueritur in auguſto operis ſui veſtibulo Hiſtoricorum luſcinia, *Livius*; quem ſi ſpectatorem miletiarum neſcirem hauſiſſe ſua, crederem è graviſſimo quà verbis quà ſententiis Salluſtio. *Poſtquam divitiæ*, inquit ille, *honori eſſe cœpere, & eas gloria, imperium, potentia ſequebatur, hebeſcere virtus, paupertas*

pertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci cœpit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria atq; avaritia cum ſuperbia invaſere: Rapere, conſumere, ſua parvi pendere, aliena cupere, pudorem, amicitiam, pudicitiam, divina atq; humana promiſcua; nil penſi neq; moderati habere. Hactenus *Saluſtius.* Audiamus etiam hac de re Satyricum, qui cum acerbiſſimè libidines Romanarum feminarum perſtrinxiſſet, ulteriùs entheo quodam ſpiritu concitatus, hæc in mores publicos arma quatit:

Unde hæc monſtra tamen, vel quo de
fonte requiris?
Præſtabat caſtas humilis fortuna La-
tinas
Quondam, nec vitiis contingi parva
ſinebat
Tecta labor ſomniq; breves, & vellere
Tuſco
Vexatæ duræq; manus, ac proximus urbi
Hannibal, & ſtantes Collina turre ma-
riti.

Nunc

Nunc patimur longæ pacis mala: Sævior armis
Luxuria incubuit, victumq; ulciſcitur orbem.
Nullum crimen abeſt, facinusq; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit: hinc fluxit ad Indos
Et Sybaris colleis: hinc & Rhodos & Miletos;
Atq; coronatum & petulans madidumq; Tarentum.
Prima peregrinos obſcæna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu
Divitiæ molles.

Quæ luxuria, ceu præſentiſſima Romanæ virtutis peſtis, & inopiæ mater, cauſſa deindè fuit, ut variæ cupiditates, factiones, & crebra de dominio certamina, velut herba irrigua, ſuccreverint. Poſtquàm enim ſubacto orbe, & æmulis urbibus Regibusq; exciſis, ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit, prima inter patres ple-

plebemq́; certamina exarſere. Modò turbulenti Tribuni, modò Conſules prævalidi, & in urbe tentamenta civilium bellorum, ſaxisq́; & fuſtibus, ut *Dio* ſcribit, præludia quædam: mox tela, gladii, cædes in foro maximæ, acervi corporum extructi, riviq́; ſanguinis: & tamen hæc omnia adhuc intra urbem. Quam dein rabies civica egreſſa, totam corripuit Italiam. Siquidem è plebe infima *C. Marius*, & nobilium ſæviſſimus *L. Sulla*, ut victam armis libertatem in dominationem verterent, eò usq́; intra patriæ viſcera, velut in gladiatoria harena, ſævierunt, donec deeſſent, qui occiderentur; totis etiam ſpendidiſſimis municipiis, Spoletio, Interamnio, Preneſte, Fluentia, ſub haſta venundatis.

Ne hac quidem fini ſtetit malum; ſed ſecuta ſunt atrociora tempora, de quibus, tanquam in ruina totius Orbis terrarum, Roma queri non potuit; cùm ineptum votum videatur, univerſo in exitium tracto, velle intactum ſtare. Sic

Digitized by Google

Nunc patimur longæ pacis mala: Sævior armis
Luxuria incubuit, victumq́; ulciſcitur orbem.
Nullum crimen abeſt, facinusq́; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit: hinc fluxit ad Indos
Et Sybaris colleis: hinc & Rhodos & Miletos,
Atq; coronatum & petulans madidumq́; Tarentum.
Prima peregrinos obſcœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu
Divitiæ molles.

Quæ luxuria, ceu præſentiſſima Romanæ virtutis peſtis, & inopiæ mater, cauſſa deindè fuit, ut variæ cupiditates, factiones, & crebra de dominio certamina, velut herba irrigua, ſuccreverint. Poſtquàm enim ſubacto orbe, & æmulis urbibus Regibusq; exciſis, ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit, prima inter patres ple-

plebemq; certamina exarſere. Modò turbulenti Tribuni, modò Conſules prævalidi, & in urbe tentamenta civilium bellorum, ſaxisq; & fuſtibus, ut *Dio* ſcribit, præludia quædam: mox tela, gladii, cædes in foro maximæ, acervi corporum extructi, riviq; ſanguinis: & tamen hæc omnia adhuc intra urbem. Quam dein rabies civica egreſſa, totam corripuit Italiam. Siquidem è plebe infima *C. Marius*, & nobilium ſæviſſimus *L. Sulla*, ut victam armis libertatem in dominationem verterent, eò usq; intra patriæ viſcera, velut in gladiatoria harena, ſævierunt, donec deeſſent, qui occiderentur; totis etiam ſpendidiſſimis municipiis, Spoletio, Interamnio, Preneſte, Fluentia, ſub haſta venundatis.

Ne hac quidem fini ſtetit malum; ſed ſecuta ſunt atrociora tempora, de quibus, tanquam in ruina totius Orbis terrarum, Roma queri non potuit; cùm ineptum votum videatur, univerſo in exitium tracto, velle intactum ſtare. Sic

Digitized by Google

enim fuit, cùm Cæſar & Pompejus, quorum beneficio patria (ſi cum Poëta ita loqui fas eſt) *æmula vicinus faſtigia aſtris* prius conſerebat, ſuam invicem potentiam lacerare & convellere aggreſſi ſunt.
„ Stetit, ſtetit orbis in partibus, & pro
„ duorum ducum inexplebili honorum
„ fame colliſus eſt, ut alius hoc unum
„ commune quoddam è civibus, ſociis,
„ omnibus, & plus quàm bellũ; alius ma-
„ ximum, qui unquam fuit, appellarit
terræ motum. En in quæ tempora deductus eras, Marce Juni, & credebas Brutorum ſtolidiſſime, libertatem recuperare te poſſe Reip. tuæ, quæ non niſi beneficio ſervitutis ſalva eſſe poterat? Quippe cùm de principatu ſemel certari cœptum, non tam facilè ponuntur arma. Et quàm portentoſa hæc fuit ignorantia, ſublatos credere cum Cæſare dominationis cupidos omnes? Idcirco jure experiri cogitur, dignus etiam, qui non tàm levi brachio objurgetur, Sapientis iſtud Romani judicium: M. Brutum, cùm vir magnus

magnus fuerit in aliis, in hac re vehementer erraſſe, nec ex inſtitutione Stoica ſe geſſiſſe; qui, cùm optimus civitatis ſtatus ſub Rege juſto ſit, aut Regis nomen extimuit aut ibi ſperavit libertatem futuram ubi & imperãdi & ſerviẽdi tàm magnũ præmiũ erat; aut deniq; civitatẽ in priorem formam revocari poſſe exiſtimavit, amiſſis priſtinis moribus; futuramq; ibi æqualitatem civilis juris, & ſtaturas ſuo loco leges, ubi viderat tot millia hominum pugnantia, non an ſervirẽt, ſed cui.

Porrò ita res eſt: Omnis Respubl. ſive populus, ſive primores, ſive ſinguli regant, perfecta eſt & laudabilis, donec intra naturam atq; conditionem ſuam permanſerit, nec in vitioſam ſpeciem, tanquam turpiſſimum monſtrum, degeneraverit. Tunc enim converti eam, & alteram alterius medicinam eſſe, neceſſe eſt. Sic à corruptis & tyrannicis Principis moribus; ad Optimates vel populum imperium transferri ſolet; & vicisſim Optimatum ambitio, aut furioſa

populi licentia, & inde orta ſeditionum frequentia, uni tradit Rempublicam. Et hoc eſt, quod ait Tacitus: *DISCORDANTIS patriæ non aliud remedium fuiſſe, quàm ſi ab uno regeretur.* Et alibi: *Omnium poteſtatem conferri ad unum, pacis interfuit.* Ne quid tamen diſſimulem, apud eundem minus apertè Ser. Sulpicius Galba: *Si immenſum*, inquit, *imperii corpus ſtare ac librari ſine rectore poſſet, dignus eram, à quo Respubl. inciperet.* Quam in ſententiam utroq; pede diſceſſit poſteà ſive Dion ſive Mæcenas, ut popularem ſtatum evectum ad imperium magnum, rectè eſſe non poſſe, aſſereret. Et ex eo profecta eruditiſſimi Antiquitatis Batavicæ Scriptoris aſſertio, *magna imperia à Regibus, minima à populo non incommodè regi: His autem nationibus, quæ mediocrem habent magnitudinem, & præſertim, quæ ſua norint fortiter tueri, aliena non appetant, congruentiſſimam eſſe Optimatium poteſtatem.* Ergò iſthuic fundamento inniſi, tàm vaſtum & ad prodi-

prodigium usq; immenſum imperium, quomodo melius, aut magis ex utilitate publica, quàm ab uno regi potuit? exquirunt à nobis ceteri. Siquidem,

Orbem jam totum Victor Romanus habebat,
Quà mare, quà tellus, quà ſidus currit utrumq;.

Jam Romana Majeſtas nihil ſolem illucere, niſi ſuæ ſubditum poteſtati jactitare: Jam alius *terrarum deam gentiumq;* Romam dicere; alius *Epitomen orbis*; alius *fontem imperii Orbis terrarum, matrem gentium, Regum poſſeſſionem*; alius *in unum coactam multitudinem Regum*; alius *orbem terrarum, Imperii Romani rus.* Ac ſanè Poëticum, vel Oratorium loquendi morem abominantibus, poſt varias rerum computationes, poſt referatos omnis antiquitatis & memoiæ theſauros, tandem cum Lipſio ſtatuendum erit: *Inter Imperia & Magnitudines, quas DEUS à condito orbe eſſe voluit, eminuiſſe & primas tuliſſe hanc Romanam.*

 Nibilo-

Nihilominus ſuſtineat hac in parte Dion: *Talis magnitudo non perdit formam popularem, ſi nimia eſt; ſi deſtruit & evertit, non magis evertit populi, quàm Optimatum, quàm ipſius Principis regimen.*

Oſtendunt, inquit ſupra laudatus JCtus, *ſequentia tempora veritatem Orationis: quum cogerentur ſæpiſſimè Imperatores adſciſcere ſibi collegas Imperii: ne, ſi ſolus aliquis pede premeret Aſiam, jam Europa aſſurgeret & Africa; quod vides, ſequentibus Conſtantipoli Imperatoribus.*
„ *Ut quum ruptis obicibus & aggeribus,*
„ *hinc atq; inde, inundet aliqua fluvius*
„ *neceſſe eſt, dum illi ubiq; obſtruere ne-*
„ *quit agricola: Ita imperio illi factum*
„ *cernis per inundationes varias barba-*
„ *rorum, fruſtra excurrentibus Princi-*
„ *pibus in diverſa terrarum, impotenti-*
„ *bus ad omnes partes ſimul ſtare & ob-*
„ *ſiſtere contra.* *Sed & nihil nobis dicit Coccejus noſter de experientia. Reſpubl. Carthaginenſis & Romana ſtetere diu, ſtetere diutiùs, quàm minores aliæ. Aſpiciat*

Gra-

Graculas civitates ſuas: adeat Ariſtotelem, qui unus docet omnes, & quis reſſ ondebit illi; imò in majoribus civitatibus non facilè aliam, quàm popularem eſſe regnandi formam. Quid igitur? deperdita, impia, feralis, ſuumq; ſanguinem tàm frequenter ſitiens, non MAGNA illa Roma, & per univerſum orbem extendens manus, mutationem, hoc eſt, Principatum flagitabat: quod quoniam uti fas erat, non expendit Marcus noſter, adeoque ſpes ejus decollavit; deſino jam mirari.

NOn equidem Lugdunenſem dicturus ad aram,
Hic tamen Altorphi dum modo verba facis,
Fallor, an ò RICHTERE mens trepidasq, timesq,
Et tibi confuſo ſanguis ab ore fugit!
Sume animum ſtudiis æquum: Licet eſſe modeſto,
Sed confidentem nunc magis eſſe decet.

Nec te debilitet reverentia: Quando
videmus,
Quàm viles animas frons propè
ſola juvet.
Georgius Nœſslerus D. & P. P.

DOnata magno progenies patri,
Favore divûm, lætaq́, publici
Medulla amoris, quo ſuperbit
Ingenioſa operum creatrix:
Quàm muſtulenti ver ſuperat tuum
Facunditatem menſis, & explicat
Abſtruſa, ſolis viſa quondam
Neſtoribusq́, Promotheisq́!
Te diſſerentem Tarquinii fugam,
Fractasq́, virgas prolis adulteræ,
Suaq́, natorumq́, cæde
Juniadam patriæ medentem;
Abominatum te quoq́, curiam
Cruore fœdam Laomedontio,
Marciq́, crimen perditosq́,
Vidimus attoniti, Quirites.
RICHTERE, noſtræ ſufficiet parùm
Plauſus juventæ. Latiùs hæc patent,
Et quà colorat Phœbus orbem,
Calculus eſto tuo labori!
Chriſtoph. Adamus Rupertus, Hiſt. P. P.

PROGRAMMA.

VEriſſimè *Ariſtippus* apud Diogenem Laërtium, μανθάνειν δεῖ, οἳς ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται. Sed quàm iſtud capiant vara ac detorta ingenia, ex hisce ſtudiis noſtris ſatis nobis manifeſtum eſt. Licet enim nonnullos ſciam reperiri, qui ſententiæ noſtræ adſcribunt ſuam; tamen quantus eorum numerus eſt, qui vitæ & utilitati ſuæ putant inludi, ſi nos ſequantur? *In Hiſpania*, ſcribit eruditiſſimus ſeculi hujus ſcriptor, *ſtudia literarum non eo cultu nitent, quem hæc ætas nudis & ſqualentibus Muſis repoſuit: non enim eloquentiæ ſtudium ibi viget, non venuſtas Poëtices, non Hiſtoriæ priſcorumq; rituum utilis & robuſta lepiditas. Veterum ac pœnè barbaram in quærendis ſcientiis rationem obtinent.* Ignoſcant meæ libertati, in quorum ulcere unguem figo! *Hiſpani pleriq; ſumus, & inter primas cauſſas ſpreta ab exteris Germania, contemtus eſt Humanioris Doctrinæ.* Igitur

tur quò pauciores ea ſectatores habet, eò magis INCLUTÆ REIPUBLICÆ NORIBERGENSI de Nobilitate ſua gratulandum eſt, quæ non olim tantùm PIRCKHAIMEROS, VOLCAMEROS (& quid attinet referre ceterorum Heroum nomina, quum me non dicente tota Univerſitas noſtra ſolidæ eruditionis auctores & aſſertores cùm alibi, tùm in monumentis ſuis, paſſim agnoſcat & veneretur?) ſed etiamnum favoris ac virtutis ſuæ præſtantiſſimos heredes nobis imputet.

Avulſo fœtu primo non deficit alter
Aureus. & ſimili floreſcit virga metallo.

Ita certè votum publicum, & deſideria Nobiliſſimorum Parentum, ſummo ſtudio adimplere conatur eximius patriciorum juvenum Dn. CAROLUS KöTZLERUS, qui quum ſemper ita judicaret, animam rerum agendarum eſſe HISTORIAM; neq; aliunde majorem in Rempublicam patriam utilitatem conferre ſeſe poſſe, pleraſq; curas huc impendit, eosq;

eosq; aſſidua manu verſavit auctores, qui variorum casuum notitiam, rectè parendi recteq; imperandi regulas, & cum prudentia ſapientiam inſtillarent. Num hæc voluntas ei ſucceſſerit, aliorum nunc erit judicare. Cras enim, Deo volente, ubi ſignũ campana datum fuerit, quanquã nihil minus quàm oſtentator ad modeſtiam omnia ſua componat, tamen auctoritate & conſilio AMPLISSIMORUM VIRORUM, qui perinde dicebant non eſſe & ignorari, DE SCOPULIS ARISTOCRATIÆ ROMANÆ, in Auditorio Theologico Majori, Oratiunculam recitabit. Cui honeſtiſſimo ejus propoſito ut omnes OMNIUM ORDINUM præſentes, *Nobiliſſimi, Ampliſſimi & Prudentiſſimi* DNN. SCHOLARCHÆ, *Magnificus* DNN. RECTOR, *Perilluſtris & Generoſus Dn.* BARO, *Ampliſſimus* DN PROCANCELLARIUS, *admodùm Reverendi, Coſultiſſimi, Excellentiſſimi & Clariſſimi* Dnn. PROFESSORES, *Nobiliſſimi, Praſtan-*

ſtătiſſimi Doctiſſimiq, DNN. STUDIOSI benevolentia ſua adeſſe, & adulteriora incitamento eſſe velint, per ſingularem illam Gratiam, qua meliorem literaturam hactenus digniti ſunt, quàm obſervanter rogo atq; obſecro.

Chriſtoph. - Adamus Rupertus,
Hiſtoriarum Profeſſor Publicus.

ORATIO DE SCOPULIS, QUIBUS ALLISA NAVIS ARISTOCRATIÆ ROMANÆ.

Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi & Prudentisſimi Domini Scholarchæ, Magnifice Dn. Rector, Perilluſtris & Generoſe Dn. Baro, Ampliſſime Dn. Procancellarie, admodum Reverendi, Conſultiſſimi, Excel-

Excellentiſſimi & Clariſſimi Domini Profeſſores, Nobiliſſimi, Præſtantiſſimi, & Doctiſſimi Domini Studioſi, Omnes omnium Ordinum Auditores ſplendidiſſimi, honoratiſſimi:

Non ita pridem de Navis & Reipublicæ ſimilitudine quædam ex hoc ipſo loco prolata ſunt; quæ vel propter duos illos omnis humanæ ſapientiæ fontes, Civilis dico ſcientiæ & Hiſtoriarum cognitionem, unde omnia illa profluxere, vel ob verborum delectum, quem animam rerum non inepte quiſpiam dixerit, ſatis commendationis abſtuliſſe mihi videbatur. Etſi verò ætatis meæ gloriam in hoc non fundatam exiſtimem, ſi de alienis laboribus cuſtoditiùs, hoc eſt, ſepto ſilentio agam; tamen neque mei candoris & integritatis eſt, vel, ut illud Romanæ cenſuræ verbum uſurpem, quum de majoribus noſtris loquebantur, ſimplicitatis quicquam diſſimulare, præſertim quod induſtriam meam exſtimulatum ivit. Illicò enim animum mihi percuſſit

Digitized by Google

i la cogitatio (quam & deinceps magis magisq́ examinare cœpi, fortaſſe an in hoc ipſo latitare multorum emblematum arcanam ſapientiam, quibus & veteres & recentiores artifices hieroglyphicis illis Ægyptiorum literis elegantiæ, ſubtilitatis & doctrinæ judicio longè ſagaciſſimorum virorum, palmam ambiguam faciunt.

Quid eſt, ſodes, quod in numis, (a) gemmis, & marmorum ſculpturis *Fortuna Aurea*, Principum Romanorum *domeſtica, familiaris*, & *concubina* (ſcimus enim ex Capitolini *duobus Antoninis* & Spartiani *Severo*, Cæſares Auguſtos ſemper in cubiculo ad extremum usq; diem ſuum eam ſervaſſe, ac morituros ad ſucceſſorem cum imperii honore atque onere transmiſiſſe) conſpicitur mulieris adultæ figura, in habitu Romano matronali, compta, vel ſtans, vel ſedens in cathedra, fronte diademate decora, dextra tenens

(a) *Octav. Strada in Vitis Caſſ. n. 183. Gorlaus Dactylioth. gemma 18. Pighius Præf. in Septimontium.*

tenens navis temonem, ſubjacenti globo impoſitam: Siniſtro in brachio Copiæ vel Amaltheæ cornu fructuum, quibus vita ſuſtentatur, omni genere plenum ſuſtinens?

Nimirum navi ſimile fuit Romanum Imperium, in quo Regimen obtinuit (b) Fortuna, *non illa pernici motu*, pennis ſublimis, vagabunda, ſive in talaribus tripudians; non illa cœca ſtupidorum vel inſana tyrannorum, clauſis oculis temerè batuens; non illa volubili in pila ſemet circumvolvés, anceps & lubrica, tum abſens & præſens, ut eſt in illa vitrea plebeculæ, ſed poſitis alis etiam talaribus abjectaq; inſtabili pila, matronali inceſſu Palatium ingreſſa. Quæ ubi reverenter obſervetur, non dubiam ſe peregrinamve demonſtrat; nec geminum, ut Pindarus cecinit, per incerta temonem verſat: Verùm ut bene conſulta rerum domina recto clavo ſecurè per tempeſtates navem traducit, atque feliciſſimum

(b) *Salmas. in Solin. p. 636.*

Digitized by Google

Nihilominus ſuſtineat hac in parte Dion: *Talis magnitudo non perdit formam popularem, ſi nimia eſt; ſi deſtruit & evertit, non magis evertit populi, quàm Optimatum, quàm ipſius Principis regimen.*

Oſtendunt, inquit ſupra laudatus JCtus, *ſequentia tempora veritatem Orationis: quum cogerentur ſæpiſſimè Imperatores adſciſcere ſibi collegas Imperii: ne, ſi ſolus aliquis pede premeret Aſiam, jam Europa aſſurgeret & Africa; quod vides, ſequentibus Conſtantipoli Imperatoribus.*
„ *Ut quum ruptis obicibus & aggeribus,*
„ *hinc atq; inde, inundet aliqua fluvius*
„ *neceſſe eſt, dum illi ubiq; obſtruere ne-*
„ *quit agricola: Ita imperio illi factum*
„ *cernis per inundationes varias barba-*
„ *rorum, fruſtra excurrentibus Princi-*
„ *pibus in diverſa terrarum, impotenti-*
„ *bus ad omnes partes ſimul ſtare & ob-*
„ *ſiſtere contra.* Sed & *nihil nobis dicit Cocceſus noſter de experientia. Reſpubl. Carthaginenſis & Romana ſtetere diu, ſtetere diutiùs, quàm minores aliæ. Aſpiciat*

Gra-

Graculas civitates ſuas: adeat Ariſtotelem, qui unus docet omnes, & qui reſpondebit illi; imò in majoribus civitatibus non facilè aliam, quàm popularem eſſe regnandi formam. Quid igitur? deperdita, impia, feralis, ſuumq; ſanguinem tàm frequenter hauriens, non MAGNA illa Roma, & per univerſum orbem extendens manus, mutationem, hoc eſt, Principatum flagitabat: quod quoniam uti fas erat, non expendit Marcus noſter, adeoque ſpes ejus decollavit; deſino jam mirari.

NOn equidem Lugdunenſem dicturus adaram,
Hic tamen AltorphI dum modo verba facio,
Fallor, an ò RICHTERE meus trepidasq; timesq;,
Et tibi confuſo ſanguis ab ore fugit!
Sume animum ſtudiis æquum: Licet eſſe modeſto,
Sed confidentem nunc magis eſſe decet.

Nec te debilitet reverentia: Quando
videmus,
Quàm viles animas frons propè
ſola juvet.
Georgius Nœſslerus D. & P. P.

D*Onata magno progenies patri,*
Favore divûm, lætaq́, publici
Medulla amoris, quo ſuperbit
Ingenioſa operum creatrix:
Quàm muſtulenti ver ſuperat tuum
Facunditatem menſis, & explicat
Abſtruſa, ſolis viſa quondam
Neſtoribusq́, Promotheisq́,!
Te diſſerentem Tarquinii fugam,
Fractasq́, virgas prolis adulteræ,
Suaq́, natorumq́, cæde
Juniadam patriæ medentem;
Abominatum te quoq́, curiam
Cruore fœdam Laomedontio,
Marciq́, crimen perditosq́,
Vidimus attoniti, Quirites.
RICHTERE, noſtra ſufficiet parùm
Plauſus juventa. Latiùs hæc patent,
Et quà colorat Phœbus orbem,
Calculus eſto tuo labori!
Chriſtoph. Adamus Rupertus, Hiſt. P. P.

PROGRAMMA.

VEriſſimè *Ariſtippus* apud Diogenem Laërtium, μανθάνειν δεῖ, οἷς ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται. Sed quàm iſtud capiant vara ac detorta ingenia, ex hisce ſtudiis noſtris ſatis nobis manifeſtum eſt. Licet enim nonnullos ſciam reperiri, qui ſententiæ noſtræ adſcribunt ſuam; tamen quantus eorum numerus eſt, qui vitæ & utilitati ſuæ putant inludi, ſi nos ſequantur? *In Hiſpania*, ſcribit eruditiſſimus ſeculi hujus ſcriptor, *ſtudia literarum non eo cultu nitent, quem hac ætas nudis & ſqualentibus Muſis repoſuit: non enim eloquentiæ ſtudium ibi viget, non venuſtas Poëtices, non Hiſtoriæ priſcorumq; rituum utilis & robuſta lepiditas. Veterum ac pœnè barbaram in quærendis ſcientiis rationem obtinent.* Ignoſcant meæ libertati, in quorum ulcere unguem figo! *Hiſpani pleriq; ſumus, & inter primas cauſſas ſpretæ ab exteris Germaniæ, contemtus eſt Humanioris Doctrinæ.* Igitur

tur quò pauciores ea ſectatores habet, eò magis INCLUTÆ REIPUBLICÆ NORIBERGENSI de Nobilitate ſua gratulandum eſt, quæ non olim tantùm PIRCKHAIMEROS, VOLCAMEROS(& quid attinet referre ceterorum Heroum nomina, quum me non dicente tota Univerſitas noſtra ſolidæ eruditionis auctores & aſſertores cùm alibi, tùm in monumentis ſuis, paſſim agnoſcat & veneretur?) ſed etiamnum favoris ac virtutis ſuæ præſtantiſſimos heredes nobis imputet.

Avulſo fœtu primo non deficit alter
Aureus. & ſimili floreſcit virga metallo.

Ita certè votum publicum, & deſideria Nobiliſſimorum Parentum, ſummo ſtudio adimplere conatur eximius patriciorum juvenum Dn. CAROLUS KÖTZLERUS, qui quum ſemper ita judicaret, animam rerum agendarum eſſe HISTORIAM; neq; aliunde majorem in Rempublicam patriam utilitatem conferre ſeſe poſſe, pleraſq; curas huc impendit, eosq;

eosq; aſſidua manu verſavit auctores, qui variorum caſuum notitiam, rectè parendi recteq; imperandi regulas, & cum prudentia ſapientiam inſtillarent. Num hæc voluntas ei ſucceſſerit, aliorum nunc erit judicare. Cras enim, Deo volente, ubi ſignũ campana datum fuerit, quanquã nihil minus quàm oſtentator ad modeſtiam omnia ſua componat, tamen auctoritate & conſilio AMPLISSIMORUM VIRORUM, qui perinde dicebant non eſſe & ignorari, DE SCOPULIS ARISTOCRATIÆ ROMANÆ, in Auditorio Theologico Majori, Oratiunculam recitabit. Cui honeſtiſſimo ejus propoſito ut omnes OMNIUM ORDINUM præſentes, *Nobiliſſimi*, *Ampliſſimi & Prudentiſſimi* DNN. SCHOLARCHÆ, *Magnificus* DNN. RECTOR, *Perilluſtris & Generoſus Dn.* BARO, *Ampliſſimus* DN PROCANCELLARIUS, *admodùm Reverendi*, *Coſultiſſimi*, *Excellentiſſimi & Clariſſimi* Dnn. PROFESSORES, *Nobiliſſimi*, *Pra-*

ſtātiſſimi Doctiſſimiq; DNN. STUDIOSI benevolentia ſua adeſſe, & ad ulteriora incitamento eſſe velint, per ſingularem illam Gratiam, qua meliorem literaturam hactenus digniti ſunt, quàm obſervanter rogo atq; obſecro.

Chriſtoph.-Adamus Rupertus,
Hiſtoriarum Profeſſor Publicus.

ORATIO DE SCOPULIS, QUIBUS ALLISA NAVIS ARISTOCRATIÆ ROMANÆ.

MAgnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi & Prudentiſſimi Domini Scholarchæ, Magnifice Dn. Rector, Perilluſtris & Generoſe Dn. Baro, Ampliſſime Dn. Procancellarie, admodum Reverendi, Conſultiſſimi, Excel-

Excellentiſſimi & Clariſſimi Domini Profeſſores, Nobiliſſimi, Præſtantiſſimi, & Doctiſſimi Domini Studioſi, Omnes omnium Ordinum Auditores ſplendidiſſimi, honoratiſſimi:

Non ita pridem de Navis & Reipublicæ ſimilitudine quædam ex hoc ipſo loco prolata ſunt; quæ vel propter duos illos omnis humanæ ſapientiæ fontes, Civilis dico ſcientiæ & Hiſtoriarum cognitionem, unde omnia illa profluxere, vel ob verborum delectum, quem animam rerum non inepte quiſpiam dixerit, ſatis commendationis abſtuliſſe mihi videbatur. Etſi verò ætatis meæ gloriam in hoc non fundatam exiſtimem, ſi de alienis laboribus cuſtoditiùs, hoc eſt, ſepto ſilentio agam; tamen neque mei candoris & integritatis eſt, vel, ut illud Romanæ cenſuræ verbum uſurpem, quum de majoribus noſtris loquebantur, ſimplicitatis quicquam diſſimulare, præſertim quod induſtriam meam exſtimulatum ivit. Illicò enim animum mihi percuſſit

tenens navis temonem, ſubjacenti globo impoſitam: Siniſtro in brachio Copiæ vel Amaltheæ cornu fructuum, quibus vita ſuſtentatur, omni genere plenum ſuſtinens?

Nimirum navi ſimile fuit Romanum Imperium, in quo Regimen obtinuit (b) Fortuna, *non illa pernici motu*, pennis ſublimis, vagabunda, ſive in talaribus tripudians; non illa cœca ſtupidorum vel inſana tyrannorum, clauſis oculis temerè batuens; non illa volubili in pila ſemet circumvolvẽs, anceps & lubrica, tum abſens & præſens, ut eſt in illa vitrea plebeculæ, ſed poſitis alis etiam talaribus abjectaq; inſtabili pila, matronali inceſſu Palatium ingreſſa. Quæ ubi reverenter obſervetur, non dubiam ſe peregrinamve demonſtrat; nec geminum, ut Pindarus cecinit, per incerta temonem verſat: Verùm ut bene conſulta rerum domina recto clavo ſecurè per tempeſtates navem traducit, atque feliciſſimum

(b) *Salmas: in Solin. p. 636.*

Digitized by Google

mum illud ſuum cornu, non pomorum fructuumve exuberantium duntaxat, ſed omnium etiam bonorum, quæ terra, mare, portus, flumina, metallorumque venæ proferunt, copia plenum largiter profundit.

Quid eſt quod in numo (c) caſtrēſi *Cornelii Bentivoli*, ex illuſtriſſima Bentivolorum familia, qui olim Bononiæ principatum tenuere, oriundi, video in poſtica ſolem orientem, ejusq; anteambulonem Luciferum, & navem poſt variarum procellarum impulſum in portum illatum? Quid eſt quod in ſimili (d) *Franciſci Ducis Guiſii*, ventos maria turbantes, disjectos per mare nautas, quos canes marini devorant, & ipſam Thetyn, aut Deam marinam aliam, miſeras trucidantem, ut interpretatur *Luckius*; ſive, quod magis placet uno verbo, SCYLLAM, denique pauculos in navigio, quo fieri poteſt labore, ſibi conſulentes, cum inſcriptione, DURATE? Quid eſt quod *in aulica magna*

(c) *Apud Luck. in Syll. Nū. p. 190.* (d) *Apud eund. p. 260.*

magna Curia Norsbergenſis depictam "
videmus navem, in altum productam, "
antennis cum velo expanſis ſuperſcri- "
pto emblemate: DUCE VIRTU- "
TE, COMITE FORTUNA; & "
non procul indè balænam rictum ad "
clades animantium multiplices, & "
mundi funera pandentem, jamq; pi- "
ſciculum ferali palato haurientem, ad- "
dita epigraphe: MINOR ESCA MA- "
JORIS?

Nimirum mare concitatum ſive tranquillum eſſe quamvis Reip. formam; hîc immaniſſimam, ſive balænam ſive ſcyllam appellare mavis, *injuſtitiã* reperiri, magiſtratũ verò contra omnes difficultates ſe erigere, non fluctibus cedere, non vento ſecundo vela contrahere, non indormire, non in brevia vel ſyrtes, vel latentes ſcopulos impingere; niſi tempeſtas à vi majore proficiſcens humanam ſuperet induſtriam. Noſtis enim quam è veri tripode profectum, & Gratia-

e iarum fonte ablutum ſit illud (e) Plinii: *Eſſe virtutis opera magna, ſed majora fortunæ.*

Atq; ex hujusmodi cogitationibus tandem profluxit & iſtud, ut quum alter digitum in fontes & capita rerum intenderit, ego peculiare quoddam argumentum mihi caperem diſſerendi de SCOPULIS, quibus navis ARISTOCRATIÆ ROMANÆ cum horrore gentium alliſa, fracta, & planè abſorbta eſt. Sed ut attentionis petitionem ſemper iis relinquendam exiſtimavi, qui auditorum animos peregrinari credunt, eosq; præſentes abſentes eſſe; vel etiam iis, qui non coram ſapientibus, ſed plebecula multis fucis circumvenienda verba faciunt: Ita conſuetudine illa ſcholaſticorum in veſtram gratiam, AUDITORES SPLENDIDISSIMI, migrata, de re ipſa diligẽter expediẽda ſolicitus eſſe malo.

Primùm omnes de Politicorum ſchola, &

(e) *lib VII, cap. 25.*

ſa; & vel inveſtes pueri ſciunt, tria eſſe Rerumpublicarum genera, *ſingularem potentiam*, ut vocat Nepos, *imperium Optimatum, & dominatum multitudinis*, ſive ſtatum popularem: *Tamen ut in humanis corporibus conſtitutiones quatuor, flavam bilem, ſanguinem, pituitam, melancholiam, nec ullam absq; alterius complexu liberam, ſive non caſtigatam inveneris; ita magna alicujus Reip. ſimplicem aut impermiſtam rationem pœnè fruſtrà inveſtigari*, aſſerit *Thomas Smithus de Rep. Anglor.* (f) Sic Lycurgus Spartanorum Legislator, autore Polybio, *non ſimplicem, neque uniformem Remp. conſtituit: Sed optimarum quarundam Rerumpublicarum virtutes omnes ac proprietates in unum copulavit: Ne ſi qua illarum ſupra modum augeretur, ad vitia congenita deflecteret; ſed dum cujusque vis mutuo omnium niſu in contrariũ retrahitur, nulla pars illarum vergeret usquam aut propenderet nimium; verùm æquis ponderibus libra-*

(f) *lib. I. cap. 6. Nec alia de Rep. Hebræorum tradit* Schickardus in Sceptro Regio.

Digitized by Google

librata, & aqua lance ſuſpenſa, quàm diutiſſime Reſp. duraret, non ſecus, ac fieri ſemper amat in navibus, quas hinc & inde par vis ventorum impellit. Nam Reges quidem ne ſuperbè atque impotenter agerent, metus populi, cui & ipſi ſuæ partes in civitate erant attributa, impediebat: Populus verò, ne Reges contemneret, metu ſeniorum cohibebatur: qui cum eſſent omnes in eum ordinem allecti propter virtutem, juſtiori utique parti ſe erant adjuncturi.

Ut ad recentiora devolvar, de Republ. ſua h. e. *Veneta* (g) ſcribit *Contarenus*, majores Venetorum eam adhibuiſſe mixtionem omnium ſtatuum, qui recti ſint, ut illa una & *regium principatum*, & *Optimatum gubernationem*, & *civile* item *regimen* referat; adeò ut omnium formas pari quodam libramento commiſcuiſſe videantur. Nec abſimile quid delicium illud omnium, quorum intereſt vacare ſolidiori literaturæ, *Matth. Berneccerus*, (h) qui cùm Democratiam aliarum formarum

(g) *lib. I.* (h) *In Germ. Tacit. Quaſt. Miſc. 55.*

marum admixtione corrigi poſſe ſtatuiſſet, tandem de ſtudiorum ſuorum nutritia *Argentoratenſi* ſubjungit, *habere ſe potius, quod eorum, qui primi eam adminiſtrationis formam inſtituerunt, ſapientiam admiretur, quàm in ea quicquam deſideret: cum quicquid* Democratia *vitioſum habet*, Ariſtocratiæ *ſalutari temperamento ibidem corrigatur.* Sed & mox obviam it acerrimo illi Germanici nominis impugnatori *Jo. Bodino*, qui *Argentinenſes* cæſa ac proſtrata nobilitate, cum imperium populare invaſiſſent, *legem* communibus ſuffragiis tuliſſe ait, *ne quis ſummos in civitate magiſtratus adipiſceretur, niſi à cerdonibus, aut coriariis aut id genus ſordidis opificibus ſtirpē traxiſſet.*

Quæ Bodini de Argentinenſibus quum pluribus hîc conſiderari nequeant, & ſi queant, longiùs nos abducant; ſicut etiam illa, quibus Gallicus Diſputator Contarenum impugnat, mittimus; & ad vicinam *Bataviam* nos convertimus, quæ ſimili cum Spartanis mixtura tempe-

rata,

rata, conſenſu disſimilimorum quàm pulcerrimè concinit: ac primi quidem ſive *regalis* generis notæ in ſummis exercituum ductoribus apparent, Guilielmo, Mauricio & nunc ejus fratre Heroibus ferè magnanimis, quorum arbitrio & nutu omnia poſt acceptum imperium militiæ, terra marique gubernantur; ſecundi ſive *optimatus* ſigna in ipſis ordinibus ſive Legatis, qui à provinciis fœderatis miſſi, pietate inſignes, probitate venerandi, doctrina ſingulares, rerum experientia planè ſtupendi, de omnibus rebus agundis conſilia ineunt, viasque iis benè perficiundis cum cura diligentiaq; ſternunt; tertii deniq; ſive *popularis* indicia in ipſis civitatibus; queis non præconſultis majora negotia inſolens tractare, nefas pertractare.

Ac ut ex diverticulo redeam ad id, quod ab initio dicere volebam, talis Reipub. forma, judice Polybio, maximum Romanis attulit momentum, non ſolùm ad dominatum Italiæ Siciliæq, bello Punico

nico ſecundo recuperandum: Hiſpaniam præterea & Galliam ſuæ ditioni ſubjiciendam, ſed tandem etiam poſt devictos Pœnos ad cogitationem de totius terrarum orbis imperio ſuſcipiendam. Nam, inquit idem, *ſi ad Conſulum poteſtatem oculos referimus, prorſus monarchica & regia videtur ea eſſe; cùm ad auctoritatem Senatus, regimen Optimatum, cùm ad populi imperium, liquidò putet aliquis ſtatum eſſe popularem.*

E qua deſcriptione cuivis jam lucere poterit, quibus limitibus circumcumſcripta ſit Oratio noſtra, quamq; nullum ipſi negotium ſit cum tota Republica Romana, ſed cum ea tantum parte, quæ *ſpeciem Ariſtocratiæ* repræſentat, hoc eſt, ut Polybius nobis explicavit, *conſeſſu patrum.* Ut verò ordinem in dicendo ſequar, quem Chronologia nobis præſcribit ſatis commodum, poſtquam Tarquinios ſua libido, arrogantia & immanitas expulerat, ſuprema Senatus Patriciorumque auctoritas, ſumma poteſtas, nec

minor

minor in maximis tempeſtatibus tuendæ navis fidei ſuæ commiſſæ induſtria fuit. Quis enim tyrannidem conſtrinxit libertatem Romanam condidit, Patrem exuit, ut Conſulem ageret, orbusque vivere, quàm publicæ vindictæ deeſſe maluit? Quis pro patria caſtra Porſenæ ingreſſus inter molitionẽ pariter ac fortis propoſiti oppreſſus dextra hoſtium ignes preſſit, ut Porſenæ ſic flammarum contemtor, & conſtantia ſua id tandem perfecit, ut *exuſtá manu duo Reges fugati* dicerentur? Quis ſolus implevit pontis anguſtias, reditum à tergo ſibi ademit, &, revulſis ingenti ruina tignis, quum periculum extra patriam videret periculo ſuo, in præceps ſe dedit inclamatis hoſtibus: *Veniat, ſi quis vult ſic euntem ſequi?* Quis libertate armis vindicata, ut non ſolùm fructus, ſed & fides illius eſſet, leges admodum populares tulit, cavitque, ne quodcunque accidere poſſet, accideret? Omnes Nobiles, Patricii, Optimates, Bruti, Mucii, Horatii, Valerii. Sed

quod

quod ſapientiſſimè profatur Tacitus, (i) *rebus cunctis ineſt quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur*: & quod eleganter cecinit Virgilius, (k)

- - lecta diu, & multo ſpectata labore
Degenerare tamen:
- - - - - ſic omnia fatis
In pejus ruere ac retrò ſublapſa referri.

NON ALITER, QUAM QUI ADVERSO
VIX FLUMINE LEMBUM
REMIGIIS SUBIGIT, SI BRACHIA FORTE REMISIT,
ATQUE ILLUM IN PRÆCEPS PRONO
RAPIT ALVEUS AMNE.

Illuxerat quartus decimus recuperatæ libertatis annus, quum de morte Tarquinii Superbi nuncius afferretur, quo erecti Patres, erecta plebs; ſed Patribus lætitia nimis luxurioſa fuit. Cùm enim penes hos Urbis agriq; Romani omnes eſſent divitiæ, *ſervili imperio* (dicam Salluſtii (l) verbis) *plebem exercere; de vita atq; ter-*

(i) 1. Annal 12. (k) 1. Georg. (l) lib. 1 Hiſt.

go regio more conſulere, agro pellere, & ceteris expertibus ſoli in imperio agere. Plebs inops atq; indiga ſemper ære alieno obruta. Extat oratio pauperis cujusdam centurionis, facem gliſcenti jam ſeditioni ſubjiciens acerrimam: *Sabino bello ſe militantem, quia propter populationes agri non fructu modò caruerit, ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe. Id cumulatum uſuris, primò ſe agro paterno, avitoq; exuiſſe; deinde fortunis aliis; poſtremò velut tabem perveniſſe ad corpus; ductum ſe à creditore non in ſervitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe:* Cujus rei documentum ut apud Livium legitur, oſtentavit tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum. Ita navis ARISTOCRATIÆ ROMANÆ primùm abrepta in duos

(m) INFAMES SCOPULOS ET NAUFRAGA SAXA,

AVARITIAM & TYRANNIDEM; quan-

(m) *Lipſius certè, ad Con*[illegible] *ſuum,*

quanquam quid ſeorſim hanc nomino, quum nulla non avaritia tyrannidem exerceat, *bellua fera, immanis & intoleranda, quæ quò intendit, oppida, agros, fana, atq; domos vaſtat: divina cum humanis permiſcet: neq; exercitus neq; mœnia obſtant, quò minus vi ſua penetret: fama, pudicitia, liberis, patria atq; parentibus cunctos mortales ſpoliat*; ut tyrannam illam graphicè depingit, non in umbraculis ſcholarum, ſed in luce rerum politicarum educatus (n) Hiſtoriæ Romanæ conditor. Sanè fœnore nimiùm oppreſſa, gravibusque ſervitutis compedibus vincta plebs tandem belluæ inſtar cœpit effervescere, vires ſuas pertentare; ac non ſine civitatis periculo, ſummoq; Optimatum detrimento legum vincula, imperiique frenos ſenſim immiſſos uno impetu dirupit; atque miſerias ſuas vili habitas acriter vindicavit, quum ſimul omnis, urbe relicta in ſacrum montem ſecederet, nec niſi Tribunis impetratis, & æris

(n) *2. de Rep. ordin.*

æris alieni diminutione decreta, Menenii Agrippæ facundi & ſapientis viri autoritate, revocaretur.

Hi ſunt illi Tribuni, AUDITORES, qui ſacratis legibus armati, Senatus-Conſulta, Leges, Edicta, ac magiſtratuum Acta quævis interceſſionibus reſcindendi, Senatum cogendi vel diſſolvendi, Pontificum Augurumq; collegia denunciandi, conciones qualeſcunque ciendi, tributorum collationes militumque delectus inhibendi; agros, vectigalia, pecunias publicas, magiſtratus, provincias dandi vel auferendi; tandem vel in vincula ducendi, vel à judicio liberandi potentia cæteros magiſtratus omnes ſuperabant.

Quod conſularis poteſtas circumſcripta, mixtis patrum plebejorumque matrimoniis, imminutus antiquus ſplendor, honorum & magiſtratuum conſortium extortum Senatui, ac contra fæcis infumæ arbitrium nullum ſimulacrum A-

riſto-

riſtocraticæ dominationis, nullus religionis vel juris prætextus, nulla majorum merita, nullus aſtus, nulla prudentia quicquamunquam profuit; vi tribunitiæ poteſtatis & quod hæc eo usq; intumuit, avaritia optimatum factum eſt. Scilicet hæ pœnæ ſordibus pendendæ ſunt, nec ſemper populo pulchris dictis os ſublini poteſt; cujus tutelam ubi vel ſemel reliqueris, in eorum poteſtatem veniendum erit qui exierunt è ſua.

Omnibus verò Ariſtocratiis (ſiquidem doceri cupiunt ab hiſtoria Romana, quæ nullis fabularum involucris obſcura, ſed rerum geſtarum veritate certa; nec tàm præceptis quàm exemplis illuſtriſſima, Græcam ob id multis paraſangis antecedit) hoc illuſtre documentum eſt, ne tenues fœnore ad incitas redigi, & (quo verbo SS. Scriptura de immanitate fœneratorum uſa eſt) *morderi* patiantur: Nam ut omne fœnus, (o) tollere neq; volumus neq; poſſumus, ipſa æquitas civilis

(o) *Bern. 55. Quæſt. Miſcell. in Tac. 137.*

ſocietatis fundamentum poſtulet, ut qui ſuæ pecuniæ uſum alteri concedit, compenſationem & antidorum aliquod percipiat: ita contra infamia illa ſpolia & ergaſtula circumventæ plebis advocandæ ſunt acerrimæ leges, *quarum ſalubribus medicamentis* hujusmodi dracones, occupatis aliorum fortunulis incubantes, ut phraſi Vellejana (p) dicam, *cogãtur egredi*. Quod ut magiſtratus faciliùs obtineat, ſedulò cavendum, ſuaſore Tacito, (q) ne acria ſint legum initia, finis incurioſus. Quanquam enim, ut eſt in Novellis, (r) *nihil in ſemetipſo manet, ſed fluit natura ſemper in multas evoluta mutationes*; ideoque & leges ipſæ (s) ad imbecillitatem & occaſum ſuum properant; tamen Medea nobis ſupereſt, quæ Æſonis hujus ſenium faciet rejuveneſcere, ſi tempeſtivè omnia emendemus, & legem novis ſubinde ſanctionibus muniamus; denique quod

(p) *lib. II. cap. 129.* (q) *VI. Annal. cap. 17.*
(r) *Nov. 69. cap. 4.* (s) *Agell. 20. Noct. Att. 1.*

quod caput eſt, exemplo (t) Cæcinnæ, *domi ſervemus, quæ in publicum ſtatuimus.*

Non ærea ſed aurea columna digna ſunt Platonis(u) verba, quibus negavit, multo labore opus eſſe Principi, ſi civitatis ſuæ mores immutare velit. *Sive enim*, inquit, *ad virtutis officia, ſive contra cives perducere inſtituat, ipſe primus viã, quæ terenda eſt cæteris, ingrediatur oportet omniaq; in ſe ipſo primum repræſentet, ut quid agendum ſit præſcribat civibus.* Eodemq; planè ſenſu Baſilius Imp. (x) ad Leonem Filium: *Niſi pudicitiam ipſe ſervaveris, qua fronte eos, qui tuæ dominationi ſubjecti ſunt, ad eam ſervandam cohortaberis? Nam quæ facientem te viderint, eadem quoque ſibi permitti interpretabuntur.* Quod ſi huic ſapientiſſimorum virorum voci non ex Gratiæ tantum angulo, ſed ex omni terrarum parte, omnibusque veritatis ac prudentiæ penetralibus adſonanti credere nolumus;

(t) *Tacit. III. Annal. 33.* (u) *lib. 4. de LL.*
(x) *cap. 19.*

næ cùm in aliis caſibus, tum in iſto, de quo nobis ſermo eſt, pro lucro magnum malum inveniemus, & Alphonſi (y) verbis leviter immutatis, *fœnus erit funus Reipublicæ.*

Porrò quum ita ſepulta jacuiſſet Ariſtocratia Romana, nec ea ſolùm, ſed etiam totius civitatis nervi variis ſeditionibus per annos ferè ducentos luxati diſſolutiq; eſſent; vel potius ruinam minaretur iſta multo ſanguine concreta potentiæ moles, tàdem lege Hortenſia, ac plerorumq; optimorum civium, quibus Reip. major, quàm privati commodi cura fuit, collata opera, nec non fœnebri rei agriſq; poſſidendis modo præſcripto perjucunda Populo Romano harmonia reſonare cœpit. Et licet connubia, auſpicia, magiſtratus, imperia, ſellæ curules, laureæ triumphales, honores, cæteraque Reip. commoda, plebi à Patriciis communicata eſſent; tamen ex his ipſis ordinibus reconciliatis quaſi ſurrexit & effloruit nova

(y) *Ap. Panormitanum de dictis & factis Alphonſi lib. III, cap. 14.*

nova ARISTOCRATIÆ majeſtas. Si enim civilis prudentiæ Doctores *Ariſtocratiam* rectè definiunt *præſtantiſſimorum lectiſſimorumq́, virorum in curia conſeſſum*, qui publico omnia bono metiuntur, aut nulla Reſpublica Ariſtocratica dici meretur, aut Romana tùm verè Ariſtocratica fuit, quum Cyneas Legatus, vir nec mentis nec oris egens, interroganti Pyrrho Regi ſuo, quid de hoſtium ſede ſentiret? *Urbem TEMPLUM ſibi viſum, SENATUM Regum eſſe conſeſſum fateretur.* Erant in illo, ut pulchrè Lipſius (z) deſcribit,

Ductores Danaum delecti, PRIMA VIRORUM,

eximii civium, genere, cenſu, virtute. Nam hæc ſpectabant, nec temerè viles aut ſordidos (etſi plebējos interdum, quos magna virtus eveheret) inopes nunquam, & improbos rarò admittebant; aut ſi tales, non tenebant. Cenſores enim (ò laudabile & divinum inſtitutum!) legebant hunc

(z) III. de Mag. Rom, c. 2.

Senatum: atq; iidem per ſingula luſtra examinabant, & ſi quis loco eo indignus, aut ſi quid in privata etiam vita turpe aut maculoſum, notabant & emovebant. Hinc illud deprædicandi certamen, ut alius Senatum *publicum Orbis terræ concilium*, alius *Principem ſalutis*, alius *cuſtodem publicæ mentis*, alius *aſylum mundi totius*, alius curiam *arcem omnium gentium*, alius alio nomine honeſtaret. Sed quod jam ſuprà diximus, ſedent ad clavum fata, & quum in hac Reipub. navi remi ſegnius moverentur, *(a)*

- - conditq; natantia lumina ſomnus.

nihil illa impediunt, quò minus ventus in SCOPULUM abripiat, ac mare ſubeat in laxatas compages. Falsò de malignitate queritur non ſolùm Poëtarum numerus, ut v. g. Lucanus, qui felicem Romam & cives ſuperbos habituram aſſerit,

Si libertatis ſuperis tàm cura placeret,
Quàm vindicta placet;

ſed & philoſophorum, è quibus Democri-

(a) Virg: 4. Georg.

critum, *mũdum odio Deorum plenũm eſſe, & infinita adverſus illum mala accumulare* dicebat. Et oratorum, ut Seneca(*b*) pater, *Fati malignam perpetuamq; in omnibus rebus legem eſſe*, ſtatuens, *ut ad ſummum perducta rurſus adinfimum, velocius quidem, quàm aſcenderunt, relabantur*, abnuente filio, & in cauſa Deorum poſthabita pietate paterna, è diametro ſeſe opponente in Epiſt: *Errat ſiquis putat Deos nocere velle. Non poſſunt; nec accipere injuriam queunt, nec facere. Lædere enim lædiq; conjunctum eſt. Summa illa ac pulcerrima omnium Natura, quos periculo exemit, nec periculoſos quidem fecit. Primus eſt Deorum cultus, Deos credere: deindè reddere illis majeſtatem ſuam, reddere bonitatem; ſine qua nulla majeſtas eſt: ſcire, illos eſſe, qui præſident mundo, qui univerſa ut ſua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, interdum curioſi ſingulorum. Hi nec dant malum, nec habent.* Quàm modeſtiori pede hanc

(*b*) *Præf. 1. Controv.*

arduarum cogitationum ſemitam ingreſſus Plato, de Opifice Mundi: *Bonus erat,* inquit, *Bonus autem nulla unquam aliqua de re invidia tangitur. Ergò quum livor ab eo alieniſſimus eſſet, omnia ſibi, quantum fieri poterat, ſimillima fieri voluit.*

Sic ab ipſis paganis aſſerta cœli innocentia, ecqua tandem culpa, qua ſtrage ſplendor ille Ariſtocraticus, per univerſum orbē diffuſus ac propagatus, denuò conſenuit & expiravit? O Carthago! O Aſia! Si verum fateri volumus, debellatæ victorem debellaſtis; altera quidem opibus & deliciis; altera otio & ſecuritate; factumque, quod non vanè prædixerat Scipio: *Deleta Carthagine fortunam Romanos præcipitaturam de ſtatu ſanctitatis & integritatis ſuæ.* Vel quod in animo erat Q. Metello (c) quum devicta Carthagine, *neſcire ſe*, diceret, *illa victoria bonine plus an mali Reipublicæ attuliſſet.* Certè *remoto* Carthaginis *metu*, inquit Vellejus Paterculus, (d) *ſublataq;* imperii

(c) *Val. Max. lib. VII. cap. 2.* (d) *lib. II. cap. 1.*

imperii æmula, non gradu, ſed præcipiti curſu à virtute ad vitia deſcitum. Aſiam verò alteram Populi Romani peſtem, ſine nube, ſine velo fatetur, in laudabili compendio (*e*) Florus: *Neſcio, an ſatius fuerit populo Romano, Sicilia & Africa contento fuiſſe, aut his etiam ipſis carere, dominanti Italia ſua; quàm eò magnitudinis creſcere; ut viribus ſuis conficeretur. Quæ enim res alia civiles furores peperit, quàm nimia felicitas? Syria prima nos victa corrupit: mox Aſiatica Pergameni Regis hereditas. Illæ opes atq; divitiæ afflixere ſeculi mores: merſamq; vitiis ſuis, QUASI SENTINA, Rempublicam peſſundedére.*

Primus tùm à nimia felicitate ſurgens Ariſtocraticæ navis SCOPULUS fuit Luxus. Nam quum Optimatibus, ut ſcribit Salluſtius, Reges, Tetrarchæ, vectigales eſſent; populi, nationes ſtipendia penderent, furebant publicè privatimq; iſtam opulentiam decoquere. Ac

(*e*) *lib. III. cap. 12*

Digitized by Google

de ædificiorum quidem luxu breviter Lucanus, *non auro tectisve modum fuiſſe*; expreſſiùs Criſpus, *(f) domos in urbium modum exædificatas, quæ una non ſufficiebant, niſi binas aut ternas continuarent*, Apuleius, *(g) æmulas urbium & vice templorum*, Seneca *(h) laxitatem magnarum urbium vincentes*; qui & in illis hanc memorabilem perſtringit luxuriam, quòd quum nemoribus Romanorum nonnulli caperentur, in tectis ea habuerint, quibus per æſtivum ſidus voluptatem caperent.

Huc refero non ad fructuum rationem, ſed, ut ait Columella *(i)* ad libidines indomitas directam villarum ædificationem, quibus ut obſervat *Caſaubonus*, delicata nomina uſq; indè à Græcia petita imponebant, nec non ſubverſos montes, extruſa ad piſcinas maria: Lucullorum & Oratarum inſaniam. Ædificium

(f) *Hiſt. Catil. cap. 20. & 12.* (g) *De deo Socratis.*
(h) *lib. VII. de benefic. cap. 10. Adde Caſaub. ad Suet. Aug. cap. 72. Torrent. ad Horat. 3. Carm. Od. 10. Dreſem in Iſcanum p. 84.*
(i) *lib. I. R. R. cap. 13.*

cium fortè ingreſſus conſidera (k) mihi cœnaculi apparatum, cœnantis honorem, cœnæ ipſius fercula; ganeonum & lurconum certamen; nec in omnes promiſcuè, ſed in principes civitates, & in illum Metellum Pium curioſos oculos conjice, cùm à C. Urbino quæſtore aliisque ad cœnam invitatur; cùm Attalicis aulæis contectos, pariter humum croco ſparſum, paſſim thus, & altaria læto animo intuetur; cùm epulis, non ſapore, ſed ſumtu æſtimatis, & extra Romanum imperium conquiſitis, ludos interponi ſinit; cùm à Victoriæ ſimulacro machinato ſtrepitu tonitruum demiſſo aureas coronas velut cœleſti capite recipit. Hic eſt ille Pius, cujus pater Numidicus in caſtris ſuis inſtrumenta luxuriæ ignaviæque edicto ſuſtulit, ne quisquam in caſtris panem, aut quem alium cibum coctum, venderet; nec lixæ exercitum ſequerentur.

Neque tamen Urbini cœnam, utpote

(k) *Salluſt. 2. Hiſt. 2. Val. Max. lib. IX. cap. 1. Salluſt. in Cat. cap. 48.*

pote ante Metelli adventum præparatam ſic miraberis, ut illam Luculli non profligatiſſimi, ſed, ut ait Lipſius (*l*) eruditi luxus. Cœpit cupido Ciceronem & Pompejum cognoſcendi, ſed inopinatò, & ut ſeriò diſcerent, quomodo Lucullus indies viveret. Inveniunt in foro, ſalutant, cœnam indicant. Sed heus tu, inquiunt, ea lege, ne quid præmandes; nam ſumtum ſumi in nos non placet. Ille tergiverſari primò per ſimulationem, & cras potiùs, inquit, cum negarent, ierunt; ſed præmiſſo, qui Diſpenſatori diceret in Apollinis triclinio cœnaturos. Nã homo ita diſpoſuerat, cum cœnacula ſuis nominibus diſtincta eſſent, & in quoquo tales cibi & impendia. Id illi neſcierant, & permiſerunt famulum præmitti. Quam huic cœnaculo ſummam taxatam putas? ut ait Plutarchus, quinquaginta millia drachmarum erat: quæ ſunt, computante Lipſio, quinque millia Philippæorum.

Adde

(*l*) *lib. IV, Mag. R. cap. 7*

Digitized by Google

Adde nunc veſtium luxuriam, in quibus nihil erat, quo defendi aut corpus, aut denique pudor potuit,

- - - cultus geſtare decoros
Vix nuribus, rapuere mares.

ſcribit Lucanus. Adde aliam in comitatu, quum familiæ bellicoſis nationibus majores dominum præirent, quarum etiam abundantia bella ſervilia Populo Romano peperit. Stupendum eſt quod ſcribit Plinius, *(m)* Cæcilio cuidam Iſidoro ſupra quatuor millia ſervorum fuiſſe. Et hic tamen nihil dicit præ illo, quod Athenæus *(n)* habet, multos Romanorum ad decem, imò viginti millia ſervorum habuiſſe; nec ut quæſtum ex iis facerent, ſicut ditiſſimus ille Nicias, ſed ut anteambulones maxima ex parte comiteſque eos haberent. Quæ ſi fidem apud nos non inveniunt, vel Demetrius ille, Cn. Pompeji libertus, eam auxerit, de quo Romanus Sapiens, *(o) Numerus,* inquit *illi cotidie ſervorum, velut impera-*

tori

(m) lib. XXXIII. cap. 10. (n) lib. VI. cap. 2.
(o) lib. de Tranq cap. 7.

tori exercitus, referebatur; cui jam dudum divitiæ eſſe debuerant, duo vicarii & cella laxior.

Igitur ex tàm infami parente prodiit longè monſtroſior progenies, ac primum quidem, velut poſtliminio reverſum eſt horrendum illud malum, & ſeditionum diſcordiarumque creberrima olim cauſa, nunc alter ARISTOCRATIÆ SCOPULUS AVARITIA. Luxus enim, ut multa conſumantur pariter, & ut multa appetantur ac infinita, efficit. E qua conſideratione dependet illud judicium Taciti (p) de Vitellio: *Prorſus ſi luxuriæ temperaret, avaritiam non timeres.* Et quod apud eundem (q) ait Tiberius de publico: *Quod ſi ærarium ambitione exhauſerimus, per ſcelera ſupplendum erit*; idem de nobilium Romanorum patrimoniis dicam, quicquid luxuria detraxerat, è latrociniis & ſanguinolentis centeſimis reficiendum fuit. Incurrere in hanc avaritiam nobilium equis

(p) *lib. Hiſt. II. cap.* 62. (q) *lib. II. Annal.* 38.

quis & quadrigis, cùm Tribuni paſſim in concionibus, quorum querelas non abſurdè quispiam dixerit *Urbis Romanæ fatales nænias*, tùm poſſeſſionibus ſuis nudatum illud agmen apud Salluſtium (r) in literis ad Q. Marcium Regem: *Miſeri, egentes violentia atq; crudelitate fœneratorum pleriq; patria, ſed omnes fama atq; fortunis expertes ſumus: neq; cuiquam noſtrum licuit, more majorum, lege uti, neq; amiſſo patrimonio, corpus liberum habere: tanta ſævitia fœneratorum atq; prætoris fuit.*

Nihil profectò ad mutandum Reipub. ſtatum, nihil ad concutiendum efficacius, excogitari potuiſſet, quàm hoc poſt tot ſæcula receptum fœnebre malum; quod ut beneficii ad tempus ſpeciem præfert, ita injuriæ ingentis ſenſum in animos poſtea obæratorum impingit. *Prius necis paternæ*, ait ille, *quàm ablati patrimonii obliviſcuntur homines.* Nec ſcio an nimia Catonis vox, qui

(r) In Catil. cap. 33.

qui idem eſſe fœnerari autumabat, quod occidere. Hoc tam peſtilens Urbis Romanæ ſidus etiam totius orbis devicti provincias afflavit (qui enim peregrinis parceret, civium cruorem ſorbere ſolitus?) ô dii deæq; (exclamare mihi liceat cum Lipſio (s) quæ illic occulta & aperta furta, libidines, nundinationes, raptus? Poëtæ Harpyias aliquas finxerunt, quæ contactu & unguibus omnia diriperent, aut fœdarent: in re, ipſi Romani nobiles fuerunt, & ut Demades olim dictitare ſolitus, cum ad Tribunal aut Magiſtratum iret, ad auream meſſem ſe ire: ita ibant iſti, & Colchos quiſq; Jaſon ſibi ſpondebat. Supra centum & quinquaginta milliones quum ex ſolis tributis conficerent annuos, quantum non univerſus nunc orbis & vetus & novus Principibus omnibus dependet in omnibus; tamen opes terrarum magis exſugebant rapaciſſimi Præſides, & oſtendunt tot repetundarum rei: ut vel iſti contumeliæ nomen civibus

ſuis

(s) *lib. I. de Mag. Rom. cap. 8.*

ſuis paraverint, quo ab exteris *lupi* (t) dicebantur.

Hoc verò quantum ad deſtruendam Ariſtocratiam momentum attulerit, vel ex illo Taciti (u) novimus: *Neque provinciæ illum rerum ſtatum* (i. e. Monarchicum) *abnuebant, ſuſpecto ſenatus populiq; imperio ob certamina potentium & avaritiam: invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, poſtremò pecunia turbabantur.* Huc refero amorem provincialium erga Auguſtos, quem nihil aliud peperit, niſi tædium Ariſtocratici dominatus. *Auguſto*, inquit Suetonius, *provinciarum pleraq; ſemper templa & aras, ludos quoq; quinquennales pænè oppidatim conſtituerunt: & cuncti ſimul, ædem Jovis Olympici, Athenis antiquitùs inchoatam, perficere communi ſumtu deſtinaverunt, Genioq; ejus dedicare.*

Sed, miſſis provinciis, in Urbem reverſi curioſos ibidem oculos circumferamus,

(t) *Bernegg. ad Iuſtin. lib.* XXXVIII. *cap.* 6. §. 8. *Et adde verba Hannibalis ap. Horat. lib.* IV. *Carm. od.* 4. (u) *lib.* I. *Annal. cap.* 2.

mus, næ uni huic SCOPULO innumeros alios impoſitos ac ſuperſtructos videbimus. Quid enim jura legesque turbavit & vicit aliud? quid Deum perfidiæ injuſtitiæq; ultorē negligere, omnia venalia habere edocuit? quid probitatem, pudicitiam, reverentiam erga Senatum exuit, niſi AVARITIA? Brevibus id docet, ſed prægnantibus verbis Florus: (x) *Unde regnaret judiciariis legibus divulſus à Senatu Eques, niſi ex avaritia, ut vectigalia Reip. atq; ipſa judicia in quæſtu haberentur? Hinc rurſus & promiſſa civitas Latio, & per hoc arma ſociorum.* Ecce ſingula verba ſingulas calamitates complexa! Senatus flagrans avaritia populum illum gentium victorem orbisq; poſſeſſorem aris & focis ſpoliat, miſeretur *Tib. Gracchus*, & rem auſus ingentem, poſtquam rogationis dies aderat, ingenti ſtipatus agmine Roſtra conſcendit, & Triumvir creatur dividendis agris. Pòſt concitato à Scipione Naſica populo, qua-

...at quo Int. (x) lib. III. cap. 12.

lo, quaſi jure oppreſſus & mortis & legum ſuarum vindicem relinquit fratrem *C. Gracchum*, Senatui iniquum & judicia à Senatoribus ad Equites transferentem, qui tanta poteſtate ſubnixi, utpote fata fortunasq; principum habentes in manu, interceptis vectigalibus, peculantur ſuo jure Rempub. Senatus exilio Metelli, dominatione Rutilii omne decus majeſtatis amittit. In hoc ſtatu rerum, pares opibus, animis, dignitate, (unde & nata Livio Druſo æmulatio acceſſerat) equitem Servilius Cæpio, Senatum Livius Druſus aſſerere. Sed in iis ipſis, quæ pro Senatu moliebatur, Senatum habuit adverſarium non intelligentem, ſi qua de plebis commodis ab eo agerentur, velut ineſcandæ illiciendæq; multitudinis cauſa fieri, ut minoribus perceptis, majora permitteret.

Denique ea fortuna *Druſi* fuit, ut malefacta collegarum; quàm ejus optimè cogitata, Senatus probaret magis; & honorem, qui ab eo deferebatur, ſper-

neret; injurias quæ ab aliis intendebantur, æquo animo reciperet, & hujus ſummæ gloriæ invideret, illorum modicam ferret. Tum converſus Druſi animus, quando benè cœpta malè cedebant, ad dandam civitatem Italiæ: quod cum moliens revertiſſet è foro, immenſa illa & incognita, quæ eum ſemper comitabatur, cinctus multitudine in atrio domus ſuæ cultello percuſſus intra paucas horas deceſſit. Hæc è Floro *(y)* & Vellejo *(z)* diffundere placuit, ut ab uno illo fonte cognoſcas maria profluentium in Remp. calamitatum.

Avaritia ſeditiones Tribunitias peperit, leges agrarias; hæ & judiciarias: Judiciariæ vim in judiciis & ruinam legum, deſpectum Senatus, tandem & bellum ſociale Italicum, Marianum ac Sullanum; ut veritas dicti Salluſtiani, velut per ſpecularem lapidem, modò compareat, *avaritiam materiem malorum omnium fuiſſe.* Inter hos avaritiæ fructus

(y) *Flor. lib. III. cap. 13. 14. 15. & 17.*
(z) *Vell. lib. II. cap. 13. & 14.*

ctus referendum eſt & illud, quod idem Senatus, nominis Romani immemor ac togæ, bonum publicum, ſalutem ſociorum Regum, Hiempſalis & Adherbalis, Jugurthæ emtori pariter & hoſti tranſcripſit; adeò ille (a) *populus, qui ter Africam conduxerat, unius Africani pretio conductus eſt*, ut vinceretur. Quod factum in hoc argumento minimè prætereundum duxi, quoniam ipſe Salluſtius (b) inter Ariſtocratiæ concuſſæ, & bellorum civilium cauſas memorat: *Tum nobilitati obviatum eſt*, inquiens, *quæ contentio divina & humana permiſcuit, eoq; vecordiæ proceſſit, ut ſtudiis civilibus bellum atq; vaſtitas Italiæ finem facerent.*

Altera LUXURIÆ filia (quam & Plautus agnoſcit in Trinummo) fuit INOPIA ipſorum Nobilium, qui avitis agris, fœda gula abſumtis, nec in clientibus reperiebãt amplius ſpongias iſtas, " quas exprimerent, vel ut alii loquuntur, "

N ſolen-

(a) *Heinſ.* in *Orat. de ſecunda ætate P. R.*
(b) *Jug. cap. 5.*

neret; injurias quæ ab aliis intendebantur, æquo animo reciperet, & hujus ſummæ gloriæ invideret, illorum modicam ferret. Tum converſus Druſi animus, quando benè cæpta malè cedebant, ad dandam civitatem Italiæ: quod cum moliens revertiſſet è foro, immenſa illa & incognita, quæ eum ſemper comitabatur, cinctus multitudine in atrio domus ſuæ cultello percuſſus intra paucas horas deceſſit. Hæc è Floro *(y)* & Vellejo *(z)* diffundere placuit, ut ab uno illo fonte cognoſcas maria profluentium in Remp. calamitatum.

Avaritia ſeditiones Tribunitias peperit, leges agrarias; hæ & judiciarias: Judiciariæ vim in judiciis & ruinam legum, deſpectum Senatus, tandem & bellum ſociale Italicum, Marianum ac Sullanum; ut veritas dicti Salluſtiani, velut per ſpecularem lapidem, modò compareat, *avaritiam materiem malorum omnium fuiſſe.* Inter hos avaritiæ fructus

(y) *Flor. lib. III. cap. 13. 14. 15. & 17.*
(z) *Vell. lib. II. cap. 13. & 14.*

ctus referendum eſt & illud, quod idem Senatus, nominis Romani immemor ac togæ, bonum publicum, ſalutem ſociorum Regum, Hiempſalis & Adherbalis, Jugurthæ emtori pariter & hoſti tranſcripſit; adeò ille (a) *populus, qui ter Africam conduxerat, unius Africani pretio conductus eſt*, ut vinceretur. Quod factum in hoc argumento minimè prætereundum duxi, quoniam ipſe Salluſtius (b) inter Ariſtocratiæ concuſſæ, & bellorum civilium cauſas memorat: *Tum nobilitati obviatum eſt*, inquiens, *qua contentio divina & humana permiſcuit, eoq́; vecordia proceſſit, ut ſtudiis civilibus bellum atq́; vaſtitas Italiæ finem facerent.*

Altera LUXURIÆ filia (quam & Plautus agnoſcit in Trinummo) fuit INOPIA ipſorum Nobilium, qui avitis agris, fœda gula abſumtis, nec in clientibus reperiebãt amplius ſpongias iſtas, " quas exprimerent, vel ut alii loquuntur, "

N ſolen-

(a) *Heinſ. in Orat. de ſecunda ætate P. R.*
(b) *Iug. cap. 5.*

„ ſoloneNobilibus auriaucupium & mi-
„ ſerorum eviſcerationem.

Sæpè *magni populi, Regesque nemi-nem minus æſtimant, quàm pauperem, & niſi hoſce contemſerint, ſuarum frangi co-gitationum generoſitatem putant:* ſed veteres cum recentioribus caſus, & Auctorum infinita loca cum experientia conferenti, ſemper ita videbitur, divitem & opulentam Remp. neminem magis timere poſſe, quàm quem non timet. *Quibus maxima neceſſitudo*, inquit Salluſtius, (c) *iis adres novas plurimum audacia ineſt.* Et (d) alibi: *Semper in civitate, quibus opes nulla ſunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odere, nova exoptant, odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent, turba atq; ſeditionibus aluntur.* Etenim ut monſtro proximum habetur, ſi dives turbari omnia ac permiſceri civili bello exoptet; & examuſſim verum eſt, quod ſcribit idem (e) arcanorum civilium longè peritiſſimus Scriptor; *Equidem ego ſic*

apud

(c) *Catil. c. 17.* (d) *Ibid. c. 37.* (e) *2, de, Rep. ordin.*

apud animum meum ſtatuo, cuicunq; in ſua civitate amplior illuſtriorq; locus, quam aliis eſt, ei magnam curam eſſe Reipublicæ. Nam cæteris ſalva urbe tantummodo libertas tuta eſt: qui per virtutem ſibi divitias, decus, honorem pepererunt, ubi paulum inclinata Reſpublica agitari cœpit, multipliciter animus curis atq; laboribus fatigatur; aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem defenſat: omnibus locis adeſt, feſtinat: quantò in ſecundis rebus florentior fuit, tantò in adverſis aſperiùs, magiſq; anxiè agitat. Ita contrà *inopia, æs alienum, & deſperatio rerum ſuarum*, judice Livio (f) *præcipites ad novanda omnia agit.*

Ut oſtendam exemplo, quid L. Sergium Catilinam, nobiliſſimæ ſtirpis virum in nefarium hocce conſilium impulit, ut cogitaret Senatum cõfodere, Conſules trucidare, diſtringere incendiis urbem, diripere ærarium, totam denique Remp. funditùs tollere, & quicquid nec

(f) *lib. XLII, cap. 30.*

Porſena, nec *braccatorum pueri Senonumq́, minores*, nec Annibal videretur optaſſe? *Egeſtas rei familiaris*, reſpondet (g) Florus. Unde verò tantus ipſi exercitus, & nobilium catervæ? Nimirum pleriq; Sullani milites erant largiùs ſuo uſi, & quibus maxima neceſſitudo, fuere P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Caſſius Longinus, C. Cethegus, P. & Ser. Sullæ Servii filii, L. Varguntejus, Q. Annius, M. Porcius Læca, L. Beſtia, Q. Curius, omnes Senatorii ordinis; & ex equeſtri, M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius. Præterea quorum, victoria Sullæ, parentes proſcripti, bona erepta, jus libertatis imminutum, læto animo triumphum de occiſo Senatu, & everſa Republica, expectabant.

Tertiam Luxuriæ prolem, ſive quartum ARISTOCRATIÆ SCOPULUM facio NEGLECTUM MELIORUM ARTIUM. Quippe animus luxu-

(g) *lib. IV. cap. 1.*

" luxuria indies magis magisque relan-
" gueſcit, ac tandem veternus ita omnes
" ejus partes occupat, ut ad reſurgen-
" dum & induſtriam capiendam ne co-
" netur quidem; ſed morbum ſuum a-
" met, eiq; immori cupiat. Quod verbum denuò munire placet (quoniam nata ſunt ejus ſcriptoris omnia ad ſalutem generis humani) ſententia Criſpi noſtri (h) planè divina: *Qui dediti corporis gaudiis, per luxum atq; ignaviam ætatem agunt, ingenium, quo neq; melius, neq; amplius aliud in natura mortalium eſt, incultu atq; ſecordia torpeſcere ſinunt.*

Porrò nobilitatis Romanæ ſtudium antiquitùs triplex fuiſſe comperio, vel (i) REI MILITARIS, vel SCIENTIÆ JURIS, vel ELOQUENTIÆ; quæ dominante luxu velut ſervitio oppreſſa pleraque jacebant. Quorſum enim pertinet illa Marii Plebeji Conſulis inſectatio (k) in concione ad Quirites: *Bellum*

(h) *Iug. cap. 2.* (i) *Cic. pro Murena* fortitudinis & eloquentiæ ſtudia, ad honores diſpoſita, *appellat. Adde* Morell. in Statii Lyricum, *ad Septimum Severum.* (k) *Salluſt. in Iug. c. 85.*

me gerere cum Jugurtha juſſiſtis: quam rem nobilitas ægerrimè tulit. Quæſo reputate cum animis veſtris, num id mutari melius ſit, ſi quem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis, hominem veteris proſapiæ, ac multarum imaginum, & nullius ſtipendii; ſcilicet, ut in tanta re ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo monitorem officii ſui ita plerumq; evenit, ut quem vos imperare juſſiſtis, is ſibi imperatorem alium quærat.

Atque iſtum rei militaris neglectum, quum in Romanis adoleſcentibus ex illorum temporum hiſtoria cognoviſſent Appianus, Polyænus, alii; vocem illam Cæſaris in pugna Pharſalica, *Miles faciem feri*, ſic interpretantur, cum Pompeji exercitus non è veteranis militibus, ac iis, quorum corpora crebris cicatricibus jam ad vulnera occalluerant, ſed è tenellis ac delicatis adoleſcentulis, juventutis Romanæ flore, quibus potior excolendæ faciei cura, quàm belli aut armorum fuerat.

erat; conſtaret; ſolertiſſimum Imperatorem exiſtimaſſe, ſi eorum vultus vulneribus turparentur, eos ipſa deformitate territos, vel præ pudore fugituros. Quæ conſilii Cæſariani explicatio quanquam multis modis vacillat, ut oſtendunt duo eruditiſſimi viri, *Rutgerſius & Freinshemius*, tamen de Nobilitatis ignavia, rerumque militarium imperitia ſatis certi ſumus.

Verùm longè etiamnum gravior magisque intoleranda illa togatarum artium ignorantia, quantò virorum ſapientiſſimorum calculo, rerum in bello rebusque turbatis gerendarum prudentiam antecellit. Scimus quidem poſt Carthaginem devictam, & illatas in Urbem divitias, floruiſſe quosdam longè præſtantiſſimos JCtos & Oratores; ſed quosdam; neque eorum vis tanta, ut cum imperitia injuſtitiaque feliciter congredi, vel depoſitæ ac deſperatæ Reipubl. mederi potuerint. Nam quantus eorum numerus, qui cogitationem gubernandæ

Reip. ſuæq; deq; habuerunt, & in quibus ſicut in ſtatua, præter Senatoris nomen, nihil erat additamenti? Dixit ipſis in os, qui nec ſibi delictum condonare potuit, homo virtuti ſimillimus, M. Porcius Cato: (l) *Sed per Deos immortales, vos ego appello, qui ſemper domos, villas, ſigna, tabulas veſtras pluris quàm Remp. feciſtis, ſi iſta cujusque modi ſint, quæ amplexamini, retinere, ſi voluptatibus veſtris ocium præbere vultis: expergiſcimini aliquando, & capeſſite Rempublicam!*

Quartò LUXURIAM matrem CONTEMTUS, qui eſt quintus Ariſtocratiæ Romanæ SCOPULUS. Ut enim auctoritas anima & vita eſt Reipublicæ, quæ efficit ut (m) *tot mortalium millibus unus præſideat ſenex & invalidus:* ita ſublata magiſtratus reverentia, totum ſtatum immutari neceſſe eſt. Luxurioſi quidem ita judicant, artibus ſuis auctoritatem parari; contrà rem ſordidam & contemtibilem eſſe, ſimplici ac vulga-

(l) *Salluſt. in Catil. c. 51.* (m) *Senec. l. de Clem.*

vulgari via vivere; ideoq; videas ſemper aliquid conari, quod excitet famam: nec deſunt artifices ad impellendum, qui ſecundam populi auram extollentes, & *propitiis auribus recepti ex inſanis inſaniores faciunt:* quaſi luxurioſum idem ſplendor maneat, qui magnificum; neq; ille, verbo Perſiano, *mendoſum tinniat,* vel ipſum luxum fortuna, quam conſumendis opibus non ſatis virium habere falsò exiſtimant, in ludibrium convertere poſſit.

O verè Phœbum, longè ſemper aciem ingenii jaculantem, Ariſtotelem, *qui ſolutè viventes*, ajebat, *deſpicabiles fieri, & multas opportunitates præbere inſidiantibus!* Vitellium illum inſpicite, qui teſte hiſtoricorum acerrimo, *luxui & ſaginæ mancipatus emtusq; nihil habebat auctoritatis;* magisq; contemtu quàm armis Flavianis cecidit. Romanos Senatores conſiderate, quàm iis hiſtriones & convivia, ſocordiam & prodigalitatem objiciendo, Quirites ſuos armavit Cajus Marius!

ſius! Et hi ſunt illi è Luxu prognati pulcerrimi fructus; cujus opulentia mater eſt, nec ſolius. Rarus dives qui non cothurnatus, & alioquin (n) *res ſecundæ ſapientum quoq; animos fatigant.*

Eſt ergò & altera OPULENTIÆ filia, quam AMBITIONEM dicimus, inſatiabile malum, ac peſtilentius, quum in ambitioſos animos robur & facultates incidunt. Avari plerumq; ſunt animis demiſſis, abjectis, humilibus, timidis, ac nihil altum ſpirantibus; quod intelligens Cicero, Invectiva in Piſonem, avaritiam ejus ſic perſtringit: *O tenebræ, ò lutum, ò ſordes, ò paterni generis oblite, materni vix memor: ita neſcio quid iſtud fractum, humile, demiſſum, ſordidum, inferius etiam eſt, quam ut Mediolanenſi præcone avo tuo dignum eſſe videatur.* At ambitio altum ſpirat, & ut votorum compos fiat, vel cœlum terræ miſcere audet, nec quicquam magis amplectitur, quàm illud Tragici:

pro

(n) *Sall. Catilin.* 11.

- - - pro regno velim
Patriam, penates, conjugem flammis dare:
Imperia pretio quolibet conſtant benè.
Ambitio *flagrat, ardet cupiditate juſti & magni triumphi*, ut de ambitione Cæſaris ait Cicero in Piſoniana: *in malum ingens publicum feſtinat, ut* de Livii Druſi Seneca: *immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupit; nec dum ſibi regnum paret, quicquam penſi habet*, ut de Catilina Salluſtius; *parata eſt cum Jove certare*, ut de Cæſaris cujusdam Silenus apud Julianum.

Tam immenſo malo, ut occurrerent veteres novæq; Reſpublicæ, varii modi ac remedia inventa ſunt, quibus ad civilem modeſtiam adigerentur terribiles iſti & imperioſi ſpiritus v. g. Ne magnis imperiis una familia nimium eveheretur. Ita Carthaginenſes apud Juſtinum (o) cum familia Magonis gravis eſſet liberæ civitati, frenum potentiæ injecerunt,

(o) *lib. XIX. cap. 2.*

cerunt, conſtitutis judicibus. Hodiè in Republica Veneta inter cives ita diſtribuntur magiſtratus, ut duo ejusdem gentis, aut etiam conſanguinei maximè neceſſarii, in eodem magiſtratu eſſe non poſſint. Quemadmodum & in comitiis magiſtratuum duo gentiles aut agnati maximè neceſſarii, ſortis beneficio electores eſſe nequeunt, quod inquit Contarenus: *Summa ratione ſtatutum eſt, ut ſcilicet jus publicæ poteſtatis, ad plures pertineat, non autem ad paucos contrahatur neceſſarios; nam hi poteſtatem adepti facilè poſſent aliquid moliri, ac Remp. turbare: præterea quum plurimi expertes fuerint honorum, neceſſe eſt, etiam ut hi plurimi eam Rempublicam oderint, ac rebus novis ſtudeant. Eam verò Rempubl. diutiùs conſiſtere ferè impoſſibile eſt, quam multi civium noluerunt. Adde quod paucorum ſtatum, quem Græci Oligarchiam dicunt, facilè conſtituunt, qui jus publicum contrahunt ad paucos neceſſarios.* Eadem cauſa fuit, quare Pompejus Co-

ſumma apud Jovium Julium Mediceum Leoni X. in Pontificatu ſubſtitui noluit, quod ſummum Eccleſiæ Chriſtianæ imperium in una domo duobusq; fratribus cõtinuari parum æquũ & maximè ambitioſum putaret. Noverat ſcilicet continuatione iſta, in eadem familia honorũ, Piſanos, Patavinos, aliasq; Italiæ Reſpublicas, ad ſervitutem & dominatum alterius redactas.

Sed ad Romanos noſtros; ne exorbitemus. Q. Fabius Maximus, ut à Valerio Maximo (p) proditum, cum ſe Conſulem quintùm & patrem, avum, proavumq; eo honore ſæpè perfunctos cerneret, cumque animadverteret, id agere populum Romanum, ut etiam filius ejus eandem conſequeretur dignitatem; populum quàm potuit conſtanter oravit, ut vacationem aliquando hujus honoris genti Fabiæ daret: non quod filii virtutibus diffideret, (erat enim illuſtris) ſed ne maximum imperiũ in una familia conti-

(p) lib. IV. cap. 1.

nuaretur. Hoc tàm grande & ad avertendam Oligarchiam planè neceſſarium omnibus Ariſtocratiis conſilium, poſt deletam Carthaginem, & ſub tempus illud ingruentium tenebrarum, adeò neglexit Roma, ut *in una Cæcilia gente* ,, intra ſedecim annos Conſules ſex, ,, Cenſores duo, totidem pontifices ,, Maximi, Triumphales quinq; reperiantur.

Deindè ſalubriter in Rebuſpublicis cautum eſt, adverſus ambitionem & illud, ne privatorum opes ſuperarent ærarium. Quoscunque in hiſtoria Romana veteri miramur, Publicolas, Æmilios, Fabricios, Curios, Atilios, Scipiones, Scauros, hisque paria virtutis robora, eos paupertas ab incunabulis nutricata eſt; non illa factioſa contractá luxu, peſtis publica, de qua modò diximus; ſed frugi, ſobria, parvo potens, æmula laudis, bene-ſuada, quam Arceſilaus *virtutis gymnaſium* dicit; *bonæ mentis ſororem* Petronius, *cui nullas divitias præferri* *poſſe*

poſſe per Romuli caſam, perq; veteris Capitolii humilia tecta, & Veſta focos fictilibus vaſis contentos (q) jurat Valerius. Sed quum omnia ſtudia, omnes conatus ſuos ad communia emolumenta conferrent, & creſcentes Reip. vires privata paupertate ditarent, habebant eam longè beatiſſimam. Extat egregia vox Romani Imperatoris apud Senecam, (r) cui cùm ob virtutem & benè geſtam Remp. tantum agri decerneretur, quantum arando uno die circuire potuiſſet: *Non eſt*, inquit, *vobis opus eo cive, cui plus opus ſit, quàm uni civi.* Natam hanc vocem circa tempora Curiorum, ipſiusq; M. Curii Dentati eſſe, facilè è Valerio & Plinio conſtat; quorum poſtremus hæc Curii verba recitat, *perniciosum intelligi civem, cui ſeptem jugera non eſſent ſatis.*

Sed & ante hæc tempora Lege Sextia Licinia cautum fuit, ne quis ultra agri quingenta jugera poſſideret, neve pecoris majoris ultra centũ, minoris ultra quin-

(q) *lib. IV, cap.* [illegible] (r) *lib. VII. de Benef. cap.* [illegible]

quingenta haberet, qua nervus ambitioni egregiè fuit ſucciſus: Ambitioni verò? imò & avaritiæ illi paucorum, quam jam ante tetigimus, Nam hoc modo proviſum, ne egentiorem ditior aliquis pretio expelleret, ac dum rura in immenſum ſpatiis ſupervacuis extendit, alios neceſſariis excluderet: ex qua cauſa poſteà impleta hoſtibus Respublica fuit, poſtquam cives plurimi poſſeſſionibus avitis nudati & priſcas fortunas votis expetentes, omnia mutare ſtuduerunt. Similis lex agraria fuit in theocratia (s) Judæorum, qua ſapientiſſimus Legislatorum vetuit, ne quis venditione, aut ullo contractu, plenum dominium fundi ſui transferret in alium. Quod ſi qui egeſtate compulſi agrum vendidiſſent, redimendi jus quovis tempore conceſſit, & ni redemtus eſſet, reſtitui eum gratis in Jubilæi celebritate juſſit.

Verùmenimverò poſt everſas Carthaginis opes & irrepentibus in Urbem Roma-

(s) Cun. lib. I. de Rep. Heb. cap. 2.

Romanam vitiis, ſtatim evagata fraus eſt, & legis ſententia diverſis artibus circumventa, nullus occupandi agros modus fuit; ac tandem eò deventum, ut pauci quidam totam Italiam, vicinasque provincias, velut proprium patrimonium, tenerent. L. Domitius ille, (t) Neronis Imperatoris abavus, quantis agris abundare debuit, qui Corfinii obſeſſus ad animandos milites, in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur, quaterna in ſingulos jugera, & pro rata Centurionibus, Evocatisque. At triginta ibi cohortes militum, id eſt duodecim circiter millia. Ea ſint igitur quadraginta octo millia jugerum: Jugerum autem eſt, docentibus Varrone, Plinio, aliis, quod uno die aratur: quid jam in Centurionibus & Evocatis quibus duplum debebatur? Stupenda alia legimus paſſim in *Seneca*, velut quum avaros perſtringit *Epiſt. LXXXIX.* quibus adjicienda *Salluſtia-*

(t) Lipſius lib. II. de Magn. R. cap. 15. *cui nimis velut adjectum. Idem* Lipſ. *Senecæ locum* lib. VII. Beneſ. cap. 10. *Vide illum in Comm.*

ſtiana Catilinæ concio. Et hoc eſt illud ulcus, in quo unguem ſuum apud eundem Scriptorem figit Cato: *Habemus publicè egeſtatem, privatim opulentiam.*

Quomodo igitur tantis inſtructa ſubſidiis, Ambitio ſe non porrigeret? quomodo *Tricipitinam* illam, ut Varronis verbo utar, hoc eſt trium ſummorum in Republ. virorum ſyncretiſmum & initam inter *Pompejum, Cæſarem & Craſſum* potentiæ ſocietatem non conderet? *Michaël Palæologus*, magnam vim pecuniæ adeptus, cum ea in milites & plebem diviſa omnibus ſe gratioſum feciſſet, ſublato vero herede imperium Conſtantinopolitanum ad ſe traxit, teſte *Nicephoro Gregora.* Similiter *familia Mediceorum* fundamenta magnitudinis ſuæ jecit incredibilibus divitiis, quas *Coſmus ſenior* collegerat, indè *Laurentii* virtute & prudentia tantopere crevit, ut poſteri in eam majeſtatem, quam hodiè videm°, oppreſſa libertate aut licentia verius patriæ, adoleverint. Iisdem ergò cuni-

culis

cuſis & Ariſtocratia Romana ſubruta eſt.

Tertiò benè proviſum contra Ambitionem in Rebuspublicis, ne contra leges & inſtituta majorum honores ambirentur. Hic multiplex ſolœciſmus in Urbe ſua commiſſus à deſirantibus Romanis, dum primò ante tempus legitimum honores & magiſtratus juvenibus conferunt, ut C. Mario, C. Marii ſepties Conſulis filio, qui viginti annorum adoleſcens cum palmata conſpicitur in ſella curuli, ut Cn. Pompejo, cui quatuor & viginti annorum adoleſcenti, quod prius nunquàm factum, triumphus decretus, hoc eſt, animus ambitioni maturè innutritus, ut in civitate libera dominaq; gentium poſteà indignaretur, cum omnes cives jure haberet pares, quenquam æqualem dignitate conſpicere.

Quantum ab hujusmodi adoleſcentulis *promotis per ſaltum*, ut jus Canonicum eos vocat, vel *promotis immodico & repentino ſaltu*, ut Ammianus, periculum

lum imminere (u) poſſit in Monarchia probè intellexit *Tiberius*, ideoque in nepotibus graviter offenſus, patres in Senatu monuit, *ne quis mobiles adoleſcentium animos ad ſuperbiam extolleret.* Nec alia mens poſtea *Jo. Duca*, (x) Imperatori Byzantino, qui filium ſuum *Theodorum Laſcarim* vivens adhuc Imperatorem deſignare pertinaciter recuſaſſe legitur, quod diceret, *tempus multa novare ſolere niſi quisque res ita adminiſtraſſet, ſicut oporteret. Etenim adoleſcentiam ſuapte natura mobilem & contumacem temerè ad omnia ferri, quæ concupiſſet. Quod ſi ſpes ac nomen imperii acceſſiſſet, ob quas res delicatorum adoleſcentium comitatus accederet, ac omnium acclamationibus aures complerentur, idem accidere quod homini ebrio; cujus neque pes neque mens ſuum ſatis officium facit, ſi ad magna gubernacula navis adhiberetur: quum nec ii, à quibus eligeretur, rectè judicarent; nec is, qui electus eſſet, quò ferretur, quidve agendum eſſet, intelligeret.*

Gna-

(u) *Tac. IV. Annal.* 17. (x) *Niceph. Greg. lib. III.*

Gnarum hoc etiam (y) Romanorum Antiquioribus, quum *legem annalem*, ſive *annariam* conderent; qua, canente Ovidio, *finita eſt ætas, unde petatur honos.* *Comitialem* novè dixit Latinius Pacatus in Panegyrico, quod ſcilicet modum frenumque comitiis daret. Debuiſſet igitur & poſteris obſervari, ſimulque in hac navi Ariſtocratiæ Romanæ probari *nautica lex*, quæ, verbis Gregorii Nazianzeni, (z) ſive potius Ariſtophanis, cujus locũ in Equitibus ille deflloravit, *gubernatores futuros prius diu remigare, dein proretas eſſe, atq; obſervare Aquilones jubet, quàm in puppi ſedere & tenere clavum.*

Quantum jam receſſum à prudentia, dum primas illas largitiones, ambitum, nundinationes non in herba oppreſſere, ſed adoleſcere, ac viribus ſuis ſubſiſtere deſides ac tantum non ſoporati paſſi ſunt, ut remedia poſteà ipſo morbo fue-

(y) *Quid quod nec prætexta properata libertatem ferunt?* Morell. in ſtat. p. 191. *Adde* Scip. ad Apul. p. 322. (z) *Orat. de laud. Baſilii.*

fuerint periculoſiora! Plutarchus inter alios auctor, tantam fuiſſe tùm publicorum morum labem & κακοπολιτείαν, ut candidati palàm in comitiis numarias menſas ponerent, & populi ſuffragia redimerent. Eadem poëtæ firmant & inter eos maximè Petronius carmine de bello civili Pompejano:

Nec minor in campo furor eſt, emtiq́ue Quirites
Ad prædam ſtrepitumq́ue lucri ſuffragia vertunt,
Venalis Populus, venalis curia Patrum,
Eſt favor in pretio, ſenibusque libera virtus
Exciderat, ſparſisq́ue opibus converſa poteſtas,
Ipſaq́ue majeſtas auro corrupta jacebat.

Huc *ſpectacula* referenda ſunt, quæ cum placere populo viſa (notus eſt enim vulgi mos ex illo Ciceronis pro Seſtio: *Equidem exiſtimo nullum tempus eſſe frequentioris populi, quàm illud gladiatorum; neque concionis ullius, neque verò illorum*

locum comitiorum) ecce, ad obtinenda populi ſuffragia tanta licentia data ſunt, ut effuſioni coërcendæ M. Tullius Legem tulerit, *ne quis daret candidatus*. Sed ſerò & contra tempora; jam enim depoſiti & deſperati fuere mores, & peſſum ſua mole ſidebat civitas; ruebatq; unà, qui cadentem Rempublicam erigere manu conabatur.

His dominationis inſtrumentis aggregandæ ſunt & *frumentationes* illæ, quibus corrupta plebs Romana artes *βαναύσους* à ſe ſpernebat, & ſolis ſervis judicabat dignas. Cujus mali vim in evertenda Republica quum probè cepiſſet Salluſtius, ſuaſit deinceps Julio Cæſari, provideret, uti plebs, *largitionibus* & *publico frumento* corrupta haberet negotia ſua, quibus à malo publico detineretur. Ibidemq; frumentum hoc *præmium ignaviæ* vocat. Quod epitheton explicans in Catilinaria, *Juventus*, inquit, *quæ in agris manuũ mercede inopiam toleraverat, privatis atq; publicis largitionibus exer-*

Digitized by Google

cit a urbanum otium ingrato labori praetulerat. Horrẽdus, horrendus hic fuit SCOPULUS, ad quem naufragium facerent non ſolùm populus, cujus favor largitionibus iſtis conciliabatur; ſed & diribitores, qui hoc pacto ſemetipſos deſtruxere, peſſundedere, & conculcandos præbuere ferocienti multitudini. Quadrabat enim pulchrè tum in eos, quod Sophoclis paſtores de gregibus ſuis dicunt:

Servimus his, qui jure nobis ſubjacent;
Ac mos gerendus his ſit & tacentibus.

Quod reverà illis uſu venit, qui pro multitudinis libidine & arbitratu Remp. accipiunt, ancillantes & pediſſequi, ut *dominatores in concionibus* & magiſtratus appellentur.

Quartò ad prudentiæ Solem excoctum fuit & illud: *Ne quis continuatis imperiis, tandem illis in ipſum patriæ exitium uteretur!* Hic quidem ſcio, quàm acriter ipſi Optimates reſtiterint legi Gabiniæ, qua Cn. Pompejo, poſt Conſulatum, bello piratico, imperium æquum in omni-

omnibus provinciis cum Proconſulibus, usque ad quinquageſimum milliarium à mari, h. e. pœnè totus terrarum orbis deferebatur. Digna (a) inter alios memoria Q. Catuli cùm auctoritas, tùm verecundia: cùm disſuadens legem in concione dixiſſet, eſſe quidem præclarum virum Cn. Pompejum, ſed nimium jam liberæ Reipublicæ, neq; omnia in uno reponenda, adjeciſſetq;, *ſi quid huic acciderit, quem in ejus locum ſubſtituetis?* ſucclamavit univerſa concio: *Te Quinte Catule!* Tum ille victus conſenſu omnium, & tàm honorifico civitatis teſtimonio, è concione disceſſit. Nec circumſpectior fuit Roma in evehendo Cæſare, quem, ſpreto eodem Q. Luctatio Catulo & P. Servilio Iſaurico, multùm & ætate & dignitate antecedentibus, Pontificem Maximum creavit, ejusdem profuſiſſima largitione infatuata.

Hic eſt ille C. Julius Cæſar, qui ex patricio Juliorum ſanguine oriūdus Sex. Cæſaris conſularis viri pronepos, cujus

O pater

(a) *Vell. Paterc. lib. II. cap. 31.*

pater C. Julius Cæſar patruelem habuit L. Julium Cæſarem, virum Reipubl. & „ Optimatibus deditiſſimum, quaſi tri-„ bunitiæ vir familiæ eſſet, in oppugnan-„ dis Optimatibus tantum præſtitit, „ quantum nec ante ipſum Marius po-„ tuit, nec poſt illum quiſquam potuiſ-„ ſet, i. e. jecit primus ſolida ſervitutis „ fundamenta, quod erat longè difficil-„ limum, callidiſſimis artibus. Quoſ-„ dam in factionum audaciam exacu-„ endo, aut eorum factiones clanculum „ alendo, leges infirmando ex uſu ſuo, „ aut rogando, favorem populi ſibi „ conciliando; ita tamen ut Senatui „ quoque ſtudere videretur: nonnun-„ quam quo jure pervenire non pote-rat, vim adhibendo, aliaque faciendo, quæ longum eſſet hîc omnia referre. Optimatum auctoritatem ſine ſanguine jam profligaverat.

Nullum tamen *majus artificium*, quàm quo *ſocietatem cum Pompejo* inire conſtituit, quem propter amplitudinem

rerum

rerum geſtarum domi militiæque plurimum poſſe gnarus, ut eum Senatui infenſum redderet, ſubornavit *Vettium* quendam, qui de induſtria cum telo deprehendi ſe ſineret: atque is, cùm, ut conſtitutum erat, à Conſule Cæſare in Roſtra ad populum productus eſſet, indicium poſtularet & fateretur, ſe unà cum ſervis Pompeji occidendi cauſa cum telo fuiſſe, ejusque facinoris conſcios & impulſores ampliſſimos totius Senatus & totam ferè juventutem nominaret. *Viro cum viro facilè convenit*, ait Florus; ac tandem duo iſti Spiritus ab ipſis Romanis nimiis honoribus animati accenſique ad cæterorum oppreſſionem inſurrexerunt, & ſine ulla conſideratione eventus, DISCORDEM CONCORDIAM inierunt, adfinitatis quoque adhibito nexu. Cæſar *Calpurniam* filiam *L. Piſonis*, quem ſucceſſurum ſibi in Conſulatu (noto & hîc Romanam κακοπολιτείαν) Conſul ipſe creaverat, uxorem ducit: *Juliam* verò filiam ſuam *Pompejo* deſpondet, ut

eorum potentia magis magisq; floreſceret, & factio firmaretur.

Nec imeritò, fruſtra licet, vociferatus tùm Cato, *rem intolerandā eſſe, nuptiarū lenociniis imperia vendi, & Rempubl. prodi.* Tamen & ipſius *Catonis gravis* hac in re *lapſus* notatus eſt, qui affinitatem Pompeji, petentis ejus ſibi filiam in matrimonium, repudiavit, paſſusq; eſt illum devolvi ad Cæſarem, & conciliare nuptias, quæ Pompeji & Cæſaris opes in unum contrahentes extinxere Rempublicam. „ Unde Cicero paſſim in Epiſto- „ lis ad Atticum *Stoicam* iſtam *Rem-* „ *publicam adminiſtrandi* Catonis *rati-* „ *onem* reprehendit, Catonisque culpa „ periiſſe omnia teſtatur; quamvis is o- „ ptimo animo in illis rebus uteretur, „ ſed cum ejusmodi conſiliis ad Rem- „ publicam Platonis ablegandus, non in „ Romuli fæce relinquendus. Sed quid ſatis validum ad infidam regni ſocietatem continendam?

(b) dum

- - *(b) dum terra fretum, terramque levabit*
Aër, & longi volvent Titana labores,
Noxq́; diē cœlo totidē per ſigna ſequetur,
Nulla fides regni ſociis, omnisq́; poteſtas
Impatiens conſortis erit. - - -

Aliquantum viri parentisq́; furori interceſſit *Julia*, & veluti freno continuit avidas bellorum manus; aliquantum ſoboles è Pompejo nata, ſive juxta Lucanum, Vellejum & Suetonium *filius*, ſive juxta Dionē & Senecam *filia* fuit. Nam de hac omninò capio illud Romani Sapientis. *(c) Vixit Sextus Pompejus primùm ſorori ſuperſtes, cujus morte optimè cohærentis Romanæ pacis vincula reſoluta ſunt.* Iſta ſuperis erepta, ſecutaque filiam matre, certè utraq; intempeſtiva & Reipublicæ ipſi fatali morte ſubducta vincula fidei laxata, *bellumq́; movere permiſſū eſt ducibus.*

Quanquam & *Craſſus* mora ſecuturi mox belli fuit; cujus nece à Parthis illata, velut' perupto Iſthmo duo maria comitti

 cœpere:

(b) *Lucan. lib. I. Pharſ. v. 90.*
(c) *Conſol. ad Polyb. cap. 14.*

cœpere: Primùm æmulatio; dein invidia ſtimulis impotentibus utrumq; fodere: nec incrementum Cæſarianarum opum Pompejum, nec Cæſarem Pompejana dignitas ſine metu relinquere; ex quo poſteà bellum civile & armatæ furialibus in exitium non alterutrius, ſed univerſorum facibus manus. Ità namque res eſt: *Nobilium factiones trahunt ad ſe & in partes univerſum populum.* Ut ſi (d)
„ pedes ſint cauſarii, minus vitæ time-
„ tur, quàm ſi pectus, pulmones, gut-
„ tur, & cæteras nobiliſſimas corporis
„ partes vis morbi invaſerit: Sic in Re-
„ publ. hominum plebejorum & igno-
„ biliū inter ſe odia ac ſimultates minus
„ ferè in publicum ſunt exitioſæ, quàm
„ diſſenſiones & diſcordiæ nobilium
& optimatum. Neq; enim *alius ſolet eſſe diſcordiarum exitus, inter claros ac potentes viros, niſi aut univerſus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum*; ut prorſus diviné *Cicero* in ea *de haruſpicum reſponſis.*

Sed

(Y) (d) *Ariſtot, lib. V, Polit. cap. 4.*

Sed ut gloria tot gentium devictarũ, nihil fermè fruſtra molitum Cæſarem anteceſſit, ac circumſtetit; ſic in hoc ſupremo certamine, in quo nullæ partes erant Reipublicæ, de Pompejo victor ſimul cum eo totam Ariſtocratiam Romanam, quanquam Tribunitiis ſeditionibus & aliis malis, quæ jam recenſuimus, ſatis labefactatam prorſus evertit; ut poſteà licet impotenter, verè tamen diceret: *Nihil amplius Rempublicam eſſe, appellationem modò, ſine corpore ac ſpecie. Sullam neſciſſe literas, qui dictaturam depoſuerit: debere homines conſideratiùs jam loqui ſecum, ac pro legibus habere quæ dicat.*

Credebatur poſteà, occiſo Cæſare, vitam redituram libertati publicè; fruſtra. Nam *ex hoc ipſo ſanguine, ex hac victima, quam Libertati ſervitutis hoſtes mactarunt, ex hac ipſa cæde ac vulneribus, Tiberii, Caligulæ, Nerones ac Domitiani prodierunt. Non enim cæde in Republica unius, ſed prudentia multorum, ipſis oſſibus viſceribusq́; Reip. recepta ſervitus u-*

vertitur. Quæ cùm ordinis totius negligentia, non ut unius jam amiſſa eſſet, ne unius quidem morte reparanda fuit. Quæ ſunt verba incomparabilis *Heinſii*, quo non alter potior de talibus philoſophari. Hic finis Ariſtocraticæ dignitatis & dominationis, hic ordinis illius exitus, cujus majeſtate Reſpublica nitebatur, cujus humeris terrarum orbis incumbebat.

SOMNIUM.

Ergò nocte ſilente imago rerum
Fallit compoſitum ſopore blando:
Luſtro lumine [ſic enim videtur]
Ceu præſens Philomela per vireta,
Alæ remigio ſecaret auras.
Ludor? hac ſubeunte meſſe Muſa
Pſallit nunc Alalaza *voce acuta, &*
Suſurros imitatur æmulantis
Undæ; nunc Eleleu *fremit cruentũ,*
Velut buccina clangit inter arma;
Flet ſuſpiria lenta, nunc reſorbet,
Et mox Præfica *plãgit ad ſepulchra,*

Leſſos

Leſſos agglomerans, jocoſa miſcens.
O fallax nimis, ò levis voluptas
Somni! ſic mihi terminanda luce,
O verè facilis, brevis voluptas!
Nunc ergò vigilo: antè ſomniavi?
At hæc ſingula vera monſtrat eſſe
KÖTZLERUS, Philomela ceu canora:
Is cantat modò, ſi fluunt ſecunda,
Quæ diſcrimina terreant, quieta
Cum eſt Reſpublica pluribus ſub Argis:
Is canit modò triſtium tubarum
Fatales ſonitus, pericla Martis,
Cum clangũt Aquilæ pares ad arma:
Is canit modò vulgus obſtinatum,
Pyrrhæ ut progenies (amica ſaxis
E quorum caluit ſatu) videtur
Probè dilapidare mentis uſum,
Cum Reſpublica murmure & ſuſurro
Aut contage mala tumultuatur,
Ceu peſte & vitio & repleta morbis.
Statur caſibus, atque cuncta turbant
Fata:

Fata: Spes *ſupereſt laborioſa*
Semper, quæ Pietate nixa, *tandem*
Inter tot ſcopulos, tot inter undas,
Cùm non enatat, anchoram prebēdit,
Sic Prudentia prævidet futura,
Sic Prudentia tollit obfutura,
Sic Prudentia vitat affutura,
Ceu ſtantes ſcopulos mari in Pelasgo.
O felix nimis & ſtata voluptas
Mentis! nec modò terminanda puncto,
Grata, vera, perennis eſt voluptas!
Hæc ajo vigil: ante ſomniavi.

Ἐκθεωρητικὰ

Georg-Philippus Harsdörffer.

P*Oſtquam Orbis Urbi ceſſit, & Quiritium*
R*us nuncuparunt, ante quod* mundus *fuit,*
Nec quicquam Apollo vidit ac pallens ſoror,
Romana præter; magnitudinem ſuam
Non cepit illa magna, *quæq; humiles caſas*
Beata coluit, dum ſecat Carthaginem,

Et

Et Pergami heres unctius refert caput,
Heu quàm malignos naufraga ad SCO-
PULOS perit!
Opes ſecutus LUXUS. Hic tanti
Imperi
Transgreſſus Hermas, ſtimulat ignotis
famem,
Viroſq; mutat feminis, pueris ſenes,
Æſtate brumam, nocte candidũ diem,
Omniq; pugnat ordini & magnis Diis.
Hinc ſurgit Orco tetrior RAPACI-
TAS,
Qua ſeviente, Troja conſidet novos
Redi viva in igneis; imperãtor gentium
Sine lare oberrat populus, ac flagris rubet
Servile tergũ; *regna cui famulas manus*
Dedere, turba mixtus eſt ferratili.
At ecce Nemeſin! *creſcit in campo fu-*
ror,
Morumq; ſtrage victa majeſtas Patrum
Fruſtra Catonis laudat unius manum.
Mox quiſq; Faſtos occupare dum ſtudet,
Cruore quanto mens avara paſcitur!
Quàm per profundum ſcuta volvuntur
virûm!

Quàm mugit Æmus! clauſtra quàm Nili gemunt!
Quantum hoſtiarum Gloriæ Antiquæ cadit!
Hæc dum reducis, objicisq́, ſeculis KÖTZLERE, cunctis, ſi quis eſt candor ſuper,
Nec impeditur mens ſerena nubibus,
Nunquam timebis ſibilum. En, mimus redit,
Idemq́; ludus luditur; *priſcis licet,*
Neceſſitatis lege, ſuccreſcant novi,
Variasq́, formas architectus conſtruat,
Exempla durant, & perēni cum ſchola
Tanta magiſtra fallor an Te vindicas?

Chr. Adamus Rupertus.

DE.

DEDICATIO.

Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, & Prudentiſſimi Viri,

STudiorum meorum primitias, ne deliberandum quidem fuit, quorum nominibus potiſſimum commendarem. Affectus erga PATRIAM, à cujus veneratione auſpicandum mihi duxi, non ad alium, niſi ad PATRES PATRIÆ, deflectere poterat; & quum glorioſiſſimum hoc nomen ut ipſius PATRIÆ latius ſit, & ad plures pertineat, VOBIS in proximo dedicandus fuit. Neque verò *aſſentatio vana, quæ alioquin poteſtatibus ambitioſos titulos adferre ſolet*, ſed Reipubl. ac ſubditorum felicitas, quantam hæc calamitoſiſſima tẽpora capiunt, PATRUM appellationẽ cumprimis Vobis cõciliavit. Quoties prudentia, moderatione, vigilãtia, periculũ à miſerorũ cervicibus depuliſtis? lupis eſuriẽtibus prædã exſculpſiſtis? afflictos humanitate, conſolatione, & quatenus ſuppeteret facultas, opibus erexiſtis? eam denique ex ipſa difficultate publi-

publica laudem aſſecuti eſtis, quam his verbis gubernatori navis adjudicat Plinius: *Cum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus, & Diis maris proximus?*

Unde ſic colligebam, ſpecimen hoc Academicum, quod animum felicitatis patriæ ſtudioſum ſatis monſtrare poteſt, nemini acceptius vel gratioſius fore, quàm VOBIS, qui rem ipſam exercendo, gloriam Curiæ Veſtræ immortalem ad ſeros nepotes transmittitis. Etiamſi hac quoque ceſſante cauſa, ipſa me neceſſitas ſtimulabat, voluntatis & obſervantiæ monumentum ſtatuendi iis VIRIS, qui benevolentia & meritis, ut cognati & Patres, non hanc adoleſcentiam modò, ſed totam ætatem obſtrinxiſſent. Eodemque nexu haud minùs indiget futura. Nam ſi Veteres juventutem rectè nominarunt FRETUM, quî tot inſanorum fluctuum moles, tot ventorum injurias, exitiique plurimam imaginem feliciter ſuperarim, aut cum merce ſtu-

ce ſtudiorum in litus emerſerim, niſi vos auxilio, conſilio veſtro *ſpiretis auram à puppe ſecundam.* Quamobrem & agnoſcendis veteribus, & parandis novis, Academicum hoc Exercitium, non quale volui, ſed quale potui, ad Beneficentiæ Veſtræ Aram ſuſpendo & conſecro, cum candidi ac ſinceri pectoris voto, ut DEUS T. O. Max. Vos cum familiis Reque publica Veſtra ſoſpitet, & ut hactenus præcipitatæ in profundum, ſive in tenebras demerſæ Patriæ, benigna & ſalutaria ſidera affulſiſtis, ita inpoſterum per multos annos affulgere permittat!

Noribergæ a. d. III. Nonas Martias, An. Ch. cIↄ Iↄ CXLII.

Digitized by Google

DE IMPERIORUM ROMANI AC TURCICI SIMILITUDINE ORATIO.

Magnifice Domine Rector, Perilluſtres & Generoſiſſimi Domini Barones, Nobiliſſime & Ampliſſime huic Oppido Præfecte, admodum Reverendi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, Clariſſimi & Excellentiſſimi Domini Profeſſores, tuq; Nobilitate generis, Virtute atq; Eruditione florentiſſima Studioſorum corona:

QUod primus ille doctrinarum & antiquitatis parens Telemachum feciſſe auctor eſt, ut licet eum ad compellandum Neſtorem Minerva hortaretur, ſtimularet, compelleret; tamen ad venerandam illam ſapientiam, quæ Achillea ferocia Trojanas arces

arces validiùs oppugnarat, & ad fulgentiſſimam dicendi vim, quæ circumfuſas Græciæ nebulas tùm ſola diſcutiebat, trepidarit ac ſubduxerit ſermonem? Idem ferè de me ipſo confiterer, niſi frequentia hujusmodi querimoniarum, & modeſtia non ſemel ambitioni prætexta, declamaturis omnem fidem abſtuliſſet. Tamen ut fucos & fallacias tùm in cæteris actionibus omnibus, tùm in ſermone, quem animi ſimulacrum veteres prudentes exiſtimarunt, ſeriò deteſtor; & inſidioſas illas voces, quibus hæc dexterioris ſeculi elegantiæ vocantur, non cera, ſed firmiori ſpiſſamento excludo: ita ſi ad conſpectum tot Ampliſſimorum Virorum, coram quibus eloquentia nec occultiſſimè violari poteſt, ipſum mihi Solem evaneſcere dicam, ab omni, ſive aſſentationis, ſive affectati ruboris, ſuſpicione facilè me liberabo. Et quum hæc omnium mortalium conditio ſit, ut animi curæ ſilentii catena vinctæ plus crucient, & in immenſum multiplicentur, contrà

contrà oris libertate recluſa, minuantur, ac velut evaporent; etiam hac coſeſſione mihi permiſſa tantum ſollicitudinis profligabitur, quantum intra cogitationem receptum ac diſſimulatum ſeipſum paſcet.

Quanquam & illud in ſedem ſuam reponit animum, quòd non confidentia juvenili, ſed conſilio & auctoritate ſubnixus in hunc oratorium campum deſcendo, cui ſi tenuitatem ingenii, lectionis inopiam, ſive, ut uno verbo me totum apricem, ætatulam meam diutiùs obvertiſſem, quid hoc aliud fuiſſet, niſi adverſâ bonis omnibus contumacia ſuperiorum voluntatem interpretari, quàm exequi malle? Huc accedebat, quòd cum huic Univerſitati brevi valedicendum ſit, ab omni non ſolùm humanitate, ſed etiam pietate longè alienum arbitrarer, antequã Patribus Academicis me oſtendiſſem, petaſum & chlamydem ſumere, ſive nullam obſervantiæ tabellam Muſis illis ſuſpendere, quas genere & eruditione multùm

emi-

eminentiora nomina ſpecimine quodam ingenii, anteviales Deos, propitiandas ſibi cenſuiſſent.

Igitur & aliis & mihi, quanquam non pari, tamen aliquo ſatisfacturus, dum Orationis argumentum circumſpicio; ecce, ſæpiùs allapſum illud Leunclavii: *Turcas hodiernos ſimias eſſe veterum Romanorum*, tandem eò perpulit, ut, conſulta utriusque gentis memoria, non ſolùm veritatem ejus dicti, quo mores & inſtituta militaria Vir de Republ. literaria meritiſſimus indigitat, ſed etiam utriusq; fortunam in incremento & decremento hac oratione demonſtrandam mihi depoſcerem.

Ut autem ab hac ipſa exordiar, *Fortunæ* appellatione non intelligimus cæcum illud cæcorum paganorum numen, ſed providentiam divinam, quæ eſt aurea illa catena supernè demiſſa, ut fingit Poëtarum Princeps; ad quam omnia hæc inferna ſunt alligata, ut proinde illudant fruſtra, quibus fortè ac temerè humana

nego.

negotia volvi agiq; perſuaſum eſt. Huic incrementum, huic firmitatem, huic ſtatum ſuum debuiſſe illam nationum ac Regum arcem, lumen & miraculum totius Orbis, ROMAM, ſapienter agnoſcit Marcellinus, quum ait: *Roma ut augeretur ſublimibus incrementis, fœdere pacis æternæ VIRTUS convenit atq; FORTUNA; quarum ſi altera defuiſſet, ad perfectam non venerat ſummitatem.* Quo breviùs & nervoſiùs L. Annæus Florus ita conveniſſe ſcribit VIRTUTEM atq; FORTUNAM, ut utraque ſuum opus facere niteretur, & pœnè diſſidium eſſet in evehendo, *Ad conſtituendum Romanũ Imperium,* inquiens, *VIRTUTEM ac FORTUNAM contendiſſe videri.*

Sed ne ordinem dicendi nobis propoſitum convellamus, ſolam Fortunam hîc quidem ſiſtimus, cujus beneficium adeò notum erat univerſis, ut FORTUNAM PUBLICAM, FORTUNAM REIPUB., FORTUNAM POP. ROMANI, FORTUNAM ROMANAM.

NAM, quæ appellationes, cùm è ſcriptorum, tùm titulorum monumentis oſtendi poſſunt, templis, aris, Sacerdotiis percolerent, eidem vota ſacrarent, per eandem juramenta conciperent; & quibus tandem honoribus Deus Deo æquari ſolet, iisdem hanc ipſam conſecrarent.

Poſteà quum populus Rom. omnia humana in Principem congeſſiſſet, uti ſingulis SCtis intercedendi poteſtatem haberet; ac ſi Tribunus plebis eſſet, uti quæcunque ab eo agerentur, rata & firma eſſe juberentur, & Magiſtratus inituri jurarent, ſe decretis ipſius neutiquam refragaturos; uti quæcunque ex uſu Reipublicæ, majeſtate divinarum, humanarum, publicarum, privatarumque rerum eſſe cenſeret, ei agere, facere jus poteſtasque eſſet, utique legibus omnibus, quibus ab antiquo Magiſtratus Populi Romani obnoxii erant, ſolutus imperaret, & quæ alia *lege Regia* comprehenſa quondam fuere: nec humana tantùm, ſed & divina, ut ſacroſanctus & inviolabilis

bilis haberetur; uti ſi quis ipſum vel di-
cto vel facto læſiſſet, is ſacrilegio & pia-
culo ſe obligaſſe cenſeretur; uti jusjuran-
dum per Fortunam ipſius conciperetur;
uti donaria ipſi & ſtatuæ, tàm Romæ o-
mnibus templis, & locis publicis, per ſin-
gulas tribus, quàm per alias paſſim urbes
& provincias & regna ſociorum & ami-
corum Pop. Rom. offerrentur & dedi-
carentur, & quæ alia innumera taceo;
etiam hoc ſumma, uti puto, Cæſarum
verſutia, nequid ſibi populus aſſerere ul-
trà poſſet, invaluit; ut ſublata Reip. po-
pulique memoria FORTUNA deinceps
AUGUSTA, & AUGUSTI, FOR-
TUNA AUREA, FORTUNA RE-
GIA, FORTUNA PRINCIPIS, FE-
LICITAS AUGUSTI in monumen-
tis publicis, & cubiculis Principum, ſum-
ma religione afficeretur; & à Principibus
morituris, ut exemplo Antonini docet
Julius Capitolinus, cum imperii honore
& onere ad ſucceſſorem transferretur.

Neque verò eandem hanc exiſtima-
bant

bant cum illa, quam *inſanam, cæcam & brutam* deſcribit vetus Poëta, *ſaxo ſtare in globoſo, nihil cernere quò ſe applicet, atrocem, incertam, inſtabilem, dignum atq; indignum non internoſcere:* Sed cui ingreſſum matronalem grávitatis & conſtan- "
tiæ argumentum, cornucopiæ & gu- "
bernaculum felicitatis & abundantiæ "
typum, denique corpus & amictum "
aureum, ſolidæ virtutis, judicii, ſapi- "
entiæ ac dignitatis ſymbolum attri- "
buebant.

Quod vel ad imitationem *Ægyptiorum* factum eſt, qui *Cereri* ſive *Iſidi*, quam eandem cum *Fortuna* Hyginus credidit, cornucopiæ affinxerunt & hoc ipſum, quum in duodecim ſignorum aſteriſmis varias figuras exprimerent, pro virgine delinearunt, ſed temporum injuria tàm corruptum, ut quæ virgo, quod ſignum illius ſit, hodiè paucisſimi ſciant: Vel etiam *Græcorum*, à quibus tanquam vicinis doctoribus, ac quod voluit Dionyſius, parentibus ſuis, mores, leges, ceremo-

remonias, pleraque omnia hauſerunt. Nam, teſte Pauſania in Meſſeniacis, apud Græcos fortunæ ſigno *Bupalus*, quod o-
» mnium primus finxit, capiti polum
» impoſuit, altera verò manu Amaltheæ
» cornu tenentem repræſentavit.

Quicquid horum ſit (nec enim id explorare mea valdè intereſt) Romani cauſas non ſpernendas habuiſſe mihi videntur, cur *Te facerent Fortuna ſuam, cœloq; locarent.* Quum incunabula Romuli ac Tulli Hoſtilii agreſte tugurium caperet, eorundem adoleſcentia in pecore paſcendo eſſet occupata, validior ætas tanti imperii fundamentum jaceret, ſenectus excellentiſſimis ornamentis decorata, in altisſimo majeſtatis faſtigio fulgeret; num Romulus ac Tullus ſibi hoc imputare poterunt? Minimè; & inter FORTUNÆ ROM. admiranda hoc primum fuit.

Poſthæc primorum cæde, contumeliis plebis, ſtupro Lucretiæ eò compulſa civitas, ut mallet hoſtili flamma conflagrare,

grare, quàm recipere Tarquinium, ac videre ardentes crudelitate oculos; & illum Sexti, non regiæ prolis, ſed laſciviæ vultum. Adeſt ergò ingentibus copiis Porſena, occupatoque Janiculo ipſis urbis faucibus incubat; nec armis ſolùm terret, ſed quod viris longè miſerrimum, fame, quæ fortiſſimos viliſſimosque non diſtinguit: noviſſimè ita percellitur victor, ut ultrò cum pœnè victis amicitiæ fœdera feriret. Quid judicamus? Porſenam, qui armata manu non potuit, exuſta Mucii fugatum? Ita quidem Romanus Sapiens, ſed inter Fortunæ Rom. admiranda hoc ſecundum fuit.

Liber inde populus pro finibus, pro gloria, contra vicinas Italiæ gentes arma corripit, Latinos, Fidenates, Sabinos, Volſcos, aliosque imperii candidatos è campo Martio ſubmovet; jamque in ſpem futuræ majeſtatis aſſurgit, quum inexpectata Gallorum Senonũ incurſione deprimitur, vincitur & ex urbe fugatus in-

Digitized by Google

Capitolium quaſi compingitur; ſed dum extremæ calamitati proximus jam audit inſolens illud, *Væ victis*, dum Urbi ſociæ, domeſticas exequias Maſſilienſes ducunt, ecce, Galli obſidionem ſolvunt & in patriam regrediuntur. An, quod Romani ſcriptores volunt, ab exule Camillo extruſi? Nolunt hunc ſibi fumum vendi callidiores, & certè nihil arrogante ſibi virtute Martia, inter Fortunæ Rom. admiranda hoc tertium fuit.

Cujus vim ut apertiùs cognoſcas, illo ipſo tempore anſer ſervat Capitolium, *anſer claſſicum canit*, ut ex inerti ſomno Romanus aliquis excitatus facinus ederet dignum nominari. Agnovit Vegetius, ideoque in ſtuporem datus, exclamat: *Mira fortuna; viros, qui univerſum orbem erant miſſuri ſub jugum, avis una ſervavit!* Mira, ſed quæ admirationem ſui poſterioribus ſæculis tantum abeſt ut ſeneſcere permiſerit, ut in immenſum auxerit atque explicarit. *Tria fulmina* dicebantur *Annibalis* Ticinum,

Tre-

Trebia, Thraſymenus, quod ad eos fluvios tribus ingentibus præliis rem Romanam Pœnus ille adflixiſſet; ſed Cannas, utut Apuliæ vicum poſtrema clades longè nobiliores fecit, ubi quadraginta Romanorum millibus totidem ſociorum trucidatis infamem tumulum ſtruxit; & ut Punicam victoriam æſtimare poſſis, tres annulorum modios, qui cæſis detracti ſunt, in curia Carthaginienſi effundi juſſit. Nullum dubium erat, ſi Maharbalis conſilium ſequi voluiſſet Annibal, eum quinto ab hac clade die in Capitolio epulaturū fuiſſe, quum ille neglecto rerum capite, in *Campaniam*, corporibus quidem ſalubrem, ſed peſtilentem moribus, cum exercitu deflectens, ſomno, vino, epulis, ſcortis, balneis ſe ſuosque, quos non Alpes, non illæ nivium moles, non ipſum Romanum ferrum hebetavit, frangendum atque enervandum traderet; ut prudentiſſimè dictum fuerit, *Capuam Annibali Cannas fuiſſe*, tantò quidem triſtiores, quantò *infami-*

tus eſt, à Baccho & Venere vinci, quàm à Marte in Capitolio diſcingi. Nondum erat debellatus Annibal, ſubjugata Carthago, victrix Roma, & quamvis Romanorum res irent meliuſculè, tamen quid futurum fuit, ſi ad victoriæ ſocietatem vel Philippus Macedoniæ Rex adveniſſet, vel Aſdrubal ex Hiſpaniis evocatus, veteranus dux cum novis copiis & valido exercitu fratri ſeſe junxiſſet? Quid turbat? Alterius legati capiuntur, res tota detegitur, Philippus ad tempus impeditur: alterius equites à pabulatoribus Romanis excepti, & conſiliis proditis, ipſe à duobus Coſſ. oppreſſus, mortem priùs oppetiit, quàm fratri junctus longi itineris & operæ pretium faceret. Eant in ſuffragia, qui volent: ego ipſius Annibalis geminum judicium cumprimis hîc admitto, POTIUNDÆ SIBI URBIS ROMÆ MODO MENTEM NON DARI, MODO FORTUNAM, & AGNOSCERE SE INFELICITATEM CARTHAGINIS. Igitur inter

ter FORTUNÆ ROM. admiranda hoc quartum, ſed non poſtremum fuit.

Nam confecto bello Punico ſecundo triumphalem lauream de Annibale tandem adepta Roma, ſtatim vim majeſtatemque imperii ſui brevi annorum ſpatio per Africam, Europam atque Aſiam, quodam quaſi torrente vel æſtu ejusdem fortunæ, quàm latiſſimè transfudit; ſive ut compendioſè Florus, SECUTUS AFRICAM STATIM TERRARUM ORBIS, dum hic alienæ calamitatis ſecurus ſpectator & de ſe parùm ſolicitus, ad commune incendium extinguendum tàm non accurrit, ut perniciem ſuam exoptaſſe pœnè videri queat: imò Romanorum dominationi ſanguinem ſuum commodet, vel inteſtinis bellis concitatis ſua membra, ſuas manus ipſe cædat.

Verum enimverò diſcedat hinc Fortuna Romana, & ingrediatur hanc ſcenam Turcica; næ ſimilem habitum & eandem in iisdem rebus indulgentiam,

Digitized by Google

hoc eſt, in Turcarum ſinus planè Romanas opes excuſſas intueri licet. Romulus occurrit in Oſmanbego, qui pecuariæ rei deditus, primùm viatores contra incurſiones defendere, ruſticos cogere, caſtella latronum exſcindere; & ut Romulus coram Numitore rationem facinorum ſuorum reddidiſſe legitur, & ejusdem permiſſu terram impetraſſe, cui Romam inædificaret: ita Oſmanbegus ab *Aladine*, *Iconienſi Sultano*, coram quo de illata vi graviter accuſatus erat, tandem multarum urbium, *Iconii*, *Magneſiæ*, *Nagidos*, *Heracliæ*, *Ancyræ*, *Oxylithi*, *Maurocaſtri*, aliarumque hæres ſcriptus potentiam acceptam mirificè tùm amplificavit, tùm ſtabiliit, ut A. S. 1290. *capta Nicæa principatus* faceret *initium* & extinctæ genti Aladiniorum, mox Oſmanea feliciſſimis auſpiciis ſuccederet.

Scimus, & fatemur ultrò, ab hac narratione, quam Verantius nobis ſuggeſſit, alicubi recedere ſcriptores alios; ſed in hoc conſentiunt univerſi, Oſmanem

Prin-

Principem Oguzia gentis, Ertogrulis filium, à paſtoritiis & ruſticis operis ad tantum imperium provectum; & alioquin certum eſt, multos Orientalium jam ab antiquo pecuariam facere ſolitos, etiamſi familiarum primi eſſent.

Jam verò manu tango Fortunam Romanam, cum Bajaſites primus, quem *Gilderun Chan* à fulmine Turcæ dicunt, variè & per decem amplius annos victor, magno illo prælio ad Stellam montem cum *Temire Chane*, quem *Temir-lantum* à claudicatione item vocant, confligeret, & utrinque cæſis centum quadraginta hominum millibus ipſe caperetur. Quis enim de interitu gentis Turcicæ dubitare poterat? Sed enimverò, ut ſcribit Leunclavius, *reſpirare & emergere eam paſſa ſunt in noſtris hominibus cura de Repub. ſegniores, ejusq; tuendæ remiſſa ſtudia, continuæ diſſenſiones animorum, & inteſtina tàm odia quàm bella: quibus diſtracti nunquam ſolidè ſuas ad-*

Digitized by Google

verſus hoſtem communem junxere vires, & ſemetipſos debilitando, fores ad opprimendos ſingulos Turcis aperuere; qui conſociatis armis univerſi non tantùm eis reſiſtere, ſed etiam poſſeſſores injuſtos occupatis ejicere provinciis nullo pœnè labore potuiſſent.

Ita nobilis illa Græcorum natio ſuiſmet exhauſta diſcidiis periit, cùm ſusceptis inter ſe graviſſimis inimicitiis, parentes adverſus liberos, fratres adverſus germanos fratres Turcarum ſubſidia, qui fortunis omnium inſidiabantur, ad perniciem mutuam arceſſerent. Ita deſerti per ignaviam ſocordiamque vicinis à Regibus aliisque Principibus Chriſtianis, *Epirotæ, Bulgari, Servii, Valachi, Pozinenſes, Rhodii,* ſub jugum miſſi fuerunt. Ita florentiſſimum *Pannoniæ* regnum, partim per occaſionem execrandæ ambitionis civiliſque diſcordiæ, dum qui viribus imbecillior erat, cum internecione patriæ totius & ſua, gravique rei Chriſtianæ detrimento Turcica ſollicitat auxilia;

Digitized by Google

xilia; partim etiam veterno noſtrorum, ad reſtinguendum vicini parietis incendium non ea concurrentium fide, ſtudio, alacritate animorum, quæ meritò eſſe debebat, in omnibus ferè peſſum iit.

Nunc me converto ad id, quod ſupra de æmulatione inſtitutorum Romanorum ab eodem Leunclavio dictum eſt, eamque ſub Mahumete ſecundo cumprimis invaluiſſe reor, qui cognitionis illuſtrium virorum facinorumq; " maximè cupidus hiſtorias ſibi verti in " ſuum ſermonem juſſit, Græcas Ro- " manasque; & ipſos viros depingi à " *Gentile Bellino*, eleganti pictore; quē " ad hanc operam à Venetis exambierat. " Nimirum, ut brachatum in curia Romana nemo Senatorem, nec togatum Arſacem Parthus agnoſceret; ita verſutiſſimus ille Chriſtiani nominis hoſtis ſplendidum illum titulum, (ſcimus enim capta Conſtantinopoli A. S. 1453. IV. Calend. Jun. ubi poſt translatum imperium Romanorum Principum ſedes erat, ipſoque

Conſtantino Palaologo, fugientium trepidatione oppreſſo, & pleriſque Romano quondam juri parentibus regnis provinciiſque, nunc Turcico jugo ſubjectis, *ſucceſſorem Conſtantini ac Romanorum* videri velle) hunc, inquam, titulum tueri ſeſe poſſe diffidit, niſi in conſuetudines & inſtituta Romana ſimul tranſcenderet.

Eodem conſilio majores noſtri poſtquam Imperatorium nomen in Auguſtulo extinctum, & trecentis viginti quinq; annis ab occidente exul Germanicæ nationi aſſertum fuit, præter Jus civile Romanum publicè receptum, multa alia eorundem ac Byzantinorum æmulati, pincernam & archidapiferum, portitorem enſis, Camerarium, Archicancellarium, ut alia multa, & ipſa Principum noſtrorum inſignia non tangam, inde habent. Quis enim Conſtantinopolitana hiſtoria vel leviter delibata, menſæ miniſtratorem, *Spatarium* & *Protoſpatarium*, vel ut antiquioris ævi vocabulum uſurpem, Præfectum præto-

prætorio (nam & ille gladium Imperatori præferebat in ſignum meri imperii,) præterea Præfectum Sacri Cubiculi exæquatum ipſi Præfecto prætorio vel urbis, vel Magiſtro militum, denique *Logothetam, Magnum Logothetam, Archilogothetam* ignorare poteſt?

Et hoc eò lubentiùs feciſſe mihi videntur, quò notiores erant Græcorum tùm temporis calumniæ, invidia & ſuperbia, quibus ſtimulati contra Senatus Populique Rom. voluntatem & acclamationem ſolennem, contra tranſactionem Caroli Magni cum Irene, Nicephoro, & Baſilio, Auguſtis Byzantinis, contra juſtitiam armorum Francicorum, & ſanctitatem gubernationis, ſe ſolos Auguſtos, αὐτοκράτορας ſalutari volebant; honorem verò Cæſaribus noſtris detrahere conati, eoſdem ut novo, ſic inepto commento *Reges Alamanniæ* vel *Franciæ* nuncupabant. Similiter (ut in viam revertar) Turcarum *Padiſcachus*, quamvis illam Romani Imperii partem non ſimili

jure, ſed inauditis fraudibus ſceleribusq́; & immani tyrannide occuparit, tamen affectatis moribus atque inſtitutis Romanis Romanum imperium, Romanorum Imperatorem repræſentare velle omninò exiſtimandus eſt!

Cùm verò utriusque populi omnia bifariam partiri mihi liceat, in *Sacra* & *Civilia*; de utroque, quàm breviſſimè potero dicam. Et in priori quidem, poſthabita multorum rituum ſimilitudine, hoc potiſſimum comparatione dignum judico, quòd quum ad propagandum imperium, continendos in officio cives, tollendas ſeditiones, utrique nihil validius exiſtimarint ſuperſtitione antiqua; ſecum tamen habitare volentibus *liberum religionis exercitium* indulſerint. De Romanis miratur hoc Dionyſius, *quòd, quanquam ſexcentæ nationes in urbem fluxerant, quibus ſingulis ſacra ſua, ritusq́; patrii eſſent, tamen ad ſuum ævum nulla peregrina religio publicè fuerit ſuſcepta: aut ſi qua oraculorum monitu in-*

trodu-

troducta, ea ipſa Romano more culta, abdicatis fœdis vanitatibus, aut fabularum portentis. Fatetur, ecce, nationem quamlibet ſacris ſuis privatim operari potuiſſe; ipſos tamen publicè nullum templum vel venerationem peregrinis Diis decreviſſe. Hoc eſt, quod in annalium quinto decimo ſcribit Tacitus, quanquam cacodæmonis inſtinctu & morbo ſcriptoribus Romanis communi Chriſtianæ religioni manus injicit, *in urbem cuncta undiq; atrocia aut pudenda confluere, celebrariq;.*

Minimè ab his alieni Turcæ, quibus reperiri non poteſt ſuperſtitionis ſuæ tenacior populus, ſuperſtitionis impiæ, horrendæ & abominandæ; quæ tantas in verum Deum blaſphemias evomit, ut quin tandem fractus illabatur orbis, monteſque & valles coæquentur, totumq; imperium Turcicum gravi ruina peſſum eat, nullus dubitem. Quo enim honore, qua reverentia dignantur Coranum illum Theologiæ Mahumeticæ & horribilium myſteriorum promumcondum! quàm ejus nomine chartam o-

ranum, qua in charta ille ſcriptus, ſtupida & bruta ſuperſtitione venerantur! quàm ſicubi minùs honorificè habita, indignantur! fragmina inventa religioſè tollunt! exoſculantur! parieti etiam adfigunt! quàm inter Orientales omnium munerum pulcherrimum digniſſimumque habetur, *Corano donari!* Cujus tamen narrationes judicio Vegetii parem cum iis fidem merentur, *ſtellas è catenis aureis in aëre pendere, Solem & Lunam caballis inequitare, terram in bovini cornu cuſpide ſtabilitam, ita ut ſuccutiente ſe & motitante bove terræ motus fiat.* At apud eoſdem omnis religio libera, dum adverſus Coranum ea taceat; & in tantum etiam libera, ut *Mahumetes II.* terror ille præcipuus Chriſtiani nominis paulò poſt captam Conſtantinopolin conventus ſuos inſtaurare juſſerit Chriſtianos, lectumque ab iis Patriarcham, pedo ei paſtorali tradito, palàm confirmaverit.

Nec de *Athenarum urbe* (cujus nomen interiiſſe, eoque in loco nil niſi piſca-

piſcatorum caſas, & abjectiſſima mapalia inveniri, ſuperioris ſeculi ſcriptores perperam tradiderunt) cuiquam peritiorum hodiè obſcurum eſt, *redactam* quidem *ad quartam magnitudinis priſcæ partem*, ſed nihilominus amplam & populoſam à Turcis media ſui parte habitari; cætera ab hominibus profeſſione Chriſtianis, quorum *Sacerdotes ducenti quinquaginta* præter propter numerentur. Ne de Patriarchis Alexandrino, Hieroſolymitano, Antiocheno aliaque alibi locorum innumera Chriſtianorum multitudine teſtimonia ſcriptorum huc advocem. Præter hos Judæorum multæ myriades, hac ipſa immunitate fretæ ſub Turcis per omnes inſigniores urbes habitant, vel eò ſeſe catervatim cum familiis & rebus ſuis conferunt: Et fama eſt, Turcicum Imperatorem dicere ſolitum,
1 *ſe mirari Chriſtianorum Regum ſtoliditatem, Judæos homines multi uſus provinciis ſuis exturbantium.*

Nihil adhuc oſtendiſſem Romæ

Noyan-

Novantiquæ, quando Japanibus, Polonis, Tranſylvanis, aliis eandem ſentiendi libertatem approbatam novimus; niſi longè plura hîc concurrerent, & major deprehenderetur in civilibus, hoc eſt, ut explicat Leunclavius, titulis, officiis aulicis, militaribus, provinciarum præfecturis; totius denique imperii conſtitutione, utriusq; gentis ſimilitudo. Quos *Nobiliſſimos Cæſares* Romani, hos ad eorum imitationem Turcæ *Zelebes*; quem illi *comitatum Principis*, hi *Portam Oſmanicam*; quæ illi cum in urbe veteri, tum in nova Conſtantiniana *cohortium Prætorianarum Urbanarum*, & *vigilum excubitoria*, hi *Genizarorum, Sphaorum, Garipigorum, Ulufagorum*, peditum equitumque; quos illi *veteranos* ac *beneficiarios*, in colonias deductos, hi *Timaros*; quos illi *Præſides*, *Præfectos*, *Proconſules*, *Legatos*, *Proprætores*; hi *Beglerbegos*, *Baſſas*, *Sangiakos*, diverſis nominibus eadem officia eandemque officiorum conditionem deſignare ſolent.

Poſſem

Poſſem hic, ubi ad rem militarem Romanam & Turcicam perventum eſt, Orationem latè diffundere, niſi benevolentia veſtra reverenter utendum eſſet; & jam antè Conſultorum ille diſertiſſimus, & diſertorum conſultiſſimus, SCIPIO GENTILIS, Univerſitatis hujus ſempiternum decus, quicquid adferri poteſt, tàm illuſtri Oratione præcerpſiſſet, qua omnes conatus mei facilè diſſipantur.

Ut hoc poſtremo loco tantùm de *duobus* utriusq; gentis immaniſſimis *flagitiis* nonnihil adferam, Prætorianis illis veteribus nihil laſcivius, vel contumacius, vel ſeditioſius; quoties Imperator vel donativum in tempus aliquod differret, vel ſpe ſua minus largiretur, memoriæ Romanæ loquuntur, dum Imperatorem Imperatore, velut clavum clavo, expellebant; ſive, ut è Dionyſii (qui Pheræum decimo tyrannidis menſe interfectum *Tragicum tyrannum* facetè nominavit) ſententia loquar, velut in ſcena modò

modò introducebant aliquem, modò educebant. *Comitia enim Imperii*, ut loquitur Caſaubonus, *exemplo peſſimo ſemel admiſſo, tàm incerta fecerant, ut intra 170. annos ſeptuaginta & eò plures extiterint, qui vel juſtè vel injuſtè aut Cæſarum aut Imperatorum nomen habuere. Occidebant, & occidebantur immanitate pari, cùm in armis & incondito militum ſtrepitu ſitum eſſet omne regnandi.*

Quo licentiæ furore licet hodiernos Genizaros adhuc ſuperent; tamen ſemina futurarum calamitatum jam ſuperiori ſæculo jacta ſunt, poſtquam ſemel negatis congiariis clamari cœptum: *Salvus frater ſit! Fratrem Deus nobis ſervet!* Et magis noſtro ſæculo, quo primus Imperatorum Turcicorum *Oſman II.* Achmetis filius, & Ibrahimi nunc rerum potientis frater, ob ſuſpicionem novæ militiæ, & difficilis ad ſepulchrum Mahumeticum peregrinationis, à Genizaris deſertus, & *Muſtapha* patruo in ſolium reſtituto, ſtrangulatus eſt. Quem tamen

menMuſtapham iidem paulò pòſt nauſeantes, *Murati IV.* fratri Oſmanis ſedecenni cedere coëgerunt, ut inaudita rerum converſione intrà *ſedecim* menſes *tres* Sultanos videret Turcia, ærarium largitionibus exhauriretur, ac præpotentibus non paucis tumultus illi exitio eſſent.

Præſides quod attinet, ſcimus quàm in utraque gente fortuna ſua ſtabilierint prolatum illud à Niceta Choniate: *Plerosq; Principes formidoloſos eſſe, & ſuſpicaces, nec inferno & morte clementiores, in viris nobilibus & generoſis è medio tollendis; & ut altæ piceæ leviſſimo vento impulſæ, ramorum aculeis inter ſe colliſis, ſtrident; ſic ipſos & divitem & fortitudine inſignem ſuſpectum habere.* Quin imò non ſatis erat Romanis Imperatoribus, tollere virtutes in oculos incurrentes; etiam indagarunt latentes usq; adeò quidem, ut ne geneſi quidem abſtinerent illuſtris familiæ, quod exemplis Tiberii & Domitiani, niſi temporis fugæ manus

injici-

injiciendas exiſtimarem, è Suetonio, & Epitomatore Dionis, oſtenderem.

De Turcarum verò Præſidum conditione, & ſimul contra eos ſæviendi Romano ritu, dicam verbis Joannis Baptiſtæ Montalbani Bononienſis, è commentario rerum Turcicarum: *Ipſi gubernatores & præfecti, ſiquos ſupremum Principis arbitrium ſuſpectos vel inviſos habet, per Capigios vel Chianſſios, ut Romano olim in imperio per centuriones aut tribunos cum mandatis, pullo tectis involucro, conficiuntur. Is mortis indicium color, multos ad rebellionem, vel ad decorandum inſigni aliquo facinore finem, quàm pecudum more ſecurim expectare permovit: Hunc exitum ſæpius ſortitur Veziriùs primus, cujus quò major eſt auctoritas, vel dignitatis eminentia, eò magis in lubrico verſatur ipſe. Fato potentia rarò ſempiterna vel ſatias Imperatorem capit, cum omnia tribuerit, vel ſuſpicio, cum nihil ſit amplius, præter Imperatorium faſtigium, quod concupiſcere Vezirius poſſe*

poſſe videatur; tunc leviſſima quaq; de cauſa vel ſubmovetur ab onere, vel interficitur; & ſi cum exercitu ſit contra hoſtes, diſſimulatur odium, donec impetus fama militumq; favor elangueſcat, ac milites ipſi dimittantur.

Quamobrem ita res habet. Non ſolùm quæ Romana ingenia prudenter excogitarunt, cùm in conſtituendis officiis Palatinis, tùm ordinanda re militari ſua fecerunt Turcæ; ſed & ipſum fatum Romanum premere & affligere haſce ſimias, & in omnia flagitia dominationis, parricidia, ſacrilegia, perfidias, proditiones, cædes, rapinas, cupidines inſatiabiles haud vanis indiciis animadvertimus conjicere; quibus Romanum illud tandem penitiſſimè diſperſum ac diſſipatum funditùs univerſæ barbariei, ex ultimis angulis ad prædam convolanti, riſui fuit.

Ipſum etiam *Ibrahimum*, qui antè biennium, hoc ipſo menſe Februario, Turcici imperii thronum conſcendit, *ultimum gentis Oſmanicæ*, fama eſt, ſo-

luto

Digitized by Google

luto in laſciviam animo, maſculam prolem firmando imperio omnibus modis flagitantem inter uxorculas deliteſcere; & ut Claudius, Nero, Galba, Vitellius, cum *civium* eſſent *domini*, *libertorum* erant *ſervi*, horum conſiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur; ſic Turcam iſtum ceu ſimulacrum Veſtæ,

- - - nulliq; aſpecta virorum
Pallas in abſtruſo pignus memorabile templo

cuſtodiri ſolebat, intra ſecretum Palatinæ domus abditum ſeſe, cum Imperio Turcico magno, Vezirio & Beglerbegis ſuis regendum committere, ut in eum ſcomma Marcellini haud inficetè torqueri poſſit: Ibrahimum *apud ſervos ſuos multa poſſe.*

Interim nos Chriſtiani, alto quodam inertiæ ſomno ſepulti, & prorſus immemores illius Terentiani: *An ego occaſionem mihi oſtentatam tantam, tàm brevem, tàm optatam, tàm inſperatam*

tam amittere? torpemus ac jacemus, jacemus autem? imò excitatiſſimi ſumus, ut velut ad gladiũ auctorati Threces ac Myrmillones, ſive immaniſſimæ potiùs belluæ alter in alterum irruimus, ſæviamus, nosque ipſos conficiamus; ſcilicet tàm bellos adverſarios ſibi depoſcit Oſmanica domus, & Romanorum hîc quoq; ſimiam agit, quorum in Germanos majores noſtros has preces apud Tacitum conceptas legimus; *Maneat, quæſo, duretque gentibus, ſi non amor noſtri, at certè odium ſui; quando urgentibus imperii fatis nihil jam præſtare fortuna majus poteſt, quàm hoſtium diſcordiam.* Quum enim de virtute deſperat, eandem in cotidianis precibus dementiam, furorem, ac bella civilia in Chriſtianum Orbem amoliri ſolet.

At quoniam rationem ineundæ pacis ratio nulla exputare poteſt, necdum omnis civilis inſaniæ turbo detonuit, necdum cauſæ illius ſublatæ; hoc eſt, novorum & exterorum hominum ea conſilia, quæ

quæ prima ſpecie læta, tractatu dura, eventu demum & aliis & ipſis auctoribus triſtiſſima eſſe conſueverunt; quin exitiales libellos in vicinos, in cives, in ſanguinem noſtrum procuſos novis cotidiè paradoxis accumulamus, longeq;, quàm fuerant olim, peſtilentiores efficimus; ego te, ò Æterne DEUS, per Primogenitum tuum, per fæcialem gratiæ ac divinæ charitatis Oratorem; cujus labores, vincula, flagra, ſanguinem, crucem, ſepulchrum, tanta ignominia dehoneſtat: & eorum in locum horrendum ſutulis Mahumetici centunculi monſtrum ſubſtituere ſatagit Oſmanis abominanda progenies, ſupplex veneror atque precor, furorem & perverſitatem illam mentium hoſtibus tuis injice, ac ſceleratos crudeliſſimorum ſicariorum auſus coërce.

Satis, ſatis pœnarum eſt ò pater; & peccata noſtra viginti quatuor annorum calamitate, quæ cum Græcorum Romanorumque cladibus comparata ludos jocosq;

coſq; eas fecerit, ſatis ulta eſt tua Nemeſis! Cùm incendium exortum eſt, unius vel alterius domus ruina tandem deficit, nec unquam ſic omnia depaſcitur, ut nihil alteri calamitati relinquat. Terrarum quoque vix unquam tàm gravis & perniciosus fuit motus, ut tota opida everteret; Germaniam totam non vexavit bellum, ſed abſtulit; Germaniam in Germania quærimus, nec invenimus. At per blaſphemum, & illegitimum, & injuſtum illud imperium, quod Sanctorum cruore, nefariis libidinibus, omniumque ſcelerum ac flagitiorum impunitate quaſi conflatum eſt, pulcra diffunditur ſecuritas, & univerſi ſub eo tanquam feſtum diem agitant; ad convivia & quicquid humanis adfectibus blanditur, converſi. Ah, ne ſibi perſuadeat, externarum rerum fluxus benevolentiæ tuæ teſſeram eſſe, fac, ut evigilet Chriſtianus Orbis, expietur impietas, veræ ac Germanæ fidei ſinceritas, velut ancile cœlitus delapſum ſervetur; dein excutiatur ignavia,

 tollan-

Digitized by Go

tollantur funeſtæ digladiationes, diſſidia componantur, quibus Mahumetes ferè unis, magnus nobis & formidabilis factus eſt.

Et hæc quidem univerſis devota & conſecrata, quanquam etiam erga ſingula, & ex iis ſimul erga literarum ſtudia, quorum felicitas totius Europæ felicitate ſuſtinetur, adfectum & obſervantiam meam ſatis luculentam declarant; tamen hinc diſcedere non poſſum, quin brevi acclamatione, ſed quam prolixiſſima voluntas abundè compenſabit, *Inclutæ huic Univerſitati* ſeorſim valedicam. Igitur ad te converſus, quæ tot aſſertores eruditionis, tot egregia monumenta, (in quæ nihil flammis, nihil ſenectuti, nihil etiam ſucceſſoribus licet) Orbi ac ſeræ poſteritati imputas, illud à Romanis olim voveri ſolitum depono: *DEUS te conſervet!* Quæ juventutem laboribus tuis ad res pulcerrimas, ex tenebris ad lucem deducis; efficisq;, ut ſeculo nulli, nullis ſcientiarum adytis nobis interdictum ſit,

Deus

Deus te conſervet! Quæ me immortalibus beneficiis, & in omne vitæ tempus duraturo nomine, devinctum habes; atque ita obruis, ut in ipſa multitudine verborum me jacturam pati liberè fatear, *Deus te conſervet!* Vive, vive ALTORPHINA, & meritorum tuorum ſcenam tuta ab externis inſidiis, civilibus malis, conjurata barbarorum colluvione ut hactenus, ſic inpoſterum cum æternitate nominis explica. Ego hîc abrumpo, & meritò; quum

Si mille laudem laudibus PALÆCOMEN,
Laudaro dignè non ſatis PALÆCOMEN.

DIXI.

CAROLE, macte nova virtute atq; indole avita,
Sic (ajunt vates) itur ad aſtra poli.
Tales vult belli cõcuſſa tumultibus atri
Jam ſenio & vitiis Patria fracta ſuis,

Perge age, res vocat ipſa, ſit ô tibi turpe relinqui;
Poſtremo in ſtadio nulla corona datur.
Caſp. Hofman D.

ET me poſcis epos, PATRIÆ SPES AMPLA, ſed iſtud
Officium mœſti ſurripuere dies:
Nec licet auſpicio generôſa applaudere mentis,
Nec Suadam feſto flore onerare TUAM.
Cuncta adverſa fluunt: vigilant de nocte dolores,
Et ſub Cimmeria lux mihi nube latet.
Forſitan & CynthI fieret tolerabile damnum,
Cynthia ſi pleno funderet ore decus.
Nunc radiis terras intexere reſpuit alter,
Altera fraterno nec tumet igne mihi;
Ex quo TETZELIûM gemino ſplendore carendum eſt,
Et peregrini orbis tentat UTERQUE vias,

DIs

DIs genitus, Patriaq́, bono ſacrisq́, Camœnis,
Non niſi Barbaries quas ſepelire velit.
Ergò alius TIBI pulſet ebur, cantuq́, celebret
Nectareo nectar, CAROLE ERASME, TUUM:
Grateturq́, PATRI tantam ſuccreſcere prolem,
Et gentilitium perpetuare decus.
Mentis hic eſt vegetæ labor: at proſtrata ſilebit,
Quanquam etiam TETE noſtra ſilendo colit.

Chr. Adamus Rupertus,
Hiſtoriar. P. P.

PROGRAMMA.

Si cadendum eſt, cœlo cecidiſſe velim, ait ille. Quod nec intellectum nec uſurpatum benè ſæpiſſis indignati ſunt viri boni ac ſapientes. Tanquam enim longe infra mediocritatem ſint laudabiles, qui in palæſtra inferiorum literarum periclitantur, malle quoſdam præcipitare vota ſua, & in cœlum ſubvolare; etiamſi nondum alas illas habeant, quibus poſſunt. Quam calamitatem ut non inficias ierim expertos, qui tantopere conqueruntur, ita ſuper eadem hîc locorum lamentari velle, næ injuria ſit virtutum illarum, quas hucusq; noſtri laudabiliter explicarunt. Videbimus ex his ipſis craſtino die prodeuntem dexterrimi ingenii, nec minoris induſtriæ juvenem, *Dn. Paulum Hönnium*, *Noribergenſem*; qui cùm „ benè obſervaſſet, quàm grande ſecre„ tum in ſacrario juris ſervaretur, tam„ diu ſibi recluſum illud voluit, donec „ hiſtoriarum, antiquitatis, & eloquen-

tiæ

tiæ ſtudiis initiatus eſſet. Sed quum & hoc ſciret, ſtudiorum ſuorum fructum ſupprimentes parum differre ab iis qui terra conditi in cinerem defluxére; non ultrà formidavit aliorum exemplum ſequi, ac publicè ſpectari. Quamobrem Orationis argumentum ſibi delegit iſtud; *An nova monarchia ſperari poſſit, vel debeat?* Quo quidem tantum abeſt, ut ipſe annorum ſuorum immemor horrenda illa *Politices hodiernæ* ſacra commovere velit, & incedere per ignes ſuppoſitos cineri doloſo; ut jam antè ſignificem, non alium prodire, niſi Hiſtoriarum ſtudioſum: nec afferre aliud, niſi quod mortui apud nos ſine noxa docent. Alioquin non ignari ſumus, quàm in ævi noſtri conveniat juſtiſſima *L. Pauli querela*; quum in Macedonas moturus eſſet, apud Livium: *In omnibus circulis, atque etiam, ſi Diis placet, conviviis ſunt, qui exercitum in Macedoniam ducant: ubi caſtra locanda ſint, quæ loca præſidiis occupanda; quando, aut quo ſaltu intranda*

Macedonia; ubi horrea ponenda; quando cum hoſte manus conſerenda; quando quieſcendum ſit? Ita multum hodiè oris & garrulitatis eſt in narrandis iis, quæ neſciuntur. Quod ſupereſt, *Magnificum Dn. Rectorem, Illuſtres & Generoſiſſimos Dnn. Barones, admodùm Reverendos, Conſultiſſimos, Excellentiſſimos, Clariſſimos Dnn. Profeſſores, Nobiliſſimos, Eximios, Præſtantiſſimos, Doctiſſimosq́; Dnn. Studioſos*, ea, qua par eſt, obſervantia & honore rogo, ut craſtino die, IX. matutina, honorifica præſentia ſua benevolentiam nobis teſtari, & laudati Juvenis ſtudia magis magisq́; accendere velint.

Chriſt. Adamus Rupertus,
Hiſt. P. P.

COR-

CORVUS HIANS DELUSUS, SIVE DE NON SPERANDA NOVA MONARCHIA ORATIO.

MAgnifice Dn. Rector, Perilluſtres & Generoſiſſimi Dnn. Barones, admodùm Reverendi, Conſultiſſimi, Excellentiſſimi, Clariſſimiq; Dnn. Profeſſores, tuq; Nobilitate generis virtute atq; Eruditione florentiſſima ſtudioſorum corona:

Verſantem me his diebus non injucunda lectione in opuſculo Lipſii de Conſtantia, & ad eum locum (quo fatali imperiorum periodo oſtenſa, poſt multam exemplorum congeriem Scythas ſive Turcos adeſſe jubet, & potenti manu habenas paullisper temperare Aſiæ atque Europæ; mox verò iſtos ipſos diſcedere, & ſceptrum illi ad Oceanum genti relinquere. *Fallor enim?* inquit, *an Solem*

Digitized by G

neſcio quem novi imperii ſurgentem video ab Occidente) ad hunc, inquam, locum delatum ſingularis propemodùm morandi cupido inceſſit, & quò mentem Viri Cl. penitiùs cognoſcerem, quasdam veluti ad *refectionem* inducias ineundi. Illicò enim animum ſubiit, quod omnes ſapientiæ antiſtites monent, non tàm fulgura, monſtra, aves, ſidera, aliaque id genus anxia contemplatione obſervanda, quàm hæc talia verè divina prudentum præſagia; quæ cùm ab altiori ſede deſcendant, non tàm intimioris prudentiæ arcana proponunt, quàm ad reconditiores curas animos legentium ablegant, adeoque multis, quod dicitur, paraſangis inanes Hetruſcorum vaticinationes præcurrunt.

Quanquam verò, ad eruendum verborum ſenſum, non tàm longa multaque cogitationum exerratione opus erat, quum in nullo vis ac felicitas ingenii Lipſiani luculentiùs appareat, quàm in illa, monſtro ſimili, PERSPICUA BREVITATE;

TATE; hoc tamen ſecundam & tertiam intentionem flagitabat, num tanti judicii vir pulcerrimæ & ſolidæ Hiſpaniarum purpuræ novam laciniam adſuendam ex animi ſententia putarit? Quid enim? Immenſa Hiſpaniarum potentia ſupra orbis terminos, ſupraq; extremas pœnè humani metas ſuperba tropæa fixit; militem, claſſes, opes, quidvis & quicquid deniq; ad ſui oſtentationẽ pertinet, benigna Fortunæ indulgentia poſſidet; ut ad conditionem ſimilium ea collata, ex mente ſapientiſſimi Scipionis, qui conſervatam quàm auctam remp. maluit, ac Cenſor in ſolemni precatione vovit, obtinendæ felicitatis potius, quàm augendæ dominationis votum Hiſpanis candidiſſimus ac fideliſſimus quisque ſuaſurus ſit.

Et hîc Lipſius ad totius orbis imperium, quale diſpenſatrix regnorum Divina Providentia tribus olim gentibus, & poſtmodum Septimontio, ejusque adoptivæ Inclutæ Nationi Germanicæ conceſſit, Occidentem etiam nunc advocari

Digitized by Google

ab ipſa tàm indulgenti Fortuna ominatur. Præterea mirabar, illum hujusmodi omnibus ultrà confidere potuiſſe, poſtquàm de Carolo V. qui regum Europæorum maximus, viribus etiam totius Hiſpaniæ & Italiæ ſubnixus, Germaniæ, Galliæ, & Tuneti victor, terror Solymanni, pulcerrimam & occaſionem & facultatem præ ceteris habere videbatur, *vaticinium Hieronymi Balbi Gurcenſis Epiſcopi* fefellerat, quo tota Europa pacata, & exciſis Turcis Tartarisq; Romam reſurrecturam, ac triumphantis cum fratre Ferdinando Caroli ſedem fore, ipſi Imperatori perſuadere conabatur.

Sed dum hæc talia mecum, ecce non ſolius Lipſii, ſed & aliorum recentiorum complurium ſententiam, ipſorumque inſuper Hiſpanorum animoſam ſpem ſolicitaſſe me deprehendo. Tùm enim iſta Pighiana: *DEUM O. M. poſt Romanum imperium ſocordia & impietate Principum in Occidentem diu collapſum nova denuo maxima Monarchia ſecura fundamenta*

menta ſubſtruere in Hiſpaniarum Rege decreviſſe, cujus potentia Catholicam fidem Romanam, juſtitiam, pacemq; ſuam per omnem terrarum orbem denique propagare queat; ejusq; decreti magna hoc ævo noſtro indicia atq; præclara rei præparamenta videri: tùm his conveniens *Campanellæ liber* de mediis, quibus Hiſp. Rex imperium totius orbis acquirere ſibi posſit: tùm *gemini* potentiſſimi Hiſpan. Regis PHILIPPI II. *numi* votivi, cuſi ante & poſt partum regnum Portugalliæ A. C. M. D. LXXX. quorum altero orbem terrarum, & ſupra eum equum effrenem cum epigraphe: NON SUFFICIT ORBIS; altero eundem orbem, cui inſcriptum: RELIQUUM DATUR, repræſentante, non quieturum ſe profitetur, dum Indiam Orientalem Occidentali adjiciat; ea adjecta per Albanum, vel potius ipſius aſſentatores, reliquum orbis ſibi deberi, non obſcurè gloriatur, tùm edictum iſtud, quod eſt apud *Bartholomæum de las Caſas*, in India promulgatum:

gatum: NOTUM FACIMUS OMNIBUS, UNUM ESSE DEUM, UNUM PAPAM, ET UNUM REGEM CASTELLÆ, QUI HARUM RERUM EST DOMINUS: STATIM ACCEDITE AD AUCTORAMENTUM LEGE CLIENTELÆ: denique omnium apertiſſimè alius quidam numus Indicus Philippi II. faciem antica; & hanc inſcriptionem præferens: PHILIPPUS HISPANIARUM ET NOVI ORBIS OCCIDUI REX: poſtica: RELIQUUM DATURA INDIA, hoc eſt, opes Indicæ omnibus munimentis validiores: & præter hæc alia hujuſce commatis innumera ſeſe mihi obferebant.

Neque verò in ſolos Hiſpanicæ dominationis auctores progreſſum me video, ſed qui eandem Penelopen Leoni Septentrionali deſponſaret, obviam mihi factus eſt *Alſtedius*; & è quorundam Philoſophorum adytis hanc ſententiam produxit: *quatuor monarchias ſecundum*

quatuor

quatuor mundi cardines numerandas, atq; ita primam Orientalem Aſſyriorum, ſecundam Meridionalem Perſarũ & Græcorum, tertiam Occidentalem Romanorum fuiſſe: quartam Septentrionalem futuram in Septentrione, ac per Leonem Septentrionalem conſtituendam. O curas hominum! Videtur autem huic ludioni tanquam præſultor placuiſſe (certè iiſdem alicubi verbis uſus eſt) *auctor* quidam *tractatus de ſulphure*, Coloniæ Agrippinæ impreſſus, qui barbaro anagrammate, *Angelus doce mihi jus*, nomen ſuum obtexere voluit; fortean ut veritatem nugis ſuis obloquentem minore cum indignatione audire poſſet, fatidico an fanatico? ſpiritu plenus: *Jam*, inquit, *illa tempora adveniunt, in quibus arcana multa naturæ revelabuntur. Jam illa Monarchia quarta Borealis incipit. Jam tempora adpropinquant, mater ſcientiarum veniet, majora elucidabuntur, quàm in his tribus præteritis monarchiis factum eſt; quoniam hanc monarchiam plantabit*

DEUS

Digitized by Google

DEUS per unum ex Principibus, omnibus virtutibus ditatum, quem fortaſſe nobis jam tempora produxerunt. Præter hos eodē perſuaſionis vento diſtentus *Guilelmus Poſtellus* Galliam ſuam benè ſpectare jubet, quæ juxta terram ſanctam toti orbi legem ſit datura.

Verum enim verò ut flagrantiora ſemper deſideria hominum ad nova imperia erecta eſſe amant, ita præeminentiam hanc ne miremini etiam alia regna adfectare, eamque ambitioſa ſpe ſibi polliceri; accedente cumprimis adulatorum copia, qui ad unam vel alteram ancipitis belli felicem pugnam blandicellis vaticiniis ſpiritus attollunt, & quò quisque jucundiorem præſumtionem effingere novit, eò promtiores in ſuffragia ſibi vindicat Regum animos; qui *more ingenii humani libentiùs jucunda audiunt, quàm vera.* Mihi A. ſemper arriſit illud Romani Sapientis: *Multi aperta transeunt, condita & obſcura rimantur: furem ſignata ſolicitant. Vile videtur, quicquid patet:*

patet: apertā effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos imperitiſſimus quisq; & in ſecreta irrumpere cupit.

Itaque, declinatis implicitis iſtis & ſinuoſis vaticiniorum biviis triviisque, planam atque apertam viam amplectar, & *quid de nova aliqua monarchia in Europæo orbe ex hiſtoriis præſentiq; rerum ſtatu præſumere liceat*, breviter diſſeram. At quum nulla neceſſitas flagitet, relegata verborum excuſantium ac deprecantium ambitioſa mora, ulteriùs progredior, atque oculis veſtris, quos non ſine favore magno video in me converſos, priſci illius ævi memoriam ſubjicio, qua cum præſenti rerum temporumque facie collata, utrum pari ſucceſſu eam inſtituendæ monarchiæ occaſionem, eaque media, quæ primis illis Aſſyriæ, Perſicæ, Macedonicæ, Romanæq; Monarchiarum conditoribus perquàm bella ac obvia fuere, reges noſtri venaturi ſint, ipſi dijudicabitis.

Jam primùm ut ordiar ab *Nino*, (hunc enim

enim cum Agathia, Oroſio, Euſebio, Diodoro, aliis optimæ notæ chronologis primum conſtituere malumus, quàm cum iis, qui ſuppoſititium Beroſum oletum pro myrrha ſibi vendi patiuntur, *Nimrodum* latronem, & devotam ſervituti à Noacho Chami progeniem) quàm facilè fuit occupare orbis imperium? erat temporum primorum ſtupenda ſimplicitas, arma ignoraſſe, omnem bellandi peritiam ac ſcientiam relegaſſe; ferrumque, quod poſtmodum ingenioſa hominum malitia vindictæ ſubminiſtravit, in humum vertiſſe, etiamnum hodiè propria ac peculiaris illorum nota creditur.

Nihilo majori negotio incrementa ſumſit & *Perſarum dominatio*, quibus iviſſe in ſuffragia dicas & Monarchiam decreviſſe poſtremam illam Aſſyriæ & Babyloniæ Regum ſcabiem; qui ſanè ad futurorum ſeculorum invidiam imperare poterant, niſi ipſi imperio ſuo invidiſſent decapillorum decore, quàm ſubditorum ſalute ſolicitiores.

At for-

At fortaſſe nimis magno conſti-
tiſſe *Alexandro* ſuum imperium quis pu-
tet, ſi magnos, Reges Regum, participes
ſiderum indigitatos olim Perſiæ Monar-
chas audiat. Specioſa hæc, & ad terro-
rem magis facta nomina; & ut ædifici-
um quantumvis turribus prodigioſæ "
molis pinnisq; ſuperbè eminentibus "
adornatum, fulcra verò ac fundamen- "
ta minus rectè locata habens, præceps "
in ruinam feſtinat; ita non potuit non "
collabi Perſarum monarchia, cujus "
fundamenta infirma fuiſſe ea primùm "
tempeſtate, qua potentiſſimus Rex "
Xerxes fruſtrà tentavit Græciam, cœpit
agnoſci; ſiquidem una iſthac pugna, ſi
per gradus ſuos infelicitatem ſubduca-
mus, receſſere primùm victoria, dein fe-
licitas, poſtmodùm infelicitatis comes
exiſtimatio bona, non ſecus ac in alto na-
vigantibus terræ urbesque paullatim re-
cedunt. An igitur tanti laboris, Tri-
ballorum reguli copiolas, & neſcio quæ
teſqua portiunculæ cujusdam ſive appen-

Digitized by Google

dicis Illyrici exuperare? An Helleſponti paucisſimorum ſtadiorum anguſtias, & à Xerxe ante contabulatas transfretare? An Darium, *mulierum*, ut ait Livius, *ac ſpadonum agmen trahentem inter purpuram atq; aurum enervatum fortunæ ſuæ apparatibus, prædam veriùs quàm hoſtem devincere?* Quod ſanè avunculus ipſius, bellum Italicis nationibus facturus, ſentiens: *ſe quidem ad Romanos ire*, infit, *quaſi in ἀνδρωνῖτιν, Macedones verò adverſus Perſas quaſi in γυναικωνῖτιν.*

Quamobrem ſolam *Romam* in comparationem vocare nobis placet, reputantibus, quantis ærumnis ad ſublimitatem hanc enixa ſit; quantum ſanguinis humani potarit, & de ſuo viciſſim propinarit; quàm ab ipſo interitu vix quatuor aut ſeptem digitis ſæpè remota fuerit. Erexit caput, ſemper aliquid triſte adglutinante invida illa hera, quæ cùm faſtigio proxima videbatur; mox brevi confinio præcipitio proximiorem videri voluit, non diſſimilis arboribus illis, quas appro-

pin-

pinquante homine aut animali ramos "
constringere ajunt, recedentibus pan- "
dere. Toties flammis feralibus cremata & tantùm-non Trojano fato exuſta, inſtar Phœnicis reddita juventute revireſcens, abſterſis mox favillis ex ipſo rogo ſemiviva caput erexit, & victa victores obtutu mutuo hærentes, imò umbram magis, quàm redivivam credentes, indignabunda ſub jugum miſit. Toties cadaveris in morem diſcerpta ac fruſtillatim lancinata viſcera omnia ac membra mox coaluere, ut quod verbi pœnè periculo dixerim, Virbia rediviva facta ſit.

Sed ut ab eo tempore, quo de imperio orbis terrarum cogitare cœperunt, occaſiones Romanorũ cum noſtris conferamus, cœpiſſe illud tùm, cùm bello Punico II. premerentur non obſcurè innuit peritiſſimus militiæ Scipionis comes, quum Agelaum Naupactium in concilio Ætolorum graviter diſſerentem exhibet; *Neminem eſſe, quamvis mediocriter in rep. verſatum, quin videat jam nunc*

Digitized by Google

nunc ſive Carthaginienſes vicerint hoc bello Romanos, ſive Romani Carthaginienſes, non eſſe ullo modo ſimile veri, Italiæ aut Siciliæ imperio victores fore contentos: ſed conſilia & vires ſuas ulterius, quàm eſſet optandum, porrecturos. Annibalem igitur tùm temporis graviſſimum hoſtem habuit Roma, virum animi ingentis, & de quo rectè cenſuit Nepos, *ut P. R. omnes gentes virtute ſuperaverit, non eſſe inficiandum; Annibalem tantò præſtitiſſe ceteris Impp. prudentia, quantò P. R. fortitudine antecedat cunctas nationes.*

Ut verò gravis ac terribilis ille ſit, quid ſolus adverſus equitum peditumq; tàm formidoloſas nubes, quæ univerſo orbi terrarum tempeſtatem denunciare poterant? Vix enim rectiùs P. R. ſiſtere vobis potero, quàm veluti claſſem aliquam ſtupendæ magnitudinis, civitatum, ſociorum, fœderatorum, provinciarum, coloniarum navibus concomitantibus in altum promoventem: ipſum verò Annibalem quaſi cymbulis, quas in-

tem-

tempeſtivè exciſæ arbores, & omnia non penſatis vitiis componunt, oberrantem, tantò omnibus ſubſidiis deſtitutum, quantò adverſariorum claſſis erat refertiſſima. Antiochus & Philippus Reges dum eos auxilia poſcit, tantum negotium vel à ſe planè ſpernunt, & exequias funeratæ Carthaginis ſuperbè euntes, Romanos ſecurè ſpectant; vel ſerò excitati mox altiſſimo ſomno rurſus corripiuntur. Nimirum quod in Tagetis Tuſci libb. ſcriptum teſtatur graviſſimus auctor Amm. Marcellinus, *Vejovis fulmine mox tangendos adeò hebetari, ut nec tonitru, nec majores aliquos poſſint audire fragores*; eodem Antiochus ſauciatus non poterat audire egregiè ſuadentem Annibalem, quem Fortuna fecerat ſurdum.

Igitur cum ad victoriam vel hæc oſcitantia plurimum momenti Romanis attuliſſet, dubitare tamen cogor, an non plus illi debeant Hannonis factioni, & obtrectatorum invidiæ, qua conatus Annibalis omnes ſupplantante ac interver-

tente

tente graviſſimus P. R. hoſtis linquitur ſub cultro, & auxilio, ope, terra mariq; deſtitutus velut *ereptis elephas inglorius errat Dentibus.* Extat ipſius Annibalis, poſtquam duriſſima vox Legatorum Carthaginienſium palàm ex Italia revocantium, auribus ejus acciderat, veriſſima querela: *Vicit ergò Annibalem non P. R. toties caſus fugatusque, ſed Senatus Carthaginienſis obtrectatione atque invidia; neq; hac deformitate reditus mei tàm P. Scipio exultabit atq; efferet ſe, quàm Hanno, qui domum noſtram quando alia re non potuit, ruina Carthaginis oppreſſit.* Hoc modo *ceſſit Annibal, præmiumque victoria Africa fuit, ſequutusque Africam terrarum orbis.* Quem enim puderet poſt Carthaginem vinci? quem ab Annibale ſejunctum formidare potuit P. R?

Et hanc incrementorum Romanorum cauſam adeò non diſſimulavit Livius, ut ad potentiſſimorum Regum ſocordiam, velut exultans, novi belli narrationem his verbis auſpicetur: *Non tàm in tem-*

tempore Punicum bellum terminatum erat, ne ſimul cum Philippo foret bellum, quàm opportunè jam Antiocho in Syria molient bellum Philippus eſt ſuperatus. Ille ipſe Antiochus ſatis habuit, magnos tumultus concitaſſe, Elymæos, Dahas, Medos, Caduſiosque, quid aliud niſi multa nomina, paucos viros? latebris ſuis eruiſſe. Alius ex incondito illo barbararum gentium agmine nihil præter jaculum habere, alius funda ſaxa librare: multis nec arma quidem eſſe: quum ex adverſa parte ſtarent, quorum à prima adoleſcentia vita omnis in armis, honos omnis ab armis erat. Nemo enim hîc ad Remp. accedere, aut magiſtratus capere poterat, niſi decem annos militaſſet. Stabant hîc non milites, ſed qui ſinguli duces viderentur; quorum animis usque & usq; campeſtres meditationes obverſabantur, quas ut benè ſe didiciſſe quisque confiſus erat ita coràm duce probare non verebatur. Ingens tunc fiducia ſui, & alacritas & dexteritas mira conſpiratione coire videbantur.

Nunc verò conſiderate, ſi lubet, & conferte bellos hoſce P. R. adverſarios cum hodierna Europæorum vigilantia; aut ego fallor aut nihil quicquam tàm grave tàm magnum Romanis eveniſſe dicetis, quod noſtris hodiè etiamnum Regibus evenire non poſſit. Quid enim? an parili veterno ullam gentem ſeculo noſtro torpere videmus? an quicquam tàm occultè, tàm ſubdolè moliri quis, quam Regum poteſt, quod oculatiſſimi illi Argi minus obſervent, adeoque in tempore ſuſpicioſè detorquere laborent? Quamvis enim latere me nequeat, reperiri nonnullos, quos nulla gens, nullum jus abſolvet, non poſteritas accuſare deſinet, homines degeneres, impios, ac omnium poſt mundum conditum ſceleratiſſimos, qui pecunia corrupti, vel intempeſtivo zelo ſuccenſi, faſces & ſecures & tyrannidem, non modò illuſtribus Germanorum familiis, ſed & Turcicis mancipiis intolerabilem accerſere conantur, ac patriæ ſtudioſos tanquam libertati in-

ferias mactare: tamen pluribus ad priſcam virtutem erectis obverſatur etiamnum majorum decus, & libertas has ferè voces commendare videtur; Germani, " Germani, nulla unquam gens tenaci- " us me cuſtodiit, preſſius tenuit, religi- " oſius majoribus veſtris conſervavit. " Quæ enim bella aciesq; pro me ſuſti- " nuere, quas cædes intulere, accepere? " Quàm & *ipſe* deterior ſexus *labantes* " *jam & inclinatas acies conſtantia pre-* " *cum, & objectu pectorum, & monſtra-* " *ta comminus captivitate, felici ſucceſſu* " *reſtituit.* Habet, habet, niſi vigilatis, " & fruſtra, ò mei, amiſſam olim deplo- " rabitis, nunquam recuperabitis. Non " enim tàm fortitudinis aut gloriæ, ubi " cedentes meritò erubeſcatis, quàm ſa- " lutis & libertatis cura eſſe debet, quam " niſi defenditis, ignaviſſimi omnium & " timidiſſimi videmini. Magni profectò ſunt A. Libertatis cohortantis ſtimuli, quæ non tàm vigilantiſſimos, quàm pugnaciſſimos reddit Europæos; qui cum

& cœlo inſuper, ſolo ſaloque animentur, illibatum hùc usque Libertatis florem haut alii genti ultrò ceſſuri ſunt.

At ne longiùs tergiverſari videar, rectà digitum intendo ad noſtros Principes civitateſque. Quo quidem in argumento etſi plerique cuſtoditiùs & mi-
„ nùs levato velo agant, ſimiles pictori-
„ bus, qui cum virginem velatam pin-
„ gunt, non ignorant ideò quæ latent,
„ non profectò magis quàm ſi nudam depinxiſſent; tamen è Guicciardino, aliiſque, ſingularem in iis ſuſpicionem ac vigilantiam cùm nudare haud dubitarit πολιτικώτατος Auſtrius, nulla religio me prohibet alieno ore loqui: *Nolunt*, inquit ille, *eas eſſe Imp. opes, quibus ingratiis ad imperata facienda cogi poſſint, imò nec in tempore, nec juſtis viribus, in bello Turcico Cæſari adeſſe; quòd vereantur, ne is recuperatum Hungariæ regnum non imperio ſed ſuæ familiæ vindicet, & hoc modo major virium Auſtriacarum jam ante formidandarum acceſſio fiat. Et M. An-*

tonius Gratianus, Germanis objectos Turcis fines tueri, quàm proferre malle ait; & audacius fortiusque alius: ſatius eſſe Germanis atque optabilius amittere Viennam, quàm recuperare Budam.

Jam ut Sereniſſimis Principibus noſtris conſanguinitate, ſic potentia & ſplendore nominis conjunctiſſimi Hiſpan. Reges, cùm primùm eorum arma fulgurant, quàm uberem ſuſpicionum materiem præbent? Dicam ejusdem Politici verbis: *Ubi ſcribi ab illis miles cœperit, omnes ſibi inſidias ſtrui arbitrantur. Nam potentia Regis, & genti innata ambitio, & affectati orbis terrarum imperii opinio, etiam inania credibilia faciunt, &c.* Secundùm hoc ampliſſimum regnũ fortaſſean in aliud vicinum Fortunæ luxuriantis miſſilia jaciantur, & in totum Occidentem nominis ſui famam ſpargat nova gens; excitentur alii ad Allienſis diei memoriam, & ad obſeſſi Capitolii titulum ſplendidiſſimas quasque victorias adjiciant; alii ex Scandinavia ſua in-

credibilia copiarum ſuarum examina, per reliquum orbem diffuſa, & vindicias terrarum, ſpoliaque ſuperbienti Romæ detracta, quicquid denique à majoribus fortiter geſtum eſt, ad animum revocent; næ & illi prodigioſam fœderum metamorphoſin, tanquam flumen quoddam inter veniens igni, experientur.

Inter omnes verò Reges, Duces, Principes, ac populos cum maximè lynceus deprehendatur ipſe Pontifex Romanus, nec ſuſpiciones illius inermes ſint, ſed opum magnitudine, ac *quadam divinitatis opinione* apud ſuos cumprimis formidabiles; fieri tàm facile non poteſt, ut, florente illius *Dictatoria vi*, qua pacis bellorumque arbitrium ſibi ſumit, cuiquam Chriſtianorum Principum novam Monarchiam ſperare liceat. Tot ſupe-
„ riorum temporum hiſtoriæ loquun-
„ tur, quàm ad ejus nutum Mars Euro-
„ pæus ſe moverit, vel quieverit; quàm
„ conſtanti æquilibrio modò ruinam
„ illius, modò hujus faſtigium trutina-
rit; ne

rit; ne vel una pars alteri in prædam “
cederet, inſtar libramenti: quod in “
quibusdam fontibus latere putant, id cum
exinanitum eſt, ſuſcitare dicitur & elicere
fontem, quum repletum, morari & ſtran-
gulare.

Itaque aſtutiſſimo conſilio infirmi-
orem & oppreſſam pœnè partem ſemper
propugnat, validiori novos ſubinde ho-
ſtes *velut homines fœneos*, ut Cicero ali-
cubi loquitur, objicit, & nunquam non
vel manifeſtis vel clandeſtinis technis “
vires formidoloſas atterere tentat; “
quæ quò tectiores ſunt, eò difficilius “
evitari poſſunt. Ut enim majus ab “
athleta periculum, cujus oculi ſemper “
fallaci exercitatione in contrarium fixi “
videntur: ita difficulter conjicere li- “
cet, quò occultæ ipſius artes tendant, “
quibus cauſas diſcordiarum ſerit, ut “
vel partes inter ſeſe commiſſæ conſu- “
mantur, aut ſaltem occupatæ in everſi- “
onem Pontificiæ ſedis conſpirare ne- “
queant; quam veluti ſuper lapides ſtru-

ctam non niſi mutua fornicatione ſibi adſtante conſiſtere poſſe animadvertit.

Ut verò ab ovo, quod ajunt, omnia repetam, quum Pontifices magnis ab Impp. primis beneficiis onerati potiùs quàm honorati eſſent, more ingenii humani, (quod ſpes improbiſſimas complectitur, inſperata conſecutum,) ſemper à magnis ad majora gradum fecere. Neq;
,, enim aliter ad templi olim Dianæ E-
,, pheſiæ perfectionem à Regibus totius
,, ferè orbis concurſum puto, quàm ad
,, Rom. ſedis dignitatem ſtabiliendam;
,, cui benigna majorum pietas tantum
,, detulit, ut non cum aliis, ſed ipſi ſecum
,, certare viderentur; quum devotio-
,, nem quisque Papali ſanctitati probare
,, contenderent, crederentq;, quicquid
,, ſibi applicuerit, reddi magis magisq;
,, ſacrum ac venerabile. Sed gravis erat ipſa beneficiorum memoria, cùmque nihil acerbius videretur Pontifici, quàm Imperatorem agnoſcere Italiæ dominum, eundemque dignitatis ſuæ aucto-

rem,

rem, omnes vires eò intendit, ut Imp. omni in ſeſe Italiamque poteſtate exueret.

Quod conſilium, remiſſa exercitatione virtutis, ac voluptatibus immerſa primorum Impp. ſerie, quàm feliciter ſucceſſerit, manifeſtum eſt, nec opus in imperii dedecore diutiùs immorari. Sed ut ſcelera licet ſuo ſatellitio non dedignata ſit Fortuna, nunquam tamen ſecura eſſe poſſunt; nec legum cuſtodem diligit, qui in leges peccavit: ita quum ex imperio noſtro ultor & aſſertor metueretur, Imperatori ſemper bellum ex bello, negotium ex negotio Pontificum aſtutiâ natum eſt, quò facilius Romæ & Italiæ obliviſceretur.

Ubi quies in Europa videretur, relatum de Chriſtiano nomine in ſanctiſſimis illis terris, quæ Servatori cunas & tumulum dedere, à barbarorum tyrannide vindicando, nunciata prodigiorum mirandorumque operum multitudo; nō ignaris, qui hujuſce belli claſſicum canebant, poſſe hoc modo vel Imperatorem

rectà in macellum victimæ ritu deduci, vel imperii vires, ab Italia longiùs avulſas, non tàm à Saracenis, quàm locorum iniquitate, fame, ac Græcorum inteſtabili perfidia minui atque exhauriri. Neque fefellit eos unquam ſacerrima ſpes, & expeditionum illarum fructus non ſibi, ſed Pontifici ſalubres experti ſunt præſtantiſſimi diverſarum familiarum Semones, Henrici, Frederici, Welfones, alii.

Poſtea quum ita placitum eſſet DEO, ut præ ceteris gentibus in ſummo honorum ac dignitatum culmine poſita, tot ſceptris coroniſque Imperatoriis fulgeret Auſtriaca, quot in omni retrò Principum claſſe, in annalibus, & genealogiis omnibus reperiri nequeunt; quid ad frãgendam vel in ordinem redigendam Sereniſſimæ Domus potentiam intentatum ab iiſdem vulpibus relictum eſt? quàm ab initio Sereniſſimæ Domus Atlas RUDOLPHUS, cujus pietatem imperio remuneratam nec ipſi Pontificum paraſiti diſſimulant, eaſdem technas exhorruit.

quum diceret, *ſe ab Italia deterreri, quod Cæſarum verſus eam veſtigia læta, magnifica, plenaque bonæ ſpei videret: ſed retroverſa triſtia, miſera, luctuoſa?* quàm iisdem ſtimulis ad ſacrum bellum ſuſcipiendum fodicarunt? quàm ejus filium Albertum I. Bonifacius VIII. is, qui luſtrali anno inſtituto, ſuperbo habitu, Regem ſimul & Pontificem *prælatis duobus gladiis* ſe geſſit, ludibrio habuit, regnum Franciæ nunc offerendo, nunc quod ex incrementis domus Habſpurgicæ ſervitutem timeret, abjudicando? quàm Alberti filium Fredericum III. Cæſarem feralibus odiis & luctuoſiſſimo bello cum Ludovico IV. Bavaro Johannes XXIII. ut amphitheatrali verbo utar, comparavit?

Conqueritur ipſe victor graviſſimis verbis in edicto publico, & quæ perſonatis illis Flaminibus omnem larvam detrahunt: *Cùm Chriſtiani Principes inter ſe diſcordant, tùm verè Romanus ſacerdos eſt. Seditio atque diſcordia Germanorum*

ſalus eſt Romanorum Pontificum. *Et profecto ejus fraude duo rebus impoſiti ſumus, quos ut vel una quidem literula (cum tamen undique aurifugæ atq; vultures ipſius circumvolitarent, templa, fana, ſacras ædes compilarent) in gratiam redigeret, aut ut jure potius vel apud ſe, quàm armis diſceptare hortaretur: tantum abfuit, ut nos ultrò ad bellum civile concitaret. Nullam operam dedit, ut inter nos pacem componeret, imò magis diſcordiam aluit, modò mihi, modò Auſtriaco ſtudebat: nunc Frederico, nunc Ludovico favere ſe ſimulabat, ut quisque imbecillior erat, ita magis huic operam ſuam pollicebatur. Ad conſecrationem ultrò invitabat, per fallaciam utrisque verba dedit, & pronis ad concordiam rurſus arma ſumere perſuaſit.* Hæc oculatiſſimus ille teſtis, quæ vel ob inſidias tam crudeles ac nefarias Pontificem Romanum Auſtriacæ Domui jam tùm poterant execrabilem facere, ſed minor adhuc videri poteſt injuria contra minorem potentiam.

At

Digitized by Google

At poſtquam Maximilianus, Frederici Imp. F. fortunæ alis magis magisq; ſublevatus, & Mariæ Burgundæ nuptiis nobiliſſimarum provinciarum heres factus, poſt Parentis obitum Electorum ſuffragiis omniumq; ordinum votis ſummum orbis Chriſtiani thronum conſcenderat; & famam nominis ſui in tantum explicarat, uti Turcarum Imp. Bajaſites regulique barbari compluresſua ſponte legatos auro, gemmis, exoticisque muneribus pretioſis onuſtos, amicitiæ conciliandæ cauſa miſerint: rurſus in ſupplantando OPT. MAX. Cæſare ad veteratorias artes & ultimæ perfidiæ facinora confugerunt Julius II. & Leo X. Pontifices. Quorum alter, quum Maximilianum & Ludovicum XII. Gall R. in ſocietatem belli Veneti pertraxiſſet, mox inconſulto Cæſare, invito Gallo, contra fidem datam, novam cum Venetis amicitiam iniit. Et quoniam immoderata res perfidia nunquam uni ſceleri acquieſcit, nullis ſuorum conſiliis, nulla iti-

neris & temporis difficultate detritus, contra ducem Ferrariæ, *quod Franciſco nomini ſtuderet*, ipſe copias eduxit; mirantibus plerisque illo ipſo tempore, quo Gallorum Rex quietus per legatos rem adminiſtrabat, *Pontificem in caſtris verſari.*

Ut taceam, quàm idem bellorum artifex, tiaræ ſuæ metuens, Ferdinandum ex Hiſpania, Henricum VIII. ex Britannia *contra Gallum*, ejusque ſocios, *evocarit.* Alter ut dignitatis ſic fraudium Julianarum ſucceſſor, primùm *Gallo infenſus*, Maximiliano & Sfortiæ Mediolanenſium Duci ſtudere, mox fœderis hujus deſertor, ſponſionisque omnis immemor, ac de immortali decore ſecurus, Gallorum amicitiam amplecti, conſtantiſſimo in ſumma hac inconſtantia auctoritatis tuendæ fine. Q. illum Dellium, bellorum civilium deſultorem, qui à Dolabella tranſmiſit ad Caſſium, à Caſſio ad Antonium, ab Antonio ad Cæſarem, ut minimè Romani ingenii virum

execrantur ſcriptores, & hæc religionum ludibria in orbe Chriſtiano exercere primarium illum, ſi DIs placet, Epiſcopum? Itane, qui Chriſtianorum Regum concordiam immane quantum convellit, eum cum Lipſio ſalutabimus *fulcrum aut vinculum, quod ſuſtineat, quod liget labentes aut diſſidentes in male compacto hoc ædificio partes?*

Abſit ſervile crimen adulatio, & ex ipſis Pontificiæ religionis ſcriptoribus liberè conqueramur, ne cum Maximiliani poſteris unquam ſinceriùs egiſſe. Quod enim Carolus à Maximiliano avo ampliſſimi in Germania patrimonii heres, & imperii potitus admodùm juvenis, totam Europam ſpe & fatali potentia complecti videretur, Clemens VII. abolita omni beneficiorum acceptorum memoria, cum regnis ac Rebuspubl. conſilia Cæſarianæ potentiæ ſemper infeſtiſſima agitabat, & cùm *Franciſcum I. Galliarum R.* primùm *acribus odiis proſequutus* eſſet, mox capto illo ad Ticinium,

fortunæ Cæſaris iraſcebatur. Rurſus dimiſſo, nemo ad fœdus contra Cæſarem cum Gallo, Anglo, Venetis aliisque Italiæ Principibus in eundem proniorem ſe præſtitit, quàm idem Pontifex; & cùm in hoc fratrum contubernio Joſephus eſſe vellet, in numis quibusdam expreſſit *hiſtoriam Joſephi*, ejusque fratrum dona offerentium, cum inſcriptione: EGO SUM JOSEPHUS FRATER VESTER. Quanquam poſtea Cæſari de ambigua Clementis fide, multo Italorum ſanguine, & ſuperbiſſimæ urbis ruinis, & ipſius Pontificis ignominioſa deditione ſatis perlitatum eſt.

Quantum deinde bilis Paulus IV. in eandem potentiſſimam domum evomuerit, dum Philippo II. Caroli F. titulum Regis Neapolitani negat, Henricum II. per Carolum Caraffam contra Hiſpaniam ſtimulat, apicem Imperatorium Ferdinandi improbat; quàm inſolenter ſub Maximiliano II. Pius V. creato Magno Etruriæ Duce, Imperii jus invaſerit,

par-

Digitized by Google

partim ex aliis, partim è Thuano novimus; quàm deinde Rudolphi II. victorias Turcicas ejusdem ſucceſſores horrendis conſiliis interpellarint, Electorales literæ ad Sereniſſimum Auſtriæ Ducem, ac poſtea Imper. Auguſtum Matthiam A. C. M.D C. VIII. Dresda miſſæ teſtari poſſunt; ut proinde, quantum facilitatis ambitioſis, & Monarchiam novam ſubinde ſomniantibus ſperandum ſit, ex Germanicæ potentiæ fortuna prudentiſſimus quisque colligere debeat.

Sed quid ſi Romulus iſte redeat ad caſam ſuam? quid ſi Petrus ad ſcapham piſcatoriam? Vereor ne vana ſomniorum & iſthæc ſint; Adultæ enim iſtorum jam vires, nec, quæ tàm in immenſum crevit potentia, convelli ſine convellentium exitio poteſt. Præter hæc quæ de Europæorum vigilantia, tùm de interpoſitione Vaticani Jovis dicta ſunt, etiam in cenſum referre, ac velut in duabus unius libræ lancibus appendere lubet *hodiernam cum veteri Romanorum militia*, ut

inde

inde quoque pateat, quàm diverſi ac diſſimiles conentur idem.

Romani hac in re ſuper omnes gentes, quas debellatum ibant, longo intervallo excelluere: Europæi maximè pares ſunt: Cùm enim duobus maximè noxiis armis inſtrui debeat miles, altero ut cominus, altero ut eminus hoſtem feriat, illi utroque omnes exuperarunt; pilo ſcilicet & gladio, *quæ non plus in onere numerabant, quàm humeros, lacertos, manus: arma enim membra militis eſſe dicebant.* Itaque Germanos etſi animorum magnitudine pares *genere pugnæ & armorũ ſuperatos:* ita Britaños, *parva ſcuta & enormes gladios gerentes, ſine mucrone complexum armorum, & in aperto pugnam tolerare non potuiſſe:* ita *Sarmatas arma cataphractarum pondere inhabilia, ſibique perniciosa, geſtaſſe, Romanum verò militem facili lorica, & miſſili pilo aut lanceis aſſultantem, ubi res poſceret, levi gladio inermes cominus fodiſſe,* novimus è ſcriptis hiſtoricorum ocelli Cornelij

Taciti,

Taciti. Ita denique immane omnium gentium robur ob ſolam tractandorum armorum peritiam exiguis Romanorum viribus tàm facilè attritum eſt, quàm ſanguine hircino adamantem emolliri ajunt. At hodiè paria ubique arma, par armorum tractandorum peritia, ubique fulmineæ bombardæ inventum; quæ ſi veteribus excogitata fuiſſet, Troëm à Rutulo, Achillem, Alexandrum, Herculem à Therſite, Romanos ab Aſiæ Syriæque mollibus bello viris parùm diſtinxiſſet.

Jam de pugnæ genere quid dicam? Africana monſtra aut Americana prodigia militibus noſtris deſcribere videar, quando æmulos illos C. Cæſarem & Pompejum, quorum uterque ſolus potiùs, quàm primus eſſe ſtudebat, ſingulis velut ictibus bella transegiſſe dicam. Illum enim non integro *quinquennio* ferè *trecentos* populos; hunc Pontum, Armeniam, Cappadociam, Mediam, Iberiam, Syriam, Ciliciam, Meſopotamiam, Arabiam, Judæam ſubjugaſſe conſtat ex Annalibus Romanis. Ho-

Hodiè non tàm facilè debellatur, & ſolenne plerunque noſtris ducibus cunctando potius, quàm armis viribusque ulciſci hoſtem. Raro ad prælia itur, plerunque ad velitationes, in quibus tanquam in ſcena ſubſiſtitur. Scenam dico, in qua plurimùm differt à vero certamine bellum, oblectationis cauſa geſtum. Quanquam interea non ignoramus, æraria exhauriri, militem otio laſcivire, paupertatem & excidium miſeris civibus intentari, terris cultiſſimis vaſtitatem inferri, ruinis in tecta innoxia muroſque ſæviri, & nihil in commune aut ſummam rei conſuli.

Ceterùm uno olim propugnaculo univerſæ regiones defendebantur, quo expugnato, quaquà patebat, liberrimus erat tranſitus: ita enim Cremonam contra Gallos, trans Padum agentes, & ſi qua alia vis per Alpes irrueret, habuere Romani; ita Sutrium velut clauſtra Hetruriæ, ita Nepete, hodiè munitiſſimis hujuſcemodi arcibus omnes ferè provin-

clæ in Europa pollent, quæ veluti compedes hoſtium ſunt, quibus ligati diſſiculter ad ulteriora progredi queant.

Et huc usque è profanarum literarum fundamentis, hodierno regnorum ſtatu, ut quidem in hiſtoriis proditus eſt, & textis inde firmo nexu concluſionibus, contra paraſitica quorundam ſuſpicia, diſſertationem meam, ut puto, ſolidavi; cui ſi nihilominus pedarius fautor accedere abnuat, etiam ad Danielis vaticinium ſententiam noſtram librare poſſumus.

Quatuor tantùm Orbis terrarum imperia Coloſſi & 4. animaliũ olim imagine maximo & ſanctiſſimo viro præfigurata, & ab eodem ad ſequentem poſteritatis memoriam literarum monumentis conſecrata, nemo neſcit; ſed per caput ex auro optimo in ſtatua, & leonem cum alis aquilinis, primam principemq; Aſſyriorum Monarchiam deſignari; dein Coloſſi pectus & argentea brachia, nec non Urſum tres coſtas, ſive triplicem denti-

dentium ordinem, intra oris ſeptum complexum, Darii & Cyri imperium ob triplicis Babylonici, Perſici & Medici regiminis confuſionem repræſentari; tum horum vicem ventrem & femora ærea, ſeu Pardum cum alis in dorſo IV. ſubire, id eſt, Alexandrum M. cum ſucceſſoribus; ac poſtremò ad beſtiam quartam cum dentibus & tibiis ferreis Romanos rerum dominos gentemque togatam, & hinc ad pedes partim ferreos, partim fictiles, Germanos legitimos ſucceſſores devolvi, veterum & recentiorum doctorum unanimis interpretatio eſt. Niſi quod Bodinus, cum pauculis aliis, livore & odio Germanici nominis excæcatus, inveteratum hunc errorem vocat, & vaticinii aliam explicationem comminiſcitur, quæ dubium plus riſus, an miſericordiæ à cordato lectore impetrare poſſit.

Quàm bellum enim & feſtivum hoc eſt, oraculum interpretari de Babyloniis ſtatu, converſione, exitu, quæ in poteſtatem Medorum, Perſarum, Græco-

rum

rum & Parthorum pervenerit, quæque ſæpiùs vaſtata, ac tandem aliquando deleta ſit? Ut hoc tantùm perſequar, quod quartum imperium, hoc eſt, noſtrum concernit, qua convenientia per pedes ex parte ferreos, ex parte fictiles, tum etiam per beſtiam illam terrificam Parthicum imperium notari potuit? & quũ ipſo propheta interprete, de diviſione poſtremi imperii pedes explicandi ſint, ecquam in Parthico diviſionem nobis dabit, quod à primo ad Arſacidarum ultimum unius ſemper hæreditas fuit?

Non minoris fatuitatis eſt, Babylonis ſtatum aliquem agnoſcere ſub Græcis & Parthis, quam Propheticæ imprecationes Perſis adhuc imperantibus adſlixerant. Et quum poſtea Seleucia Nicanoris auſpicio condita, urbis incrementis invaluiſſet, ipſa priſci etiam ſplendoris umbra viduata in nullo ampliùs numero erat; & indigna de qua certarent Reges, vel commentarentur ſcriptores, penè in oblivionem abiit.

Nec

Nec aſſequimur, quomodo, ſtante ipſius prophetici textus aſſertione, *quartam beſtiam cum mundo perituram*, per hanc ipſam intelligere poſſimus Parthos, qui jam ante mille quadringentos annos ab Artaxerxe Perſa penitùs everſi ſunt? An etiam tàm terribile fuit Arſacidarum ſolium, ut cum eo quarta beſtia comparari poſſit, quod nec Aſſyriorum nec Perſarum, nec Macedonum gloriam ſupergreſſum, ſatis habuit, Syromacedonas frangere, libertatem ſuam tueri, maximam verò Orientis partem Romanis poſſidendam relinquere? nec potiùs de his ipſis vaticinium capiemus, quorum armis potentiſſimi Europæ, Aſiæ atque Africæ Reges devicti, faſcibus ſubjecta ſceptra, reverentiæ mancipati ipſi Parthorum Reges? Hoc enim ex Octaviani Cæſaris hiſtoria didicimus, Parthos cum Romanis hoc genus fœderis admiſiſſe, ut ipſi majeſtatem imperii Romani comiter conſervarent, & eorum legati apud Tacitum *veterem ſibi ac publicè captam* præ-

 dica-

dicarent *cum Romanis amicitiam : ſubveniendum ſociis, virium æmulis,* CEDENTIBUSQUE PER REVERENTIAM. *Ideò Regum obſides liberos dari, ut ſi domeſtici imperii tædeat, ſit regreſſus ad Principem patresque, quorum moribus adſuefactus Rex melior adſciſceretur.*

Quibus verbis ad amuſſim reſpondet vetus quoddam monumentum Romanum, in quo obſides deprehenduntur SERASPADANES, (perperàm aliis dictus SARASPADES) PHRAATIS. ARSACIS. REGIS. REGUM. F. PARTHUS. & RHODASPES (malè iisdem CEROSPADES) PHRAATIS. ARSACIS. REGUM. REGIS. F. PARTHUS.

Ita ſacrum codicem inquinatiſſimis manibus tractavit, & in monſtroſos inconditosque ſenſus contorſit Gallus ille, quò tot veterum & recentiorum, tàm eventu ac textus evidentia validam tàm ipſi Joſepho, ad cujus auctoritatem impudentiſſimo animo provocat, comproba-

tam, quum ait, *Danielem de Romanorum quoque imperio vaticinatum*, vel omninò ſubrueret, vel ſuſpectam faceret ſententiam. Quanquam & ipſe tandem explicationi ſuæ diffidens, & ſibi & aliis abſtinentiam ſuadet ab obſcuris & abditis; nec non *Calvini reſponſum* hìc uſurpare jubet, qui *de libro Apocalypſeos* ſententiam rogatus, ſe penitùs ignorare profeſſus eſt, quid vellet tàm obſcurus ſcriptor; quod nos quidem parùm moratur. Etenim & ipſe Salvator noſter ad accuratam in Danielis ſcripta inquiſitionem non uno loco cohortatur: & Paulus, Antichriſti typhum faſtumque intolerabilem perſtringens, res & verba è Daniele quaſi commodatò ſumit.

Igitur meliorem interpretum partem ſequutus, Vos ego nunc compello, quos regna ſua non capiunt, & in terrarũ, terrarũ autem? imo fidei, religionis, & juſtitiæ, & Chriſtianæ caritatis perniciem faſtus & adulatorum copia ſtimulant. Veſtræ utilitati Danielis cor cœlitùs adflatum,

ſtatum, & Sancti Spiritus dictamini manus calamusque ſummiſſus, ne quid vaſta ſpe complexi. cui DEUS O. M. non addixiſſet, juſtæ Nemeſi & ipſi ſuccumberetis. Stabit, ſtabit imperium Romanum, cujus dignitatem *Carolus Magnus, non in Gallia natus*, ut Bodinus ſine auctoritate ſtatuit, *ſed in Thuringia, circa flumen Unſtrud*, ut ipſe Carolus in antiquo diplomate fatetur, virtute ſua, & favore Populi Romani, trans Alpes latam in Germaniæ ſinum abdidit, *donec antiquus dierum ſeſſurus eſt ad judicandum.* Cujus vaticinii reſplendentia, ut verbo B. Auguſtini utar, quum non deeſſet magnis paganorum ingeniis, hinc blanditiis illis orationem Jovis condivit Virgilius ad Junonem:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
IMPERIUM SINE FINE DEDI.

Hinc frequentes monumentorum inſcriptiones, IMPERII PERPETUITAS, ÆTERNITAS, & narratio illa de con-

Digitized by Google

tumacia Numinum, quod quum Tarquinius Priſcus Capitolium extructurus, multorum Deorum aras in fundamentis repertas exaugurare vellet, & unumquemque illorum, attributis avibus conſuleret, num patri Jovi cederet; cedentibus ceteris omnibus ſolæ Termini & Juventatis aves portenderint, NON PATI DEOS ILLOS MOVERI SE.

Quanquam nec hîc omnium favorem nobis ſpirare novimus, qui, quod de imperii æternitate diximus, vel oraculis contrariis, vel ipſius Romæ deplorando cadavere, deſtructum eunt. Jam enim Tiberii temporibus antiquum vaticinium pervulgatum fuiſſe, apud Dionem legimus, FINEM ROMANI IMPERII IMMINERE, quum bello civili Vitelliano Capitolium eſſet exuſtum, hujusmodi oraculi fama excitati Galli, Germanique, jamjam FINEM ADESSE, clamabant. *Captam olim à Gallis urbem, ſed integra Jovis ſede manſiſſe imperium. Fatali nunc igne ſignum cœleſtis iræ datum,*

tum, & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi.

Denique ab eo tempore Cæſarum inertia ita decoxit, & armis civilibus ſæpè furioſiſſimè motis ita robur omne amiſit, ut tandem Gothicæ felicitati ſuccumbens nihil nō incōmodorum experiretur, quæ in Trojano excidio Poëtarum ingenia invenere. Non me fugiunt iſta, & honorem inſuper habeo illis ipſis oraculis, quæ, ne pagani more ſuo de invidia conqueri poſſent, Deus T. O. M. cum iis etiam per Sybillas & alios vates liberaliter communicavit.

Quorſum enim referemus Sibyllinum iſtud apud Ciceronem, DE REGE VENTURO, ejusque interpretationem, *Homines aliter ſalvos eſſe non poſſe, nisi eundem Regem exciperent?* quod malé interpretatus Corn. Lentulus, Catilinæ ſeſe junxit. Quorſum illam veterem perſuaſionem, quæ, verbis Taciti, pluribus inerat, *antiquis ſacerdotum litteris contineri, ut valeſceret Oriens,*

tumacia Numinum, quod quum Tarquinius Priſcus Capitolium extructurus, multorum Deorum aras in fundamentis repertas exaugurare vellet, & unumquemque illorum, attributis avibus conſuleret, num patri Jovi cederet; cedentibus ceteris omnibus ſolæ Termini & Juventatis aves portenderint, NON PATI DEOS ILLOS MOVERI SE.

Quanquam nec hîc omnium favorem nobis ſpirare novimus, qui, quod de imperii æternitate diximus, vel oraculis contrariis, vel ipſius Romæ deplorando cadavere, deſtructum eunt. Jam enim Tiberii temporibus antiquum vaticinium pervulgatum fuiſſe, apud Dionem legimus, FINEM ROMANI IMPERII IMMINERE, quum bello civili Vitelliano Capitolium eſſet exuſtum, hujusmodi oraculi fama excitati Galli, Germanique, jamjam FINEM ADESSE, clamabant. *Captam olim à Gallis urbem, ſed integra Jovis ſede manſiſſe imperium. Fatali nunc igne ſignum cæleſtis iræ datum,*

tum, & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi.

Denique ab eo tempore Cæſarum inertia ita decoxit, & armis civilibus ſæpè furioſiſſimè motis ita robur omne amiſit, ut tandem Gothicæ felicitati ſuccumbens nihil nõ incomodorum experiretur, quæ in Trojano excidio Poëtarum ingenia invenere. Non me fugiunt iſta, & honorem inſuper habeo illis ipſis oraculis, quæ, ne pagani more ſuo de invidia conqueri poſſent, Deus T. O. M. cum iis etiam per Sybillas & alios vates liberaliter communicavit.

Quorſum enim referemus Sibyllinum iſtud apud Ciceronem, DE REGE VENTURO, ejusque interpretationem, *Homines aliter ſalvos eſſe non poſſe, niſi eundem Regem exciperent?* quod malè interpretatus Corn. Lentulus, Catilinæ ſeſe junxit. Quorſum illam veterem perſuaſionem, quæ, verbis Taciti, pluribus inerat, *antiquis ſacerdotum litteris contineri, ut valeſceret Oriens,*

profectiq́, Judaa rerum potirentur? quod & Suetonius & Joſephus memoriæ prodiderunt: ſed uterq́; cum Tacito denſa caligine circumſeptus, vel etiam temporibus inſerviens, de Veſpaſiano intelligendum cenſuit, quum eſſet de JESU CHRISTI ſalvifico adventu, & regno, æternùm duraturo? Ita nec iſta, quæ ſententiæ noſtræ obverſa ſunt, de vano hauſta volumus; ſed aliter ſaltem explicamus, & cum illis prodigiis conjungimus, quæ tempore ſuo accidiſſe ſcribit Plinius, *ut amnes retrò fluerent, & in prædiis Vettii Marcelli equitis Romani oliveto, univerſo viam publicam transgreſſo, arva inde è contrario in locum oliveti proficiſcerentur.*

Nimirum hæc & alia non Romanæ dominationis, ſed idololatriæ finem & rerum in meliorem ſtatum converſionem & loquebantur & portendebant. Quæ quidem eventus ſtatim comprobavit, quum Chriſtiana pietas Judææ limites egreſſa per totum orbem terrarum ſplen-

ſplendorem ſuum longè lateque ſereret, non ſine magno gentium dolore; è quibus Tacitus in hoc eccleſiæ incrementum diriſſimum carmen evomens, *Auctor nominis ejus* (Chriſtiani) inquit, *CHRISTUS. qui Tiberio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat. Repreſſaque in præſens exitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat, non modò per Judæam originem ejus mali, ſed per urbem etiam.* Et Tacito ut familiaritate conjunctiſſimus, ita eodem in Chriſtianos furore percitus, fatetur Trajano, *ſe multitudine Chriſtianorum, quos interfeciſſet, terreri. Neque enim civitates tantùm, ſed vicos etiam atque agros, ſuperſtitionis ipſius contagionem pervagatam eſſe, templa deſolata, ſacra ſolennia inter[illegible], & [illegible]rum rariſſimum emtorem inveniri.*

Sed inter hæc ſcimus, Romanum Imperium civilibus bellis nutaſſe, & inclinari cœpiſſe, tandem etiam ipſam Romam captam: cujus rei non aliam cau-

dentium ordinem, intra oris ſeptum complexum, Darii & Cyri imperium ob triplicis Babylonici, Perſici & Medici regiminis confuſionem repræſentari; tum horum vicem ventrem & femora ærea, ſeu Pardum cum alis in dorſo IV. ſubire, id eſt, Alexandrum M. cum ſucceſſoribus; ac poſtremò ad beſtiam quartam cum dentibus & tibiis ferreis Romanos rerum dominos gentemque togatam, & hinc ad pedes partim ferreos, partim fictiles, Germanos legitimos ſucceſſores devolvi, veterum & recentiorum doctorum unanimis interpretatio eſt. Niſi quod Bodinus, cum pauculis aliis, livore & odio Germanici nominis excæcatus, inveteratum hunc errorem vocat, & vaticinii aliam explicationem comminiſcitur, quæ dubium plus riſus, an misericordiæ à cordato lectore impetrare poſſit.

Quàm bellum enim & feſtivum hoc eſt, oraculum interpretari de Babylonii ſtatu, converſione, exitu, quæ in poteſtatem Medorum, Perſarum, Græcorum

rum & Parthorum pervenerit, quæque ſæpiùs vaſtata, ac tandem aliquando deleta ſit? Ut hoc tantùm perſequar, quod quartum imperium, hoc eſt, noſtrum concernit, qua convenientia per pedes ex parte ferreos, ex parte fictiles, tum etiam per beſtiam illam terrificam Parthicum imperium notari potuit? & quũ ipſo propheta interprete, de diviſione poſtremi imperii pedes explicandi ſint, ecquam in Parthico diviſionem nobis dabit, quod à primo ad Arſacidarum ultimum unius ſemper hereditas fuit?

Non minoris fatuitatis eſt, Babylonis ſtatum aliquem agnoſcere ſub Græcis & Parthis, quam Propheticæ imprecationes Perſis adhuc imperantibus adfixerant. Et quum poſtea Seleucia Nicanoris auſpicio condita, miris incrementis invaluiſſet, ipſa priſci etiam ſplendoris umbra viduata in nullo ampliùs numero erat; & indigna de qua certarent Reges, vel commentarentur ſcriptores, penè in oblivionem abiit.

Nec

Nec aſſequimur, quomodo, ſtante ipſius prophetici textus aſſertione, *quartam beſtiam cum mundo perituram*, per hanc ipſam intelligere poſſimus Parthos, qui jam ante mille quadringentos annos ab Artaxerxe Perſa penitùs everſi ſunt? An etiam tàm terribile fuit Arſacidarum ſolium, ut cum eo quarta beſtia comparari poſſit, quod nec Aſſyriorum nec Perſarum, nec Macedonum gloriam ſupergreſſum, ſatis habuit, Syromacedonas frangere, libertatem ſuam tueri, maximam verò Orientis partem Romanis poſſidendam relinquere? nec potiùs de his ipſis vaticinium capiemus, quorum armis potentiſſimi Europæ, Aſiæ atque Africæ Reges devicti, faſcibus ſubjecta ſceptra, reverentiæ mancipati ipſi Parthorum Reges? Hoc enim ex Octaviani Cæſaris hiſtoria didicimus, Parthos cum Romanis hoc genus fœderis admiſiſſe, ut ipſi majeſtatem imperii Romani comiter conſervarent, & eorum legati apud Tacitum *veterem ſibi ac publicè captam* præ-

 dica-

dicarent *cum Romanis amicitiam : ſubveniendum ſociis, virium æmulis,* CEDENTIBUSQUE PER REVERENTIAM. *Ideò Regum obſides liberos dari, ut ſi domeſtici imperii tædeat, ſit regreſſus ad Principem patreſque, quorum moribus adſuefactus Rex melior adſciſceretur.*

Quibus verbis ad amuſſim reſpondet vetus quoddam monumentum Romanum, in quo obſides deprehenduntur SERASPADANES, (perperàm aliis dictus SARASPADES) PHRAATIS. ARSACIS. REGIS. REGUM. F. PARTHUS. & RHODASPES (malè iiſdem CEROSPADES) PHRAATIS. ARSACIS. REGUM. REGIS. F. PARTHUS.

Ita ſacrum codicem inquinatiſſimis manibus tractavit, & in monſtroſos inconditoſque ſenſus contorſit Gallus ille, quò tot veterum & recentiorum, tàm eventu ac textus evidentia validam tàm ipſi Joſepho, ad cujus auctoritatem impudentiſſimo animo provocat, comproba-

tam, quum ait, *Danielem de Romanorum quoque imperio vaticinatum*, vel omninò ſubrueret, vel ſuſpectam faceret ſententiam. Quanquam & ipſe tandem explicationi ſuæ diffidens, & ſibi & aliis abſtinentiam ſuadet ab obſcuris & abditis; nec non *Calvini reſponſum* hîc uſurpare jubet, qui *de libro Apocalypſeos* ſententiam rogatus, ſe penitùs ignorare profeſſus eſt, quid vellet tàm obſcurus ſcriptor; quod nos quidem parùm moratur. Etenim & ipſe Salvator noſter ad accuratam in Danielis ſcripta inquiſitionem non uno loco cohortatur: & Paulus, Antichriſti typhum faſtumque intolerabilem perſtringens, res & verba è Daniele quaſi commodatò ſumit.

Igitur meliorem interpretum partem ſequutus, Vos ego nunc compello, quos regna ſua non capiunt, & in terrarũ, terrarũ autem? imo fidei, religionis, & juſtitiæ, & Chriſtianæ caritatis perniciem faſtus & adulatorum copia ſtimulant, Veſtræ utilitati Danielis cor cœlitùs adflatum,

ſtatum, & Sancti Spiritus dictamini manus calamusque ſummiſſus, ne quid vaſta ſpe complexi, cui DEUS O. M. non addixiſſet, juſtæ Nemeſi & ipſi ſuccumberetis. Stabit, ſtabit imperium Romanum, cujus dignitatem *Carolus Magnus, non in Gallia natus*, ut Bodinus ſine auctoritate ſtatuit, *ſed in Thuringia, circa flumen Unſtrud*, ut ipſe Carolus in antiquo diplomate fatetur, virtute ſua, & favore Populi Romani, trans Alpes latam in Germaniæ ſinum abdidit, *donec antiquus dierum ſeſſurus eſt ad judicandum.* Cujus vaticinii reſplendentia, ut verbo B. Auguſtini utar, quum non deeſſet magnis paganorum ingeniis, hinc blanditiis illis orationem Jovis condivit Virgilius ad Junonem:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
IMPERIUM SINE FINE DEDI.

Hinc frequentes monumentorum inſcriptiones, IMPERII PERPETUITAS, ÆTERNITAS, & narratio illa de contuma-

tumacia Numinum, quod quum Tarquinius Priſcus Capitolium extructurus, multorum Deorum aras in fundamentis repertas exaugurare vellet, & unumquemque illorum, attributis avibus conſuleret, num patri Jovi cederet; cedentibus ceteris omnibus ſolæ Termini & Juventatis aves portenderint, NON PATI DEOS ILLOS MOVERI SE.

Quanquam nec hîc omnium favorem nobis ſpirare novimus, qui, quod de imperii æternitate diximus, vel oraculis contrariis, vel ipſius Romæ deplorando cadavere, deſtructum eunt. Jam enim Tiberii temporibus antiquum vaticinium pervulgatum fuiſſe, apud Dionem legimus, FINEM ROMANI IMPERII IMMINERE, quum bello civili Vitelliano Capitolium eſſet exuſtum, hujusmodi oraculi fama excitati Galli, Germanique, jamjam FINEM ADESSE, clamabant. *Captam olim à Gallis urbem, ſed integra Jovis ſede manſiſſe imperium. Fatali nunc igne ſignum cœleſtis iræ datum,*

tum, & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi.

Denique ab eo tempore Cæſarum inertia ita decoxit, & armis civilibus ſæpè furioſiſſimè motis ita robur omne amiſit, ut tandem Gothicæ felicitati ſuccumbens nihil nō incōmodorum experiretur, quæ in Trojano excidio Poëtarum ingenia invenere. Non me fugiunt iſta, & honorem inſuper habeo illis ipſis oraculis, quæ, ne pagani more ſuo de invidia conqueri poſſent, Deus T. O. M. cum iis etiam per Sybillas & alios vates liberaliter communicavit.

Quorſum enim referemus Sibyllinum iſtud apud Ciceronem, DE REGE VENTURO, ejusque interpretationem, *Homines aliter ſalvos eſſe non poſſe, niſi eundem Regem exciperent?* quod malè interpretatus Corn. Lentulus, Catilinæ ſeſe junxit. Quorſum illam veterem perſuaſionem, quæ, verbis Taciti, pluribus inerat, *antiquis ſacerdotum litteris contineri, ut valeſceret Oriens,*

ſplendorem ſuum longè lateque ſereret, non ſine magno gentium dolore; è quibus Tacitus in hoc eccleſiæ incrementum diriſſimum carmen evomens, *Auctor nominis ejus* (Chriſtiani) inquit, *CHRISTUS. qui Tiberio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat. Repreſſaque in præſens exitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat, non modò per Judæam originem ejus mali, ſed per urbem etiam.* Et Tacito ut familiaritate conjunctiſſimus, ita eodem in Chriſtianos furore percitus, fatetur Trajano, *ſe multitudine Chriſtianorum, quos interfeciſſet, terreri. Neque enim civitates tantùm, ſed vicos etiam atque agros, ſuperſtitionis iſtius contagionem pervagatam eſſe, templa deſolata, ſacra ſolennia intermiſſa, & victimarum rariſſimum emtorem inveniri.*

Sed inter hæc ſcimus, Romanum Imperium civilibus bellis nutaſſe, & inclinari cœpiſſe, tandem etiam ipſam Romam captam: cujus rei non aliam cau-

ſam exputare licet, quàm ut idololatris, inter ſeſe commiſſis, ipſorum etiam ſuperſtitio non modò auctoritatem, ſed & animam ſuam amitteret; contrà victricia CHRISTI ſigna paſſim erigerentur. Quum jam morte Salvatoris per eximios ſanctitate viros Chriſtiana ſacra in urbem importata, lateque propagata, etiam ab ipſis Impp. colerentur, tamen adhuc præcipui Senatorum *Rufii, Cejonii, Aradii, Turcii, Symmachi, Macrobii, Rutilii* (quod partim ex inſcriptionibus, partim è ſcriptis eorum novimus) patrios ritus, & à majoribus acceptos, tàm pertinaciter tuebantur, & ornabant, ut, quũ Alaricus, Genſericus, & Totila per tot ſecula triumphantem cædibus incendiiſque deformaſſent, idem conſolationis genus, quod poſt exuſtam à Gallis eandem civitatem Florus reperit, uſurpare, & *agere gratias DEO immortali, ipſo tantæ cladis nomine libeat. Dæmonum ſimulacra ignis ille & flamma, impietatem Senatus abſcondit. Incendium illud quid egit aliud, niſi ut de-*

ut deſtinatus veræ pietati orbis à tantis ſua domina flagitiis ac ſceleribus vindicatus & expiatus videatur.

Ipſum verò imperium in principibus ſuis, & iis, penes quos Imperatores ſalutandi jus fuit, etiam quū urbs rueret, conſervatum eſt. An enim excidit, quod aliquot ſeculis antè ex ipſo principis ſapientum penu depromſit Cicero: *Non in parietibus eſſe Remp.* Et quod Otho Imperator aqud Tacitum: *Vos pulcerrimam hanc urbem, domibus & tectis & congeſtu lapidum ſtare creditis? Muta iſta & inanima intercidere ac reparare promiſcua ſunt: æternitas rerum & pax gentium incolumitate Senatus* (dicam ego, Cæſaris Romano-Germanici, *firmatur.*

Quid igitur? hac inſaniæ via porrò deābulabimus? & ut indulgeamus furioſæ ſpei, vires illas, quibus ad regnum Servatoris ingens acceſſio fieri potuiſſet, religionis pomœria latè proferri, explicari ſignum crucis prodigè ſceleratéque laſſabimus? Ite conſiliariorum ſuſurris animati,

ſumite porrò etiam ſuccenſis mœnibus
arma,
ſumite, & in medias immittite lampa-
das urbes.

Læta res eſt, ajebat Annibal ad Maharba-
lem, quum à pugna Cannenſi peti vellet
ipſum belli præmium, & caput rerum, *ſed*
via major, quàm ut eam ſtatim capere ani-
mo poſſim; quod ut intempeſtivè forſan
cogitavit Annibal, ita non inſalubriter
huc transferretur. Conſilia lætiora ſunt,
quàm tractatu faciliora. Bellum hîc ex
victoria naſcitur: dum hos ſubigis, illi
bellare incipient, ad tandem furoris tui
dabis & ipſe pœnas. Nam ut magnus
fortisque ſis, alienigenam dominum ne-
mo patitur in Europa.

Sed de hoc ſatis dictum. Ego, ne
ſtra clepſydræ patrocinium favore ve-
ſtro abutar, meritò hîc deſiſto, dum Var-
ronianum illud Principali palatio inge-
minare mihi liceat, CAVE CANEM.
Ut enim eadem ſemper in peramplo hoc
mundi theatro hiſtrionia exercetur, mu-
tatis

ſtatis duntaxat perſonis, & actoribus fabulæ ſingulis ætatibus ſuccedentibus: ita hodiè etiamnum immane quantum, ſuprà aruſpicum & mathematicorum veterum artes & impoſturas, conſilia fallaciæque innovantur. Igitur quum per Europæum orbem virus ſuum ſpargant id genus angues, quum viſcera ſua ac vitalia Strigibus iſtis Furiisque bellicis lancinanda præbeat, & tantùm non exurenda patria; ſperanda quidem eſt funeſta cataſtrophe, Monarchiæ nihil.

Blanditiæ turpes, & naufraga verba Gnathorum,
Eſte procul, mentem nec mihi turbet amor!
Nempe placet ſimplex mundo in ſeptemplice Verum,
Et mecum de Te judicet ipſa Fides.
Quin ego vel prorſus taceam, Tua facta loquentur,
Te myſta Phœbum poſſe tumere ſuo.

Ecquid enim rerum genitrix in divite cornu,
Quod non prona Tibi gratificatur, habet?
Nondum bis denis vegetatur meſſibus ætas,
Et quatis ipſorum grandia verba ſenum.
Hic Momi dolor eſt; indignum hoc ſtellio cenſet,
Quisquis & è trivio tàm facile eſſe putat,
Quàm pueros ferulis, diam objurgare Minervam,
Et ſub judicium cuncta vocare ſuum.
Sed præſtat placuiſſe BONIS. Num dona faventis
Spernam ego Naturæ, projiciamque pede?
Ipſa ſuas leges migrâvit in indole tanta,
Nec Te veſticipum ſcribere more jubet,

Hinc

Digitized by Google

Hinc & Naturæ ſubjectus calculus ingens
Judicio; hinc doctus ſpirat ubiq; favor.
Ipſis, crede mihi, DIVORUM ſedibus exit
Elogium: DIVIS nam ſacer iſte labor,
Cæſarei decoris vindex plantaq; Quirini,
Atque Europææ pacis amore flagrans.

Chriſtoph - Adamus Rupertus, Hiſtoriarum P. P.

ECCLESIÆ VETERIS SANCTITAS ET SIMPLICITAS, MORIBUS HODIERNIS OPPOSITA.

QUod de Europa Juſtus Lipſius (a) effatus eſt, *Auditores omnium Ordinum Spectatiſſimi,* eam, ut corpora inſtante morbo, vibrari ſibi nunc videri, & præſentiſcere magnum ſuum caſum: id non tàm de Europa, quàm univerſa Univerſi hujus machina oraculum fuiſſe, præſens rerum conditio docet; dum omnia Provinciarum membra, per tot & tàm diverſos motus jam diſtracta, antiquum robur videntur amiſiſſe, & Proſerpinam (b) expectare, quæ jam ſua vetuſtate cadentes crines impavidè ſecet.

Nolo hìc devolvi ad ſingula, & multis verborum ambagibus recenſere, quàm eate-

(a) *lib. I. de Conſtat. cap. 16.*
(b) *Euphor. part. 1.*

catenati hujus belli fulmina, & accenſæ in Europa à Bellona favillæ, per omnes mundi partes ſparſæ, eum comprehenderint; quàm nihil appareat, niſi latè denſata robora militum, & ſanguinei Martis campus, terrorum facies, & efferæ mortis effigies, atq; albentes oſſibus agri:

- - - ſtent horrida tecta, minaq;
Murorum, ſtrataq; domus, monumenta decoris
Exigua immenſi;

quàm cuncta ſquallor atq; luctus obſideant, & miſeriæ, quarum immanitate ſæpè factum ſit, ut vitam pro ſupplicio, mortem pro beneficio habuerint infirmiores. Nolo, inquam, iſta diffundere, ne ineptientium more in exordio paratragædiari videar, & tandem cenſuram illam Romani Sapiẽtis benè amarulentam ſuſtinere cogar: PUTABAM TE ALIQUID NOVI DICERE.

Sed cauſas tamen tot malorum, quanquam & ipſas benè notas & ad ravim usq; occentatas, referre nihil prohibet: cum

& So-

& Socrates apud Xenophontem in tali rerum ſtatu EADEM DE IISDEM; & alioquin boni & candidi cum Parmenone Terentiano iſtud commune habeant, ut quàm diu vitium ſe conſpiciendum præbet, non minus confidenter inclament, quàm ſi Hannibal ad portas eſſet. Quum (c) deterrima patiamur, cotidiè deteriores evadimus, nova mala facimus, veteribus non relictis, ſurgunt recentia crimina, nec repudiantur antiqua, & exemplis atrocibus auctoritatem conciliamus illi veteri: OMNIA IN PEJUS RUERE.

Mutata (d) quippe hominum mente, pleraque veluti tacitis abrogantur ſuffragiis, quæ Majores noſtri tanquam manſuris legibus commendabant: cum adeò leges olim ſanctiſſimè habitas, *honeſtè vivere, alterum non lædere, Jus ſuum cuiq; tribuere*, moribus hominum videas penitus ſublatas. Nemo quidem (e) eſt, cui non in hanc diem naſcenti aſti-

terit

(c) *Salvian: lib. IV. de Gubern: Dei, n. 105.*
(d) *Euph. p. 1.* (e) *ibid. præfat.*

terit Genita Mana, illa, ad quam votum ſuſcipiebatur, ne quis naſceretur domi probus: omnes Magno Regi dudum facti rebelles ſumus, & per (f) tot ſtirpium traduces primogenia illa macula propagata eſt ad infelices natos, nexuſq; & catena quædam criminum noſtrorum corã Deo eſt; atq; nati in labe vivimus in labe, peccatorũq; quaſi naturali ſatellitio ſtipati vitam hanc nõ ingredimur modò, ſed etiam tranſigimus. *Habet, prohdolor! habet treſte mortalitas privilegium, ut liceat aliquando peccare; & nimis ſuperbè dedignatur mortalitatem, qui perpetua innocentia candidum contra alios profiteri ſeſe non erubeſcit.* Verum quando uberior fuit vitiorum ſeges, quando major ſcelerum patuit ſinus?

Mundo pulſa fides, verſum fas omne, nec usquam
Relligionis amor, Mars & vis improba luctu
Concuſſere urbes, ac mæſto nubila viſu
Deceſſit terris, ſuperoſq; Aſtræa petivit,
pudi-

(f) *Lipſ. lib. II. de Conſt. cap. 17.*

pudicitia etiam comite: ubiq; honeſtatis publicæ labes, morum ruina, juſtitiæ naufragia, juris & æqui exitia; laudis denique, decoris, Virtutis atq; omnis Pietatis interitus. Quin & parùm abeſt, ut, velut emotæ mentis, in antiquum Ethnicæ ſuperſtitionis chaos revolvamur, immemores ex quo cæno & voragine Majores noſtri fuerint extracti. Ethnicæ ſuperſtitionis verò? quum ipſos illos tenebriones morum noſtrorum pudere poſſit; Juvenalem (g) certè, qui ſi reviviſceret, non incuſaret ultrà ſeculum ſuum, de quo dixerat:

- nihil eſt, quod noſtris moribus addet
Poſteritas, eadem cupient facientq; minores;

ſed potius cum Marco Antonino Philoſopho Imperatore, qui per Palæſtinam Ægyptum petens & Judæorum, turbas ex turbis ſemper cientium, tædio percitus, ajebat: ô *Marcomanni*, ô *Quadi*, ô *Sarmatæ, tandem alios vobis inquietiores inve-*

(g) *Sat.* 1.

inveni! adſpectu morum noſtrorum jam exclamaret: O Romani, vobis tandem longè pejores Chriſtianos reperi!

Ne quis autem ἀδολεχίᾳ quadam me laborare putet, cujus hunc eſſe characterem docet Theophraſtus, (h) *dicere homines hujus ſeculi eſſe antiquis deteriores*: decretum nunc mihi, CONFERRE VETEREM ILLAM ECCLESIAM, ET A CHRISTO SALVATORE SUO RECENTEM, CUM MORIBUS NOSTRIS. Nec dubito, quin materia digna avidis auribus videatur, modò allicientem quandam gratiam, Veneremq; etiam ſermo præferret, & materiæ dignitatem digna verborum veſte percolere poſſem. Quoniam verò virium mearum calculis velut ſubductis, nihil omninò, quod polliceri liceat, habeo, defectum iſtum Veſtra, *Auditores*, benevolentia ſuppleri confido; qua, tanquam ſereno vento, ut

(h) λέγειν, ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων.

ut vela diſſertationis meæ impleatis, etiam atque etiam rogo.

Pietas (i) eſt, A. qua quiſquis caret, nil veri, non dicam Chriſtiani, ſed hominis habet. Ex hoc enim trunco, ex hac radice, alia virgultorum inſtar diſſeminantur, & excreſcunt; ad hanc, virtutum caput, an omnem virtutem dicam? niſi pertingimus, malè & infeliciter decurrimus hoc quicquid eſt vitæ. Ut (k) athletæ oculos in ſtadio ad metam intendunt: ſic melior iſta noſtri pars per illam debet ad cœli bravium & æternam illam palmam: cætera caduca oriuntur, & abeunt nobiſcum; nec cum ſtirpe genus opesve ſunt, quæ eximunt nos aut noſtra à mortalitatis lege. Igitur ad hanc ipſam ſeſe natos & peculiari Dei gratia eſſe inſtitutos exiſtimabant illi veri & homines & Chriſtiani antiqui, eam tenuerunt & amplexi ſunt unicam, in æſtuoſo & turbulento vitæ hujus pelago, quietis anchoram, unicum ad perpetuam ſalutem viaticum & viam.

Ne

(i) *Lipſ. Cent. 1. Miſc. ep. 17.*
(k) *Idem Cent. ad Ger. & Gall. ep. 5.*

Ne in ſingulis pedem figam, quod ſanè longum, vobis moleſtum, mihi grave foret; ubi major reverẽtia requiritur, major cautio adhibenda eſt, quàm in ipſius Pietatis ſacramento; quo nil ſanctius religio Chriſtiana habet, corporis atque ſanguinis Chriſti participatione? De ea verò pientiſſimi Eccleſiæ Patres (l) neque in familiaribus colloquiis, neq; in concionibus apertiùs paullò mentionem quidem facere unquam audebant, niſi omnes prius, aut non Chriſtianos, aut Catechumenos excluſiſſent; quin imò tantum ſtudium illis erat à contemtu eam vindicandi & contrà Majeſtatis opinionem conciliandi; ut non niſi ampullis planè Tragicis, quales in ipſis Tragicorum choris vix tàm turgidas invenires, & lacinioſo verborum ambitu de *ſacroſancta Euchariſtia* aliquid exprimerent; cujus tanta apud quosdam reverentia erat, ut dum eam accedere malè-ſana cun-

(l) *Patrum loca citat* Caſaub. in Exercit. contra Baron: *Vide eundem in* epiſt, ad Front, Ducæum,

cunctatione morarentur, interim imprudentibus ætas efflueret.

Ut alterum iſtud fidei pignus & initiationis Sacramentum, quod vocant, transeam, cujus tamen ceremonias itidem myſticam aliquam habere rationem, quam verbis vulgare nefas ſit, B. Chryſoſtomus aſſerebat, in grandi inſuper iſto profundo & SS. *Trinitatis myſterio* tradendo tantoperè ſibi cavendum ducebant, ut neq; coram paganis, neq; corã infirmis adhuc Chriſtianis, aut quibusvis exima fæce de tãti arcani ratione temerè verba facere, vel circumfuſam illam ignorantiæ noſtræ in tàm ſublimibus nubem rationis radio tollere conarentur.

Nimirum quia arcana hæc (m) arcana erant, propius tangere ſacrum illum ignem non audebant; cujus ſcintillas & ſtricturas quasdam videre homines poſſunt, non poſſunt ipſum, &. ut ii, qui in Solem acrius defigunt oculos, eos amittunt;

(m) *Lipſ. lib. II. de Conſt. cap. 17. & ...*

ſunt; ſic mentis omne lumen, qui eam intendunt in hoc lumen. Ignotiorem etiam DEUM & remotiorem ſciebant, quàm ut humanæ mentis veſtigium firmiter eum premat, & per nubem duntaxat eum videri poſſe, atq; ſuſpicari de eo ſibi jus non ſcire, ambire ſed non adire.

Quare (n) *de Deo etiam vera dicere, periculoſum eſſe exiſtimabant, melius eum ſciri neſciendo;* & *religione ſaltem intelligendum, pietate profitendum; nec verò ſenſu proſequendum, ſed adorandum eſſe.* Sed & ad animum revocantes

- - fatale gentibus malum,
Quo perdiderunt ſe ſuosq; funditus
Primi parentes,

terram maluerunt legere, nec fragilem rationis phaſelum committere tàm immenſo æquori, in quo nil niſi naufragia

Et Syrtes, & Scylla vorax, & vaſta
Charybdis.

Maluerunt, inquam, ad facta abire, & "
Pietatem in corde magis gerere, & re "
expri-

(n) *Cypr. in ſymb, Auguſt, lib, I I, de Ord, Hilar, de Trin,*

„ exprimere atque exercere, quàm dis-
„ criminum iſtud ſubtile ſtamen texere
„ & captioſis quæſtionum laqueis (o)
ſeſe irretire; quoniam Chriſtianorum
omnis relligio in hoc conſiſtit & acqui-
eſcit, ut ſis

Integer vitæ ſceleriſq; purus,

& ſine crimine ac macula vitam hanc a-
liàs nihil minus quàm vitalem vivas.

Hanc qui citat is attigit metam rotis,
Nil apprecetur, vota, quod ſat eſt, ha-
bent.

„ Elephantes (p) etſi amnium mira de-
„ lectatione teneantur, eos tamen haud
„ temerè ingredi ajunt, cùm natandi ſint
„ inſcii: idem in Theologia apud Anti-
„ quos obtinebat, quam amabant, quam
„ æſtimabant, & ſalubribus ejus aquis a-
„ nimum tingebant; ſed ab altiori initu
„ in illud rerum ſacrarum mare abſtine-
„ bant, & littus adnavigabant. Quæſti-
„ onum enim illos vortices horrebant,
iiſq; ne involverentur & mergerentur,
obam-

(o) *Lactant: lib. V, cap. 9.*
(p) *Lipſ. Cent. 1. Miſc. ep. 59.*

obambulabant ſaltem ejus ripas; & hinc tamen haurire poterant &ex tuto ſumere quæ ad uſum.

Ejusdem planè Muſæ æmuli, & ex eadem, quod ajunt, figlina quàm ſint noſtri ſeculi homines, facilè noviſtis, *Auditores!* Enimverò adeò ſunt in re Pietatis hodiè mores noſtri mori moroſique, ut in alia vitia duci videamur, in hoc rapi, dum (q) petulca iſta mens identidem ſe ſcalpit, & exaſperat male quadam ſcabie infecta litigandi & differendi.; Subtiliter ſcrutari *Triceſimas, quæ in orco*; mimum agere & otioſè ludere, in re, quæ vix ullo cothurno ſatis dignè attolli poteſt; interim vitæ factorumque nullam habere curam, verbo Taciti; ſeculum eſt. Sed quod vulgò dici ſolet, quibus (r) loquentiæ ſit multum, ſapientiæ convenire parum; id Curionibus iſtis plerumque evenit, & benè multa de religione differunt, non multùm; ſed omnis (s) eorum vis virtusq; in lingua ſita eſt. Cum omnia

T fece-

(q) *Lipſ. lib. I. de Conſt. 21.*
(r) *Salluſt. Catilin.* (s) *Id. ad Cæſarem.*

fecerint, cum cœlum & terram ſubtilis ingenii ala pervolarint, & mentis oculos undique vago & curioſo adſpectu circumtulerint, nibil aliud quam cum Ariſtophanéo Socrate ἀεροφαῦνον. *Inſanientis eſt ſcientiæ, plus ſciſcitari, quàm docere vult Deus.* Quî (t) enim ſcis, ò homo! an dicas vera? Circum ludis infinitum & æternum illud, tu puſille, tu mortalis, Cœli aut ſideris unius naturam plenè nondum cognovimus, & volumus cœli ſiderumq; auctorem? Vani! Vani!

Quæ nos phrenitis avios mentis rapit?
Quæ tumida pectus inflat arrogantia?

Quod ille de Virtute cenſet, rem eam eſſe, non verba; juſtius certè nos de Theologia, cujus verum ſeriumq; finem ſcias vitæ converſionem, non hæc acumina, aut diſſertatiunculas ineptas, & captum noſtrum transgredientes; & ſcandaloſas, &, quod longè peſſimum, inter rudes etiam, & ſedentes in pergulis ſuis artifices agitari ſolitas. *Ut meliores, non ut doctiores*

(t) *Lipſ. notis ad cap. 2. lib. I. Polit.*

ctiores evadamus, ſacra illa volumina tangenda ſunt; ut pectus inſtruatur, non ut mens acuatur; quod de ſe Vir Magnus ajebat. Sciendi enim temperandus eſt calor, & pruríentis ingenii laſcivia coërcenda, ut adductis habenis maneat in ſimplicitatis gyro, ne licentius evagetur, & præceps ruat; nec implicanda quæſtionum ambagibus ſcriptura ſimplex in iis, quibus ad liquidum perveſtigandis impar eſt imbecilla mens mortalium.

Et quid non mali religio ſuadet, ſuo ſenſu ſi quisque feratur; & non illius, qui temperat omnia nutu? Colliduntur (u) inter ſe Chriſtianæ Reip. capita, & milleni aliquot homines perierunt, & pereunt cotidiè, ſub ſpecie Pietatis; dum Principibus populisq; velut ſigna religio fert ad exitiabilis belli cladem, quæ necdum conſumtis acerbitatis ſenſibus noſtris malis in totum contenta eſt.

Nec tamen eam in ſententiam detorqueat quisque noſtram, quaſi omnes

(u) *Lipſ. lib. IV. Polit. cap. 3.*

omninò Theologicas diſputationes rejicere vellemus (*Di meliora mihi, veſanumq́, hoſtibus iſtud!*) ſed potius, ut verba Viri (x) noſtro ſeculo celeberrimi adhibeam, id volumus, non eſſe profanandas res divinas; nec ſuopte omnibus arbitrio de Theologia diſſerendi facultatem concedendam, ſed idoneis tantùm, & loco idoneo, excluſa nimia curioſitate & ſubtilitate; ne id tandem obtingat quod in Olyntho Thraciæ loco ſcarabæis.

Sed quò rapior? aut quantillum hoc erit, quod in poſterioris ævi Chriſtianis deſideramus, ſi ad alios ſacrorum myſteriorum abuſus conferre velimus? Dixi modò, quæ reverentia fuerit SS. Evchariſtiæ; & confirmat amplius, quod de inimicis Athanaſii poſteritati traditum eſt. Hi enim cum myſticum calicem, ab eo fractum, ſanctiſſimo Viro objeciſſent, & in eo crimine exagitando magnas tragœdias excitaſſent; ipſe contrà graviſſima

(x) *Euphor, cap. 10, lib. IV, Sat.*

viſſima in eos invectus eſt apologia, quod de tanto cœnæ Domini myſterio coram Catechumenis, atque adeò Græcis, verba feciſſent. Ita olim Viri verè θεοφόροι, verè DEI pleni. Hodiè de illis ipſis rebus frons adeò periit, ut *per Sacramenta pejerare, longam mẽdaciorum telam ordiri, fraudes & perjuria coràm Magiſtratu tegere*, non infimæ tantùm conditionis, ſed & ſacri ordinis adſcriptitii non erubeſcant.

Nempe veritate jam cum cæteris virtutibus pari ſententia exilio damnata, omnia in mendacia effinguntur, impudentiæ panduntur vela, mille in corde latebræ, mille receſſus, mille inſidiæ abduntur & involvuntur; & hanc ipſam perſonam ne quidem ante Deos deponimus, ſed aſſuetudine peccandi ſuccreſcunt ipſis ſceleribus excuſationes, & animus in flagitia promtus in expedito commenta, velut ſceleratæ vitæ cuſtodiam, habet. Ut parum abſit, quin rideamus nimis candidam veterum ſimplicitatem, qui, bo-

num Virum duplicem non eſſe debere, ſibi pro certo pollicebantur. Homerum etiam (præter quem tamen neminem tàm conſentienti judicio Sapientum omnis ævi laudatum eſſe, & ab iis quidem maximè, qui ipſi laudatiſſimi, J. Lipſius (y) teſtatur) cum vulgo erraſſe ſtatuamus, quum homines

Compoſita dicta corde volventes ſuo,
Quæ cum componas, dicta factis diſcrepant,

æquè atque orci portas deteſtaretur. Sed etiamnum levia ſunt, quæ tetigi. Nam idem uſu venire mihi video, quod Romanis; qui quum Cajum extremum Dominorum putarent, inteſtabiliorem & ſæviorem viderunt exortum, ſicut Tacitus (z) ſcribit. Et ſuperiora ſcelera ſemper minora facit ſequentium magnitudo.

Henricum VII. Imperatorem, eumque florem germinis Germanorum, ut eſt apud *Albertum Argentinenſem*, columnam magnanimitatis & juſtitiæ, homo,

(y) *In notis ad Velleji Pater: cap. 5.*
(z) *lib, IV, Hiſt. cap. 1.*

mo, ſi Dis placet, Chriſtianus, nec è vulgi fæce, ſed ex ordine ſacerdotum & Jacobinus, cujus fidei & pietati æterna ſalus concredebatur, ſine reſpectu tantæ Majeſtatis, ſine cura futurorum, veneno in calicem ſacrum injecto ſuſtulit; ut præter *Nauclerum*, inter genuinos ſcriptores Eccleſiaſticos *receptum à Bellarmino, Joann. Fontanum, Cuſpinianum & Aventinum, Pandulph. Collenutium*, & alios, refert *Bohuslaus Haſſenſtenius in lib. de Miſeria Humana*, commendatus *Joh. Trittenhemio Abbati* in lib. de Scriptor. Eccleſiaſt. *Henricum VII.* inquit ille, *ut cæteros taceam, ſacerdos quidam Euchariſtia veneno illita extinxit, quale ſcelus, neſcio, ſi ulla unquam ſecula viderunt. Quid enim jam tutum erit, ſi ſacramenta quoq; cum prægustatione ſumenda ſunt.*

Nihilominus cum alii, tum St. Pighius *(a)* repertus eſt, qui Diabolum religioni Catholicæ, atque ordini Eccleſiaſtico, hoc vulnus calumniæ ſuæ ſpiculis

(a) In Herc. Prodic. p. 403.

lis inflixiſſe dicit, ut populum veri ignarum, atque omnia in caligine cæca metuentem, à Romanæ fidei fonte ſeducat ad fœtidas hæreſium latrinas; gregem à paſtore ſuo divellat, & luporum rictibus objiciat. Sed profectò Vir cætera doctiſſimus, hîc ſeſe jungit bonis illis Viris, qui, ut alicubi loquitur Eraſmus (b) cauſam inferiorem dicendo facere ſuperiorem non poſſunt quidem, ſed conantur tamen.

In hoc uno fallitur Haſſenſtenius, ſi putat, tale ſcelus nullum præterea ſeculum vidiſſe. Vidit enim Annus Chriſti 1088. quo Victori III. Pontifici Romano idem calix infectus à miniſtro ſubdiacono toxicum fuit, ut Martinus refert apud *Platinam in Victore III.* Ut non abs re nobis exclamare liceat: heu flagitia, quibus nihil acerbius Sol vidit, ab ortu omni ad occaſum! eſtne, quò crudelitas ultrà graſſetur, quoque deteſtatius patrare poſſit tota furiarum cohors? ò prodi-

(b) *lib. I. Epiſt. p. 23.*

prodigia hominum, nedum ſacerdotes! o furias! Hoc ipſum eſt, quod infamandam Eccleſiam Chriſtianam, & nauſeandum illud Agni immaculati juge ſacrificium, qua DEO O. M. reconciliamur, nihil efficacius eſſe poteſt.

Sed quoniam plerumq; ſoleant homines, quum mendacitatis & impudentiæ vela pandunt, ut tempore & ætate longius remota ſtatim inter vana & transmarina, & veterum hiſtoricorum fragmẽta referant; tamen animis excindere non poſſunt, quàm noſtro ſeculo in illa conjuratione ſcæva & funeſta, qua Regem clementiſſimum, Regiam Domum, & non pauca millia hominum innocentiſſimûm delere cogitabant flagitioſiſſimi mortalium, abuſi ſint Euchariſtia, ut ad ſervandum ſilentium fidem ſuam obſtringerent.

Seriò deteſtantur Romani Scriptores, ſapientiſſimi Viri, maximum illud Catilinæ ſcelus, qui pueri mactati viſcera, juramento ſuper illis edito, cum popularibus

ribus conjurationis ſuæ comedit; ſed bone DEUS! ipſum corpus & ſanguinem, quem Salvator noſter profudit εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, non verecundati ſunt in partem ſceleris ſui vocare, & per ipſũ myſtici panis interventum novæ & inauditæ feritatis novo reatu ſeſe obligare; ſicut graviſſimè conqueritur is, quem (c) de Chriſtiana pietate benè merentiſſimum, tamen profanis pervigiliis ſtultè operatum, & perpetuum *Athenai, Suetonii, Spartiani, Polybii*, non etiam ſacrarum literarum clientem fuiſſe, impiè traduxit calumnia.

Sed verto proram, & ad veterem Eccleſiam regredior, à qua me longiùs æſtus aliquis abduxit. Imò lætor magis ex hoc turbido freto ad loca devenire, per quæ facilior nobis curſus. Quam veteres (d) aſtrorum quibusdam defluviis vim ad conciliandos, & arcto atq; arcano amoris vinculo aſtringendos hominum animos tribuebant; ad morum ve-

riùs,

(c) *Caſaub. in dicta Epiſtola.*
(d) *Lipſ. Cent. 4, Miſc, ep. 96,*

tiùs, vel propiùs ſaltem conſenſionem & vitæ convenientiam referendam eſſe, ſi non aliunde, ex illo trito ſaltem liquere arbitror: SIMILE SIMILI AMICUM. Qui enim *(e)* eodem ſemper & honeſti deſiderio tenentur, neceſſum ſanè eſt, ut ſuo etiam invicem amore flagrent; eosq́;

- - collato pectore mixtos
Jungat inabrupta concordia longa catena.

Ut *(f)* omnium animalium oculi, niſi cæcitate damnati ſint, ſui generis conſortes & vident & agnoſcunt: ita homines caligine animorum exuti ingenii ſimilitudine cunctos cognata charitate complectuntur; & adeò arcanum etiam quiddam eſt in amicitiarum fatis, natura ſimilitudinem affectuum mirabili genio inter ignotos quoq́, temperans cognationem etiam animorum inducit.

Hanc aſſertionem noſtrā veriſſimā eſſe, confirmant priſci illi Chriſtiani, quos *(g)* unus vitæ tenor, religionis con-

(e) Idem Cent, 2. ad Belg. ep. 78.
(f) Euphor. ſat. part. 5, *(g) Tertull. in Apologet.*

ſcientia, diſciplinæ unitas, & unius ſpei unũ fœdus mutuo inter ſe charitatis nexu ita devinciebat, ut fratres invicem ſe appellare veriti non fuerint & Chriſto capite unum corpus dici meruerint. Amorem quippe illud humani generis nectar ſuaviorem gratioremq; eſſe noverant, cùm à ſuperiore iſto ortum trahit honeſti & boni amore, ex quo veluti tradux ipſorum erat. (h) Verùm ut pyrites tum demum pro veris & legitimis haberi ſolent; quando attritu ignem exerunt: ita ipſi candidi & ſinceri amoris flammam eam eſſe demum crediderunt, quæ aliorum quaſi flabro ventilata promit ſe, & beneficiorum favillas longè lateq; ſpargit; cujus quidem tàm acres ſcintillæ viviq; ignes apud ipſos apparebant, ut nulla gens viſa fuerit, quæ alios adeò promto, adeò lubenti animo ad ſe venientes ſuſciperet; & peregrinos tàm obviæ benevolentiæ proſequeretur officiis,

eos

(h) *Lipſ. Cent. 3, Miſc, ep, 98,*

eos potiſſimum, quos unius religionis cum ipſis eſſe cognoviſſent.

Nec ſanè ulla natio ita liberalitatis ſinum pandebat, & tot beneficiis proſequebatur egentes ac miſerabiles quasq; perſonas, perinde at Chriſtiani. Raptos è carcere liberare, ac nulli parcendo impenſæ eos redimere, ſummum ipſis ſtudium, maximum gaudium erat. Hoc protulit primum germen naſcens Eccleſia, ut nihil proprium duceret quisquam aut diceret; ſed omnia quæ haberet, in communem uſum conferret. Modicam unusquisq; ſtipem menſtrua die, quandocunque voluit, & quantum voluit, apponebat; non ut in palati gratiam, ſed in meræ pietatis officia erogaretur, & egentibus diſtribueretur; ita ut extraordinariæ illius charitatis rara exempla non poſſent non alii admirari, non poſſent non ſtupere. O vim amoris! veri illius, & qui ſemel radicem egit in virtutis iſto ſolo! O benignitatem & benignam voluntatem! & quo alio nomine appellem hunc mixtum ex amore & promtitudine affectum,

 Sed

Sed nihil tàm ſanctum eſt, quod non diuturnitas temporis corrumpat, multaq; probè à Majoribus inſtituta uno ſenectutis vitio *(i)* deflectunt in turpiſſimos ritus? Sicut calorem cum annis paulatim interire, & exiguum eundem in ſenibus eſſe, naturæ indagatores referunt: ita cum ſeneſcente jam mundo etiam amoris ignis in hominibus extinguitur.

Natio comœda eſt, rides? majore cachinno

Concutitur, flet ſi lachrymas adſpexit amici,

Nec dolet, - - inquit Juvenalis *(k)* planè ad genium hujus ſeculi, quo pleriq; conſtant ex meris elementis ſimulationis ac diſſimulationis; hoc eſt, palàm quidem amicitias profitentur, in animo verbis Phæbadii, Zabolicum virus occultant. Quotus etiam quisque Chriſtianorum non invidia proſequitur Chriſtianum, cùm debuiſſet beneficiis? quis charita-

(i) *Euphor. part. 12.* (k) *Sat, 3.*

ritatis munere fungitur, & ſolvit charitati, quod debebat vel nomini? *(l)* Qui non abſunt loco, abſunt affectu, & qui montibus & terris non disjunguntur, animo tamen & ætherea iſta parte ſejuncti vivunt; etiam ii, quos propinquitatis jus arctiori nexu, & inabrupto nodo adſtringere debuiſſet, capitali ferè odio disſident; & fratrum quoque gratia rara eſt. Cæteris animalibus à communi Conditore infuſas eſſe

Tantùm animas, nobis animum quoq; mutuus, ut nos
Affectus petere auxilium, & præſtare juberet,

Ethnicus vates *(m)* quondam cenſuit ſatis piè; ſed hodiè ſtultum putant,

- - - (n) qui donet amico,
Qui paupertatem levet attollatq; propinqui.

Quid? quod invidentiæ œſtro ſic trahuntur omnes, ut non tantùm parùm ſe felices exiſtiment, aliis non infelicibus,

(l) Salv. num. 145, & 146, (m) Iuv. ſat. 15. (n) Idem ſat. 14.

„ cibus, ſed etiam tùm in apice proſpe-
„ ritatis locatos ſe eſſe ſibi perſuadeant,
„ cùm alios adverſis fortunæ nimbis a-
„ gitari vident; nec agitari tantùm, ſed
„ ſubmergi. *Hoc* enim *demum eſt, quod*
„ *tacitum gaudium affundit, quod confa-*
„ *bulandi materiam præbet, cauſamque*
„ *jocorum.*

An autem hæc eſt iſta copula, qua Chriſtianus Chriſtiano junctus eſt? & hi ſint illi radii, quos ferventis amoris Sol promit & emittit? & hæc egregia illa charitatis opera, in quibus niveus, & in ipſa nive ardens in proximum apparet animus: Macti eſtote his moribus, quibus non imitamini, ſed æmulamini, ſed ſuperatis antiquos! Manete in hoc limite, & in offenſo pede decurrite ad calcem! Hæc via eſt, qua breviore temporis momento pervenimus ad januam Ditis, quàm Claudius deſcendit apud Senecam, quàm Ladas ille Solini ad metam.

Sed nec iſta porrò conſectabor, quod privata ſunt; & ab iis ad publicum affe-

affectum me convertam, quo nimirum veteres Christiani Principes & Magiſtratus ſuos proſequi ſolebant, tantò propenſiùs, quantò leviſſimam quamque contumeliam etiam in privatum hominem jaculari perpetuo gehennæ igne dignum judicabant. Eos enim in theatro hujus mundi poſitos, & ab ipſo Deo electos, ut homines ab eo ſecundos, & ſolo eo minores nullo non obſequii, venerationis & reverentiæ cultu ſuſpiciendos eſſe, neceſſarium omninò duxerant. (o) Præterquam enim quod Chriſti vox, Evangelii lex, charitatis regula præſcribit, cujus tamen rationem habendam eſſe maximè nemo pius negaverit, cùm Regum nomen apud omnes gentes melioris etiam cultus rudes aut feras, & in divini juris barbarie educatas fuiſſet ſemper ſanctiſſimum, eò fidelius à Chriſtianis colendum eſſe, quò verior & melior aliorum ſuperſtitionibus religio Chriſtiana ſit, habebant perſuaſiſſimum. Igitur tantò ſtudioſiores illi Imperatori ſui erant, & tan-

(o) *Bandius Orat.* 2.

& tantò plus ſalutem ejus optabantur, quantò magis aliis omnibus illum agnoſcebant, ut à DEO præpoſitum rebus humanis cuſtodem, ſuumq; patronum; & ipſius incolumitatem eſſe unicam, ſecundum pietatem, Reipub. baſin, & firmiſſimum fundamentum. Qui enim verum ſuumq; DEUM conditorem credunt, ut in maxima veneratione præ omnibus habeant poteſtates & Imperia, neceſſe eſt: ut ab eo non ſine ratione facta & ex omni mortalium cœtu ſelecta.

Sed parùm adhuc eſt, parere bonis & moderatis principibus, qui civem patremq; ſe ſubditis gerunt; parùm eſt, eos diligere, ſub quorum tutela, tanquam umbra ſecurus eſſe, & in omni ingruentis fortunæ æſtu deliteſcere potes: illud ſanè majus eſt, æquo animo ferre, quiſcunque obtigerunt, Principes & paganos & hæreticos & impios; atque adeò Eccleſiæ Dei quaſi juratos hoſtes eodem honore, eodem amore & obſervantia proſequi, & pro eorum ſalute victimas, ſed Orationis illas, DEO offerre. *(p)* Cum Nero-

(p) *Ter. in Apol. cap. 30.*

Nerones, cum Domitiani, cum Diocletiani, at quæ peſtes humani generis! aliiq; inter cadavera Chriſtianorum incedere, ac propè ſanguini innatare, id demum & rem Imperatore Romano dignam, & formoſum ſpectaculum crederent; ſed & Chriſtiani ſuperba illa de ſeſe monumenta (q) inſpicerent; quorum cum innumera eſſent, tamen ad hanc ætatem noſtram duo ſaltē pervenere ſic inſcripta;

NERONI CL. CAIS.
AUG. PONT. MAX. (NIB.
OB. PROVINCIAM. LATRO-
ET HIS. QUI. NOVAM.
GENERI HUM. SUPER
STITION. INCULCAB.
PURGATAM.

DIOCLETIAN. CÆS.
AUG. GALERIO. IN. ORI
ENTE ADOPT. SUPER
STITIONE. CHRIST.
UBIQ. DELETA. ET. CUL
TU. DEOR. PROPAGATO.

Quum

(q) *Caſaubonus præfat. in opuſcul. poſt. Scal.*

Quum hæc & alia fierent, tamen in tot acerbiſſimis perſecutionibus nunquam vel Albiani, vel Nigriani, vel Caſſiani inveniri potuerunt Chriſtiani; imò nemo repertus eſt, qui verbo lædere ſuum Imperatorem in animum induceret; nedum ut indignè ferre, aut ultionem aliquam, quam à DEO potiùs expectabant, machinari quisquam auderet; Ita pro fixa & immota veritate habebant, nullam eſſe juſtam aut legitimam cauſam, arma ſumendi contra Principes, quos DEUS, natura, fas & jura nobis aſſignarunt.

Verùm proh dolor! quàm temporum hodiè ratio mutata eſt? & quæ Pelopidarum exempla jam non memorantur? quantillum ab illius ævi calamitate abſumus; quo Romani Principes velut per jocum & ludum occidebantur, ſed à paganis exercitibus? Lubens equidem ſinus obliquarem, & velificatione mutata, præterlaberer has Syrtes, vitiorum hanc & infamiæ plenam Charybdin; cùm indigna ſint facinora, & quæ cœlo teſte fiant,

ant, & quæ poſterorum memoriæ relinquantur; niſi ut in amentia & ſcelere progredi nepotes nolint, ſaltem paternis vitiis contenti. Libavi quidem antea id ipſum, ſed libavi tantùm: neceſſitas cogit, ut uberius nunc & pleno magis ore dicam.

Omnia (r) ſunt animo præcipienda, & præmeditanda priusquam civis è civitate, nedum homo Univerſi hujus civis è vitali hac ſede exterminetur. Nec enim de publico ſuppetit, unde lucis hujus uſura reparetur; necè homines de quercu exſculpuntur, aut de papaverum capite agitur, ſi de vita hominis ſententia fertur; ſed de ſanguine ac ſpiritu ejus, pro quo mundi Redemtor ſanguinem ſuum effudit; & qui circumfert imaginem æterni Creatoris. Poſſent tamen id genus viliorum cædes, utut graviſſima noxa non careant, nec excuſationem quidem mereantur, æquiori ſaltem animo ferri; nec tantum ſtuporem hominibus, non

(r) *Baudius Orat.* 1.

Quum hæc & alia fierent, tamen in tot acerbiſſimis perſecutionibus nunquam vel Albiani, vel Nigriani, vel Caſſiani inveniri potuerunt Chriſtiani; imò nemo repertus eſt, qui verbo lædere ſuum Imperatorem in animum induceret; nedum ut indignè ferre, aut ultionem aliquam, quam à DEO potiùs expectabant, machinari quisquam auderet; Ita pro fixa & immota veritate habebant, nullam eſſe juſtam aut legitimam cauſam, arma ſumendi contra Principes, quos DEUS, natura, fas & jura nobis aſſignarunt.

Verùm proh dolor! quàm temporum hodiè ratio mutata eſt? & quæ Pelopidarum exempla jam non memorantur? quantillum ab illius ævi calamitate abſumus; quo Romani Principes velut per jocum & ludum occidebantur, ſed à paganis exercitibus? Lubens equidem ſinus obliquarem, & velificatione mutata, præterlaberer has Syrtes, vitiorum hanc & infamiæ plenam Charybdin; cùm indigna fiant facinora, & quæ cœlo teſte fi-

ant,

ant, & quæ poſterorum memoriæ relinquantur; niſi ut in amentia & ſcelere progredi nepotes nolint, ſaltem paternis vitiis contenti. Libavi quidem antea id ipſum, ſed libavi tantùm: neceſſitas cogit, ut uberius nunc & pleno magis ore dicam.

Omnia *(r)* ſunt animo præcipienda, & præmeditanda priusquam civis è civitate, nedum homo Univerſi hujus civis è vitali hac ſede exterminetur. Nec enim de publico ſuppetit, unde lucis hujus uſura reparetur; neċ homines de quercu exſculpuntur, aut de papaverum capite agitur, ſi de vita hominis ſententia fertur; ſed de ſanguine ac ſpiritu ejus, pro quo mundi Redemtor ſanguinem ſuum effudit; & qui circumfert imaginem æterni Creatoris. Poſſent tamen id genus viliorum cædes, utut graviſſima noxa non careant, nec excuſationem quidem mereantur, æquiori ſaltem animo ferri; nec tantum ſtuporem hominibus, non

(r) Baudius Orat. r.

non omni planè probitatis, humanitatis, & ſinceræ pietatis ſenſu deſtitutis, incutere; niſi projecto conculcatoque omni pudore vivis etiam Principibus, quorum ſuprema dignitate nihil majus ſol luſtrat, aut humana ſors miratur, violentas manus inferrent; & quos manu non poſſunt, veneno extinguerent, alios alio morbi genere, velut fatali jaculo, percuterent; imò feritatem iſtam Cyclopicam ſcriptis ſuis commendarent.

Quid enim aliud eſſe dicam, niſi ſceleris commendationem, quod vir (s) cetera doctus & eloquens hunc in modum refert de Jacobo Clemente: *Reſidente multitudinis impetu, atq; Henrico ad quartum ab Urbe lapidem caſtra habente, non ſine ſpe ejus urbis vindicandæ RES PROPEMODUM DEPLORATAS unius juvenis audacia ad tempus breve certè RECREAVIT, Jacobus Clemens nomine, in Heduis natus, pago ignobili Serbona, in ſui ordinis Dominicano collegio Theologiæ ope-*

(s) *Mariana lib. I. de Rege, & Regis Inſtit. cap. 6.*

operam dabat: cùm COGNITO A THEOLOGIS, quos erat ſciſcitatus, TYRANNUM JURE INTERIMI POSSE, tùm acceptis literis ab iis, quos ab Henrico voto in urbe aut palàm ſtare odoratus erat, ſuppreſſo conſilio, certus Regis perimendi in caſtra abiit, pridie Cal. Aug. S. A. 1589. Nec mora, quaſi arcana civium communicaturus, ad Regem continuò admiſſus, redditis, quas afferebat, literis, in diem proximum ſuſtentare jubetur. Ergò ipſis Auguſti Cal. qui dies Petri Apoſtoli vinculis ſacer eſt, ſacris operatus, ad Regem, è lecto ſurgentem, nondum planè veſtitum, eo advocante ingreditur. Sermonibus ultrò citroq; habitis, cum propè acceſſiſſet, ſpecie alias in literas in manus tradendi, cultro, quem HERBIS NOXIIS MEDICATUM manu tegebat, ſupra veſicam altum vulnus inflixit. INSIGNEM ANIMI CONFIDENTIAM, FACINUS MEMORABILE. Dolore Rex percitus, eodem cultro interfectoris oculum & pectus ferit; proditorem, parricidam

incla-

inclamans. Irrumpunt aulici, re inſolita commoti, proſtrato atq; exanimi pleraq; vulnera FERITATE ET SÆVITIÆ *imponunt; nihil elocuto ac læto potius, uti ex vultu apparebat, quod re patrata cruciatus alios evaderet, quibus ut par eſſet veritus erat, ſimul* SUO SANGUINE PATRIÆ COMMUNIS ET GENTIS LIBERTATEM REDEMTAM *inter ictus & vulnera impensè lætabatur ſcilicet.* CÆSO REGE INGENS SIBI NOMEN FECIT, CÆDE CÆDES EXPIATA, AC MANIBUS GUISII DUCIS PERFIDE PEREMTI REGIO SANGUINE EST PARENTATUM. *Sic Clemens ille periit, XXIV. natus annos* SIMPLICI JUVENIS INGENIO NEQUE ROBUSTO CORPORE, SED MAJOR VIS VIRES ET ANIMUM CONFIRMABAT.

Sed quaſi parum ad huc veneni effudiſſet, alios inſuper ad tantarum laudum & honoris faſtigium publico commodo invitat, dum eodem cap. ait; *Præclarè cum*

cum rebus humanis ageretur. SI MULTI HOMINES FORTI PECTORE INVENIRENTUR, VITÆ CONTEMTORES ET SALUTIS: Sed pleroſque incolumitatis cupiditas retinet, magnis ſæpè conatibus adverſa. Hæc ille, qui Salvatoris nomine dignitati & officio ſuo venerationem quærit, quæ nulla vox, nulla eloquentiæ vis ſatis deteſtari, nullum luſtrum piare poteſt; certè illis ipſis ſicis, quibus Regum pectora feriuntur, magis formidanda. (*t*) Quis enim, niſi planè Mamacuthus, & communis etiam ſenſus expers, & qui obſurduit & obbrutuit contra naturæ vocem omnem, & ſenſum huic portentiſſimo falſarum rerum hamaxatio præbere aſſenſum velit.

Abeant tales ad luſtra & popinas, & ibi de forma ſcortorum & vini ſaporibus judicent. (*u*) Admiratione quippe digniſſimum, inter homines natos repertos eſſe, qui ſcelus inhumanum ita impium excogitarent, excogitatum ſemel

(*t*) *Caſaub. in ep. ad Fronton. Duc.*
(*u*) *Idem in dicta præf.*

probarent; adeoq; tàm innominanda facinora, non ſimplici ſuffragio, ſed propè divinis honoribus extollerent: decuſſet potiùs talium noxarum capita noxæ dedi, ac velut piaculares victimas odio publico immolari, & culeo inſui, tanquā publicos publicorum parentum parricidas. (x) Quis enim cujus indolem humanitatis genius ex parte tantùm excoluit ac manſuefecit, non abhorreat, & ejuſdem omninò hominis eſſe exiſtimet, Scriptoris hujus judicium approbare, & proditores atq; latrones conſecratione dignos judicare?

Quanquam minimè Stentor, tamen indignitate rei motus iterum cogor exclamare, ô probri maculam & ignominiæ labem! quam vix omnibus undis abluerit Nympharum Oceanus pater! Itane his ducibus ad ſupera illa loca tendimus! ita Chriſtum veroſque ejus confeſſores imitamur! Vellem, ſupparo ſilentii velari poſſent, quæ tàm indecore fiunt;

(x) Id Caſaub. in epiſt. [illegible]

ſiunt; & ut olim occidentibus lucernis "
manus non afferebant, ne ignis digni- "
tatem violarent: ita religioſorum vi- "
tia tanquam fumum lychnorum mori- "
entium pateret. Sed bonis & candidis, qui ea legunt ac vident, neceſſe eſt altè nimis vulnus adigi, ut diſſimulationi non ſit locus; & tanta eſt mali vis, & morbi magnitudo, ut nec commotæ mentis excuſatione facilè defendi queat. Gigantes olim & Titanes

– – manibus magnum reſcindere cœlum
Agreſſos, ſuperiſq; Jovem detrudere Regnis

Poëtæ finxerunt; nec aliunde, credo, id defluxit, niſi quia detrectabant terigenæ iſti fratres Regibus obtemperare, quos veteres Jove genitos, & Deorum ſanguinem, θεοτρεφεῖς καὶ θεοστεφεῖς; ſed recentiores à DEO redimitos, χριστοὺς Κυρίου, unctos Domini, ἐκ θεοῦ προβληθέντας dicebant, agnoſcebant, venerabantur.

Id genus Gigantes & Titanes ſeculum noſtrum, ſeculum excultum, ſecu-

lum Chriſtianum quàm plurimos tulit: & quanquam exemplis etiam agere poſſem, quæ Gallia, Italia, Belgium, Britannia viderunt; tamen quum etiam Sol flammeos orbes ab eorum diritate & immanitate reflectere videatur, lubens inde mentem & cogitationes avertam. Niſi quod, more tradito calumniatores dicere, qui veritatem occinunt, unum adhuc hîc referam, *Bennonis Cardinalis* verbis, è *libro V. de Actis Pontificum* in vita Gregorii VII: Frequens in æde, quæ in Aventino eſt, D. Mariæ ſacra preces ad Deum fundere Henricus Imperator ſolebat, quo ab exploratoribus animadverſo, & loco notato, hominem temerarium, ut poſitos ſupra templi trabes magni ponderis lapides ita aptaret, ut de iis devoluti, orantem Henricum contererent; Pontifex Romanus pecunia conduxit. Flagitioſus iſte tanti ſceleris miniſter cum id exequi in perniciem ſuam plus nimis feſtinaret, ejusdem lapidis mole, quem in Imperatoris interitum acturus

erat,

erat, tractus, in pavimentum templi dejectus & contritus fuit. (y) Scilicet quicquid mortales peccamus, aptiſſimas pœnas Deus invenit, nec ingenioſiores ſumus ad ſcelera, quàm Deus ad vindictam. Sic Peleus cædem Phoci ſuorum interitu perſolvit, & Cadamus ſatisfecit Martio ſerpenti dejectus in ventrem.

Nunc à Principibus & Regibus, quos è DEO conditos, & DEI alumnos diximus, convertor ad ipſum DEUM; in cujus verbo propagando & conſervando uno eodemque medio utendum eſſe, vetus Eccleſia ſentiebat; non ſecus atq; de Imperio profano Salluſtius (z) judicavit, *iis artibus facilimè retineri, quibus initio partum eſt.* Quod verò illud remedium? cum auctoritate ſuadendi magis, quàm jubendi poteſtate, vel ſuppliciorum immanitate ejus fundamenta jacta fuiſſent; docendo quoque magis

 quàm

(y) *Euphorm. Part. V.*

(z) *in Catilin. Aug. ep. 65.* εὐπρεπείᾳ τε λόγου καὶ γνώμης μᾶλλον ἐφόδοις, ἢ ἰσχύϊ τὰ πράγματα καταληπτά.

quàm jubendo, monendo quàm minando, victos plurium animos traduci crediderunt; plura orationis & conſilii, quàm virium aggreſſione obtineri. Noverant quippe nihil tàm injuſtum eſſe, quàm repugnantibus, quàm invitis extorquere in contrarium volũtates, inculcare quod nolint, & quòd refugiant, animis, priùs nocere quàm proſis, & priore detracto in alienum habitum ſententiamque traducere, verbis (a) Arnobii. Noverant religionis non eſſe, religionem cogere velle; cum ſponte ſuſcipi debeat, non vi; cum & hoſtiæ ab animo lubenti expoſtulentur. Cur enim bellum, ut violentum magiſtrum, involuntario religionis negotio judicem adhiberent, cum Chriſti magiſterio & legibus ſuum potiùs fundere, quàm alieno polluere manus & conſcientiam didiciſſent? cum ſcirent Chriſtum denunciaſſe perituros, quicunq; pietatis obtentu aut zelo præfervido impulſi perdere alios aggrederentur? Sic olim. Ho-

(a) *lib. II. cont. Gent, Tertull. ad Scap. Arnob, lib. I. c. Gentes.*

Hodiè torrentis animi æſtu, rapti, omnis generis patrocinium probant homines, ad religionis ſuæ ſanctitatem asſerendam, & pietatem etiamimpia ratione provehere amant. (b) In divinis divina

Pellitur è medio ſapientia, vi geritur res,

dum, relicto in communem Chriſtianorum hoſtem bello, contrà Chriſtianos claſſicum (c) canere, in eos omni diritate atque atrocitate ſævire, uſtionibus & exſectionibus eos excindere moderna religio Chriſtianis præcipit. Non ætas, non dignitas quenquam protegit.

(d) *Nobilitas cum plebe perit lateque vagatur*
Enſis, & à nullo revocatur pectore ferrum.

Quod Europa tot motibus agitatur, quod Reges & Regna ardent ſeditionis & bellorum flamma, quod

 (e) *videre*

(b) *Euph. patr. W.*
(c) *Id volebat Cardinalis Reginaldus Polus in Orat. ad Car. V. Imperat.* (d) *Lucanus lib. I.*

- - - (e) videre parentes
Frontibus adverſis, fraternaq; cominus arma,
Cognataſq; acies, - - -

in cauſa religio eſt. Ut in Gallia ultrà triginta hominum millia paucis diebus abſumerentur, conſilium Antiſtitum fuit; qui, tanquam Æoli, tot motus excitant, & cauſa atque origo omnis furoris penes eos eſt; cæteri contagione inſaniunt. Cum nihil (f) tàm voluntarium ſit, quàm religio, in qua ſi animus averſus eſt, jam ſublata, jam nulla eſt; illi animos, quibus, præter Deum imperare nemo poteſt, cogere volunt. Quis verò neceſſitatem imponet alteri, vel credendi, quod nolit; vel, quod velit, non credendi? (g) Cur non errantes per agros ignorantia viæ admonent potiùs, quàm expellunt? cur non, quod in fidibus, quas ſi diſcrepant non abrumpimus per iracundiam, ſed paullatim ad concentum redu-

(e) *Lucan. lib. VII.* (f) *Lactant. lib. V. div. inſt. cap. 14.*
(g) *Senec. lib. I. de Ira.*

reducimus, in fide etiam obſervant? certè magis (h) perficererent & proficerent, quàm vel crudelibus iſtis Imperativis: URE, SECA.

Audirent ſaltem Maximilianum II. Imperatorem, & animo imprimerent verba, antiquæ fidei & pietatis plena, in literis ad Lazarum Schwendium ſcriptis: Ita revera eſt: *Res pietatis gladio non volunt dijudicari, neq; tractari: Neq; aliter ſentiet quisquam, in quo aliquid eſt pietatis & honeſtatis, ullumve pacis & tranquillitatis ſtudium reliquum.*

Ad hæc longè aliud nos docuerunt Chriſtus, & Apoſtoli ejus. Nam ipſorum gladius erat lingua, doctrina, verbum DEI, & vita Chriſto digna. Ipſorumq; mores invitare nos debent, atque allicere, ut eos ſequamur, quemadmodum & quousque ipſi Chriſtum ſecuti ſunt. Taceo, quod INSANUM ILLUD GENUS HOMINUM oportebat in tot annis jam didiciſſe, atq; ex-

 per-

(h) *Lipſ. lib. IV. Polit. cap. 4.*

pertum eſſe, ipſis rerum argumentis & eventu ipſo, ſuppliciorum crudelitate, ſectionibus, inquam, & uſtionibus non poſſe hanc rem confici. Næ aurea verba in ferreo ſeculo! modò altius ea ab omnibus imbiberentur.

Quàm enim ad tuendam Chriſtiani nominis gloriam talia apud alios ſint, exempla docent, quæ tàm abſurdam (i) de Chriſtianis opinionem Peruanis impreſſerunt, ut Chriſtianos minimè DEI filios (ſicut ab Hiſpanis alternis propè verbis jactari audiebant) ſed nec ſic quidem in lucem editos, uti naſci aliàs homines ſolent, ſibi perſuadeant; fieri quippe non poſſe, ut tam ferox & truculentum animal ab ullo homine genitum vel fœminæ partu ſit editum. Quare purgamenta ſaltem maris, & ex barbari elementi ſpumis concreta ejectaq́; monſtra eſſe, credunt; & diris devovent mare, quod ad vaſtandam regionem ſuam, & nudandas incolis domus, tales Diras miſerit.

(i) Cl. Bernecc. in Tuba Pacis Occ. Claſſ. Scrip.

ſerit. Egregiam verò propagandæ religionis fructum à tàm egregio remedio profectum! (k) Sed de iſtis plus ſatis, & ut nautæ diu fluctibus & ventis agitati ex alto procul terram conſpicientes animitus lætantur; ſic ego ſeriò jam exulto, qui littus non aſpicio, ſed tango.

(k) *Lipſ. lib, IV. Pol. cap. 7.*

DISERTE DüRSCHI! Garrulas habes teſtes
Tui laboris proſperi, quibus plauſum
adjungit *omnis doctus orbis*, ætatem
miratus iſtam, tanta in arte florentem:
In arte, dicit, *Rhetorum & pares annis,*
& impares, præire paſſibus multis
is ipſe noſter, noſter ille DüRSCH jure
Omni poteſt, clarum decus juventutis!
Jubebat eſſe ſegreges ſuas vires
à ludicris pueritiæ, antequam compos
eſſet juventæ: nunc quid ipſe perſuaſu
dignum nequibit impetrare, ſi linguam
ſolvat? Soluta labra DüRSCHII ſolùm

movere fletus, quos ad alma priſcarum
Sepulchra virtutum profudimus largè.
Aſſenſus hic mecum popoſcit aſſensũ;
Me nempe (cauſam neſcio) parem
ætate
oportet à conſortio Diſertorum
longiſſimè remotum abeſſe, conten-
tum
meo Catone: quippe de luto certo
prudens & æquus ſingulis dedit Titan
præcordiorum diſſimillimos motus.
Proinde perge, perge DüRSCH in
inceptis.
non invidebo Gratiam Eruditorum,
non invidebo mentis inclutas dotes:
Praire pulcrum eſt, ſed ſequi, magis tu-
tum:

Lucas Fridericus Reinhart.

PRO-

PROGRAMMA.

QUod non tàm Romanorum ille Sapientiſſimus, quàm ipſa veritas profatur, maximum hoc eſſe officium Sapientiæ & indicium, ut verbis opera concordent: id in præcordia ima demiſiſſe mihi videtur Nobiliſſimus & Præſtantiſſimus Juvenis Dn. Chriſtoph. Ludovicus Dietherr, *Patric. Noricus. Ut enim profectuū ſuorum experimētum capiat, cras, ſi Deus volet, de IMITATIO-*

NE BONORUM Oratiunculam, privata induſtria conſcriptã, publicè recitabit. Quo profectò ad legem ſuam & ipſe vivit, & optimorum quorumq; imitationem ſuſcipit. Licet autem, Nobiliſſimi, Præſtantiſſimi, Doctiſſimiq; Domini Studioſi, veſtri diſſimiles vos eſſe factos, nulla cauſa ſit, cur credam: Tamen æquum & conveniens hoc eſſe ratus, propter illam inſignem benevolentiam, toties mihi declaratam, Vos rogo, ut eandem Juveni & benè nato, & bonis huicuſq; commendatiſſimo, die craſtini commodare

dare

dare velitis: certò perſuaſi, non ambitione ductū publico ſe oſtendere. Nam qui hoc faciunt, ipſe NOSTER ſemper agnoſcit, riſum mereri, h. e. interprete Sapientum Concilio, vanitatis omnis auctoramentum.

B. V.

CHRISTOPHORUS ADAMUS RUPERTUS Hiſtoriarum P. P.

DE

DE IMITATIONIS GENUINÆ VI, NECESSITATE AC PARANDÆ REMEDIIS,

ORATIO.

COgitanti mihi, *Auditores*, quid in rebus humanis violentiſſimum eſſet, multa & varia, obſervabantur, (& quidni multa? quum infelicitatis hodiernæ nullum manifeſtius argumentum ſit, quàm quod ubiq; violentia dominatur) ſed inter hæc omnia prævalere videbatur OPINIO. Quæ ſive ab aliquot ſeculis velut per manus tradita, ſive imbecillitate judicii, & pruritu quodam ambitionis, recens excuſa eſt; immane quantum in omni ſtatu ſibi licere putat. Olim cum raptibus ac latrociniis infamia ſemel eſſet deterſa, poſtea gloriæ nomen ea involarunt, & tanquam

inſtru-

inſtrumenta virtutis ita conſervata poſteris, ut amica fuerit interrogatio, *An prædones eſtis?*

Ita omne inhoneſtum, abſurdum, novum ſemel arrepta OPINIO in honoris & pulcritudinis nomen adoptat; præſertim, ſi primos ſtultiſſimarum rerum auctores nominis ſplendor commendet. Tum enim incumbit Dictator ille perpetuus: quicquid ille pronunciavit, exoſculantur ſectarii pro lege, examinis ac cenſuræ non indigna: quicquid pedes ſurſum deorſumve, illi amplectuntur ut thus, ut myrrham, omni contradictione potentius. Ab hac lingua pendent, ut ab anchora ſacra, ut ab effatu Sibyllæ, ut ab oraculo Apollinis. Ac tales illos Pythagoræ diſcipulos accepiſtis, qui, quæ à Præceptore acceperant, in diſputationem deducere nefas exiſtimabant; quin interpellati ad reddendam cauſam reſpondebant hoc ſolùm, αὐτὸς ἔφη: adeoque cæterorum ſapientum omnia non aliter præteribant, quàm, ut

eſt

eſt in Apologis, jaſpidem repertum Gallus Æſopicus.

At, per Deum immortalem! non poteſt ſapientia illuc accedere, ubi aditum OPINIO præoccupavit; nec magis doctrinam ſanam, aut veritatis munia capeſſere turgidus hujusmodi vento animus, quàm qui manum occupatam habet, qua nec apprehendere quicquam præterea, nec tenere vel ſtringere poſſit. Adhæc verbo Comici, (a)

Nunquam ita quisquam benè ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin Res, Ætas, Uſus, ſemper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat: ut illa, quæ te ſcire credas, neſcias;
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Etenim nulla res magna non habet ruinæ ſuæ ſpatium: & ut urbium regnorumq; fata volvuntur; ita ingenia, quantumvis maxima caducitati obnoxia ſunt, & ipſa

(a) Adelph. Act. V. ſc. 4.

& ipſamet in ſeſe experiuntur quanta rerum caligine obtenebrentur; non tàm imbecillitate ſui, quàm obſcuritate rerum, in quas penetrare nituntur.

Ideircò cum prudentiſſimum exiſtimarim, qui magnos viros amat, ſuſpicit, veneratur; ſed ut inter humana viventes, non ut Deos, quibus ſolis omnium rerum, etiam poſt multa annorum millia eruendarum, ſcientia ſemper in aperto, in præſenti eſt. Contrà omnium maximè fanaticum, qui non ex conſpicua veritate, ſed transfuſa per ſuperiores opinione Præceptores ſuos magni facit.

Huic verò hominum generi admodum vicini ſunt, qui cùm alterius gloriam animadvertunt, nec tamen eam contingunt, pro virtutis ornamentis naturæ nævos, aut conſuetudinis vitia ſibi affingunt & accommodant; ſicut olim contractos humeros *Platonis*, balbutiem *Ariſtotelis*, projectam cervicem, oculorum levitatem, inq; dicendo vocis aſperitatem, quibus nævis *Alexander Magnus* de honeſtabatur,

batur, imitati ſunt è Græcis: nec abſimiles illis *Æthiopiæ Regum* neceſſariis, (b) qui, ſi Regi membrum aliquod corporis mutilatum eſſet, idipſum ſponte ſua ſibi decurtarunt, *turpe exiſtimantes Rege manco, integris pedibus eſſe familiares, nec omnes æquè claudos per vias eum comitari.* Alii geſtus quidem non malos, ſed geſtus tantùm, neglecta virtute, imitantur, quibus ſine injuria occini poteſt illud Poëtæ:

Non tantùm facies niveo roſeoq; colore
Miſta placet, pulcriq; oculi, pulcriq; capilli,
Singulaq; æthereas imitantia membra figuras,
Quantum compoſiti mores, & ſplendor honeſtæ
Mentis, quam vitio virtus ſecluſit ab omni.

Verum miſſis hiſce ſimiis (ſatius eſt enim verbo Val. Maximi (c) *favorabili, quàm inviſæ rei vacare*) id mihi ſolum curæ erit, ut, quæ de IMITATIONE BONORUM, tàm neceſſaria materia, quàm

(b) Diod. Sic. lib. III. cap. 7. (c) lib. V. cap. 8.

quàm perniciosũ eſt Reip. ſi diſciplina ra-reſcat, ac ceſſet omnis æmulatio, ſparſim obſervavi, velut in unum corpus redi-gam: quoddum facio, memor ero Viri illius, non peſſimè de Rep. literaria me-riti: *Roſas licet, & aurum, & gemmas loquaris, ſi horam tranſilias, pluribus non placebis, cum faſtidio diſcedent, qui cum fame venerant.* Certè nullis viribus in-nixum, nulla eruditione munitum, nullis ad dicendum præſidiis fultum unicè fortè cōmendabit, interiore rota metas ſtrin-xiſſe.

Neque verò ad plebeji laris homi-nes, quibus nulla niſi ex ſe ſpes, diſſerta-tionem noſtram pertinere ſibi perſuade-ant, qui veterem nobilitatem, majorum facta fortia, cognatorum & affinium o-pes, multas clientelas, alia hujuſmodi ad gloriam, felicitatem & perfectionem ſufficere putant. Hos enim ipſos pri-mùm compello, quoniam primatum in cæteros hereditate acceperunt, tantum abeſſe à veritate, *quantum Hypanis Veneto*

diſtat

diſtat ab Eridano, ſi illud exiſtiment. Nunquam, nunquam hoc ſe clypeo tuebitur *Achilles*, vel Satyricorum lepidiſſimi cenſura, cujus in tumidos ſolis imaginibus Cecropidas hoc peregregium eſt:

An deceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis;
Cenſoremve tuum, vel quod trabeate ſalutas?

Nec minori faventia totius Græcorum concilii exceptum eſt illud *Ulyſſis ad Ajacem*:

Nam genus & proavos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra puto.

Quibus apponerem alia, niſi omnes, quà Poëtas, quà Hiſtoricos, quà Philoſophos, cætera fortè diſcordes, hîc conveniſſe ſcirem; Neminem ſpectare debere E QUIBUS, ſed QUIS ſit vel ille.

Ut eorum ſententiam ſimili explanemus, quæſo vos, antiquæ proſapiæ ac mul-

multarum imaginum homines, ſi quis Civitatis ſplendorem in tectorum & ædificiorum ſtructura ac magnificentia, in lapidum congeſtu mœniumq; ambitu ſtare ac conſiſtere crederet, nonne illum languido & allucinanti ad res ſublimes judicio eſſe cenſeretis? Nimirũ muta iſta & inanima intercidere, ac reparari, promiſcua ſunt: æternitas famæ, & celebritas loci à gloria & virtute illuſtrium Virorum petenda eſt: quam iidem non ferias ſedendo, ſed ſtrenuè agendo, vel ſaltem actuoſè otiando cõſervant. Ita hîc eſt. Ceræ ceræ, imagines imagines dicẽdæ ſunt; ac niſi aliunde atrium veſtrum commendatum fuerit, nihilo pluris illud ſapientes æſtimabunt, quàm *Cynicus* "
priſcos *Athenienſes*, quorum gloriati- "
onem *αὐτόχθονας* ſeſe eſſe, cum mu- "
ribus ac lumbricis communem ille di- "
cebat.

Quæ cùm ita ſint, præter antiquitatem generis requiri etiamnum ſtatuimus IMITATIONEM noſtram; ſed nec

teme-

temerè, nec ſoli, quum ſtatim teſtimonio ſuo nobis accedat magnæ ſpes altera Romæ.

Diſce puer virtutem ex me, verumq́; laborem,
Fortunam ex aliis,

inquit illius laudatiſſimus *Æneas*, ad filium, qui & paulò pòſt:

Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum
Et pater Æneas & avunculus excitet Hector.

Vidit enim Poëtarum ſapientiſſimus, in ſolà majorum IMITATIONE poſterorum cóſiſtere gloriam & incrementum, neque tàm naturam ipſam accuſandam, quod vulgò fieri ſolet, dum multitudine præſtantium majorum optimam illam partem defatigari, & in generatione ſimilium ingeniorum tandem deficere credunt, non ſecus ut plantas exoticas vigorem ſuum paulatim amittere videmus, quàm neglectum IMITATIONIS.

Hoc exemplo ampliùs diducam. Quæ gens, quæ Curia in terrarum orbe nobi-

nobiliores ſibi pignoravit viros Romana illa veteri ac libera, poſtquam exactis Regibus, ad optimates rerum omnium adminiſtratio pervenit. Nolite enim exiſtimare, *Auditores*, contra Romanam nobilitatem quicquam valere illud ab homine novo dictum: (d)

Et tamen ut longè repetas, longeq; revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis aſylo.
Majorum primus quisquis fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit, aut illud, quod dicere nolo,

Latronem dicere voluit, vel ſervum, vel creditoribus nexum, vel magiſtratibus criminoſum; quod genus hominum *Romulus* in civitatem recepiſſe, dicitur: Nec audimus hîc magnos Theologos, ubi Hiſtorici minimi ſunt, præſertim Cyprianum, (e) qui populum Romanum de ſceleratis & nocentibus dixit congregatum. Neque *Mithridates* inſultare

X poteſt

(d) Juv, Sat, 8. (e) de Idol, nat.

poteſt apud *Salluſtium*, *convenas eſſe Romanos, olim ſine patria, ſine parentibus.*
At Dionyſius Halicarnaſſeus, quo nemo antiquitates Romanas diligentiùs excuſſit, homo Græcus, ſed Atticæ fidei, qui in gratiam popularium ſuorum multa complexus eſt inſignia, quæ Livius, im-
„ butus ſcientia rerum domeſticarum,
„ & opinione Imperii nunquam finien-
„ di, & urbis æternæ futuræ, tanquam
„ obvia & nota prætermiſit conſultò, &
„ ſuis tantùm ſcribens. Is, inquam, Dionyſius valere eos jubet, qui Romam barbarorum, fugitivorum, & ſine lare erronum refugium faciunt, quando ſatis conſtet, Græcam eam eſſe urbem. Aborigines quippe ejus incolas *nationem* fuiſſe *Oenotricam*, hanc *Arcadicam*: præterea *Pelaugos Theſſalia, primaq́ origine Argis* oriundos: item *Arcadas, duce Evandro*, palatium condidiſſe, & *Peloponneſios*, qui ab *Hercule* eò deducti, *Saturniam* habitaſſe: poſtremò *Trojanos* prioribus eorum locorum incolis commiſtos eandem urbem effeciſſe.

Uti-

Utinam ſupereſſet *Hygini liber!* utinam *Varro!* utinam *Meſſalla!* utinam *Cornelius Nepos!* ſed cùm ii fato ſuo perfuncti ſint, nihilominus ex antiquitatum reliquiis, quas poſt tantas cladis literariæ ruinas corraſére viri undiquaque doctiſſimi, de claritate veterum illarum familiarum certi ſumus: pleraſq; ſcilicet vel ab *Ænea*, vel ejus comitibus, principibus viris, vel *Hercule*, Italiæ pacatore, vel aliis heroibus, *Caculo, Lamo, Minoë*, vel antiquiſſimarum *Latii ac Hetruriæ* civitatum proceribus deſcendiſſe.

Huic tam egregiæ nobilitati quid aliud tantas tenebras offudit, quid immane ſervitutis jugum, quo planè obteri ac ſuffocari generoſas animas neceſſum eſt, injecit, niſi quòd conditoris ſui monitum ad *Aſcanium* prorſus obliteraſſent? *Majores eorum fortiſſimi Viri*, ut egregiè diſſerit Salluſtius, *domi militiaq; intenti, feſtinare, parare; alius alium hortari, hoſtibus obviam ire; libertatem, patriam, parentes armis tegere. Non illis*

locus ullus aſper, aut arduus erat, non armatus hoſtis formidoloſus: virtus omnia domuerat, ſed gloriæ maximum certamen inter ipſos erat.

Hos quomodo imitati ſunt poſteri? Dicam ejusdem ſcriptoris prudentiſſimi verbis: (f) *Omnes deſidia & inertia, & ſtupor, atq; torpeda invaſerat.* Igitur, tùm nova calamitate (g)

- - viſum conſidere in igneis
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.

Verùm ne ſine ſcopo jaculer, propiùs accedam, & quemadmodum viatorem reficiunt ſpatia, certis lapidibus & intervallis diſtincta: ita recreabitur quoque veſter, ſpero, animus, mentione ſingularum partium, dum ſcire poteſtis, quid dictum ſit, & quid dicendum adhuc reſtet. Primùm duo noviſtis eſſe tempora: pacis ac belli, quorum neutrum perpetuitatem habet, ſed inſtar Solis, aut Lunæ, vel magnæ illius & arcanæ partis Naturæ, ut Oceanum appellat Lipſius, vicibus

(f) 2, de Rep, Ordin. (g) Virg, 2, Æneid,

bus ſuis, aut accedunt, aut recedunt. Quanquam enim optimi Principis ac moderatoris Reipubl. conditiones maximè neceſſariæ ſunt, foris pacem, domi juſtitiam & æquitatem colere: quum pax incrementum & quietem adferat humano generi, bellum perturbationem & interitum: pace non modò ii, quibus natura ſenſum dedit, ſed etiam tecta atque agri lætari videantur: tamen non ſemper quieſcere nobis licet ſub felici arbore Minervæ.

Imò verò, inquiunt nonnulli hodiè in alieno foro ineptè officioſi, ſemper hoc licet. Quid ad nos, *ſi proximus ardeat Ucalegon?* Stulti, qui ſe inflectunt ad latus infelicius, & in caducum parietem inclinant: impii, qui in Deorum immortalium cauſa belli portas aperiunt, nec inermibus credunt cœlo devolaſſe victoriam: inſciti, qui non audiunt oratorem experientia rerum civilium inſtructiſſimum: (h) *Equidem ad pacem hor-*

(h) Lib. VII. ad Attic. ep. 14.

tari non deſino, quæ vel injuſta utilior eſt, quàm juſtiſſimum bellum. Infideles denique ac malitioſi, qui fidem ſexagenario ſacramento ſpondentibus tamen querendi cauſas habent.

Qui Civitatibus ſuis hoc modo conſultum exiſtimarunt, iis ſatis abundè reſponſum puto, pennas extra nidum ſuum exeruiſſe. Prudentioribus ita hactenus viſum, quod princeps Philoſophorum ad *Alexandrum* ſcripſit; (i) *oportere injuriam paſſos pro ſe ipſis arma capere, ſive pro cognatis & beneficis, itemq; ſociis injuria affectis auxiliari.* Nunquam non ſine riſu excepti ſunt, qui miſerrimo rerum ſtatu ſufficere putarunt, ad lamenta & obteſtationes verti, Deos Deasq; ſuppliciis ac votis fatigare. *Pande ſinum & venienti fortunæ occurre*, ait ſapienter Tacitus: *Fortes fortuna juvat*, Livius: *Manus movenda cum Minerva*, Plutarchus ex proverbio; quibus auctoritate ſua

(i) Lipſ. lib. V. Pol. cap. 4. Cardan. in Encom. Ner. pag. 18. & 19. Cato ap. Sall. Catil. 52. Soſthen. ap. Juſtin. lib. XXIV. cap. 5.

ſua accedens Princeps Chriſtianus ac magnus patriæ Soſpitator apud Thuanum: *Occaſionibus ac facultatibus à Deo O. M. oblatis uti, eundemq. ut incepta proſperet, orare, id demum eſt in DEO ſpem ac fiduciam collocare.*

Valdè memorabile eſt, quod in vita *Æmilii Paulli* ſcribit idem Plutarchus: *At Rex Macedonum commiſſo prælio, in oppidum Pydnam ſe magnâ ignavia ſubduxit, per cauſam ſacrificii Herculi faciendi trepida à trepidis non recipienti ſacra, nec vota admittenti nefanda. Neq; enim fas eſt, ut, qui non jaculatur, deſtinatum feriat; nec, qui locum non tenuit, is ferat palmam: neque ut habeat ſecors ſucceſſum, neque ut ſit malus beatus. Sed Paulli precibus volens, propitiusq; annuit DEUS. quippe petebat victoriam belli, & palmam, haſtam tenens, pugnansq; opem implorabat DEI.* Quod ad *Ciceronem*, fortè de iis locutus eſt, quibus nullæ ampliùs ſuperſunt vires. Tum enim verbis Senecæ:

Pacem reduci velle, victori expedit,
Victo neceſſe eſt.

 Ali-

Aliàs longè aliter ſentientem alibi ſcimus hunc in modum profari: (k) *Nomen pacis dulce profectò eſt, & res ipſa ſalutaris: ſed inter pacem & ſervitutem multum intereſt: pax eſt tranquilla libertas: ſervitus malorum poſtremum, non modò bello, ſed morte etiam repellendum.* Et hoc in prudentiæ fonte ablutum eſt, ac præmeditato animo ſcriptum, ſed & coram totius amplissimi ordinis conſeſſu prolatum; quum illud prius in Epiſtolis ad hominem privatum feſtinanti excidiſſet.

De fide hoſtium utinam ſentire nobis liceret, quod ad *Alexandrum Magnum Nabarzanes* apud (l) *Curtium* dixiſſe legitur, *Non timere ſe, ne fidem datam tantus Rex violaret; Deos à Deo falli non ſolere.* Sedenimverò ubi ſemel quis pejeraverit, ei credi poſtea, etiamſi per plures Deos juret, non oportere, ſapienter monet toties laudatus oratorum Princeps. (m) Quamobrem quum ita comparatum ſit in rebus humanis, ut nec pacem

(k) Philipp. 2. (l) lib. VI. cap. 4.
(m) Pro C. Rabir. Poſtumo.

pacem ſemper colere liceat, nec bellum in perpetuum gerere: quomodo utrumque tempus & pacis & belli Imitatori noſtro peragendum ſit, paullò altiùs ad veritatis libram examinabimus.

Primùm in pace plurimum ad IMITATIONEM valere cenſeo recordationem eorum, qui in laude vivunt, & poſt mortem æternam gloriam habent. Illorum quidem plerumq; minor ubertas exiſtimatur, quoniam virorum bonorum eadem cum Arminio, Germanicæ libertatis aſſertore acerrimo, fortuna eſſe ſolet, *qui Romanis*, ut eſt apud Tacitum, *haud perinde celebris fuit, vetera extollentibus, recentium incurioſis.* Cauſæ hujus rei, ut divinè indicat idem Tacitus, IGNORANTIA RECTI, ET INVIDIA. Et ex illa quidem oritur duplex monſtrum, FASTIDIUM rerum cotidianarum, quantumvis pretioſæ ſint, & ADMIRATIO non admirandorum. *Ita compoſiti ſumus*, ait Seneca, (n) *ut nos quotidiana, etiamſi admiratione digna*

(n) 7. Nat, Quæſt, 1.

ſunt, tranſeant; contrà minimarum quoq́, verum ſi inſolita prodierunt, ſpectaculum dulce fiat. Hic itaq́, cœtus aſtrorum, quibus immenſi corporis pulcritudo diſtinguitur, populum non convocat. At quum aliquid ex more mutatum eſt, omnium menus in cœlo eſt. Sed ſpectatorem, niſi deficit, non habet.

Nemo obſervat lunam, niſi laborantem. Hoc verò faſtidium & ſatietatem ut effugerent quidam ſummi & de Rep. benè meriti viri, ſpontaneum ſibi quodammodò conſciverunt exilium, ut *Chabrias* ille, quem Corn. Nepos auctor eſt, quum non libenter eſſet ante oculos civium ſuorum, quoad ei liceret, plurimum Athenis abſuiſſe. Ut, quæ de *Conone, Iphicrate, Timotheo, Charete* tradit Athenæus, (o) ſilentio involvam. Quorum exemplo commonitus Cicero ad Atticum, *Cupio,* inquit, *ab hac hominum ſatietate noſtri diſcedere, & cum aliquo deſiderio reverti.*

Pendet

(o) lib. XII, cap. 14. ſub f.

Pendet ab eadem conſideratione illud Himerii apud Photium, interprete Cl. Reineſio: *Rara eſſe convenit ea, quæ pretioſa reputari, & in æſtimatione ſemper haberi debent. Nemo Oceanum admiraretur, & videre cuperet, niſi is terram in medio quaſi fugiens, hujus extremitatibus circumfuſus eſſet, eoq; à cotidiano intuitu remotus. Et quis Pyramidis eſſet ſermo, niſi procul eſſet ſpectaculum hoc: aut de ſtatua Memnonis apud Æthiopas, niſi eam mater procul à conſpectu vulgi poſuiſſet. Æs Dodonæum quia ſemper tinnit, artificium in fabulam convertit dies invida: conſuetudo enim plurimum valet rei ſatietatem parere, & auctoritatem ejus ſeu pretium deſpicientia violare, ſeu corrumpere. Cùm terram inhabitamus, mare quærimus, & contrà: nauta agricolam, arator nautam felicem prædicat. Iſta omnia ſunt luſus ſatietatis, quam parit conſuetudo. Fugiamus ſatietatem, ò filii, ſæpenumero ferit per contemtum iſta etiam inter ipſos adhuc amantes.* Hæc ille.

Nec in alium cenſum referri meretur, ſed ejusdem planè commatis eſt, quod plerique viros magnos externa tantùm ſpecie, ut corporis forma ſpectabili, veſtibus, ſplendore, ſuperbo comitatu, ambitioſa pompa, fortuna denique metiri ſolent. (p) Quod expertus eſt ille, quo certius exemplar Sapientis Viri terris Deos immortales dediſſe negat Seneca, *M. Porcius Cato Uticenſis*: (q) Ibat enim *Antiochiam*, & videt extra portam in utroque viæ margine compoſitè ſtantes viros, juvenes, pueros, cum diſcrimine ætatum, in feſto omnes habitu & veſte: magiſtratus præterea candidatos, ſacerdotes etiam ipſos coronatos. *Cato* ſtomachari, & putare, ſui honoris cauſa factum; & ſuccenſere iis, quos præmiſerat, tanquam indicaſſent. Itaque jam propior deſcendit vehiculo, & ſuos idem facere ac pedibus ire juſſit: tanquam ſalutandus & pompa illa deducendus. At ecce ſenex quidam, corona & virga inſignis

(p) Bern. in Agr. Tac. cap. 1.
(q) de Conſt. Sap. cap. 2.

ſignis (disſignator is erat) ne ſalute quidam dicta rogavit, ubi *Demetrium* reliquiſſent? & quando venturus? *Demetrius* is erat Pompeji libertus, cui, ut ſcribit idem Seneca; (r) numerus quotidiè ſervorum, velut imperatori exercitus referebatur; adeoq; propter fortunæ affluentiam omnium in ſe oculos videbat conjectos. Tum *Catonis* comites & indignari, & riſu emori, quum *Cato* ille Deorum alumnus, & ob virtutes ſolus adſpectu dignus nihil aliud proloqueretur, quàm, *O miſeram civitatem!* Hæc prima cauſa, cur latere ſuo tempore quispiam putet eos, ad quorum exemplum actiones togatorum in Republ. & extra Remp. exigi ac componi volumus. Alteram INVIDIAM dixit Tacitus, & præter alios ſenſit *Alcibiades*, Atheniensium Dux: ideoque apud Thucydidem: *Non ſum neſcius, quicunq; ſplendore aliquo excellunt, in præſenti ſua vita graves eſſe paribus maximè, deinde & aliis, qui-*

(r) de Tranq. cap. 8.

buscum vivunt; poſteri autem ſe conſanguineos eſſe, licèt id non ſit, jactant: & patria de illis, ut ſuis civibus, qui Remp. administraverint, optimè gloriatur.

Poſſem hîc magnum catalogum attexere eorum, qui de hoc genuini ſplendoris veſpillone conqueſti ſunt: ſed ſufficiet acquieſcere in illo Romanæ Hiſtoriæ Principis, è cujus rivulis libentiùs bibimus, quàm Perſarum Reges olim ſolebant de Choaſpe ſuo: *Vivos,* inquit ille, *interdum fortuna, ſæpè invidia fatigat; ubi anima naturæ ceſſit, demtis obtrectatoribus ipſa ſe virtus magis magiſque extollit.*

Sic igitur IMITATOREM Noſtrum formamus. Ne exiſtimet effœtam ac ſterilem Naturam, vel prava deceptus opinione, evanuiſſe ingeniorum florem, & ad fæces vigorem ſubſediſſe, neminem ſibi relictum credat, quem in actionibus ſuis imitetur. *Non omnia apud priores meliora, ſed noſtra quoq; ætas multa laudis & artium IMITANDA*

poſte-

poſteris tulit: quæ eſt gemma è gazophylazéo Taciti. Occultatur virtus ignorantia recti; tu judicium affer incorruptum ab omni ſatietate, atque inani externorum fulgore, nunquam deerit, ſed ut apud Virgilium,

- - *quum circumfuſa repente*
Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum,
Reſtitit Æneas, *claraq́, in luce refulſit*:

Sic nube puerilium ocliferiorum remota, nec à Cyllaro, vel veſtitu, vel titulorum ſplendore, vel verborum phaleris, vel aliis rebus, quæ vulgi animos, velut faſcino conſtrictos, circumagunt, æſtimato quod æſtimandum venit; quam conditam, ſepultam, imò nullam exiſtimaſti, tàm nunc ex magnifico, ſanctoq; fulgentem conſpicies, ut velut numinis occurſu obſtupefactus reſiſtas, & ut fas ſit vidiſſe, tacitus preceris. (s) Tum advocante ipſum vultus benignitate productus, adores ac ſupplices: ad eundem modum

(s) Sen. Ep. 111.

modum ſi livori & obtrectationi, *quæ ceu fulmine ſumma vaporant*, ſilentium indixeris, videbis magnam bonorum virorum circumfuſam multitudinem, & qui objectā recentioribus ignominiam omnes de ſterilitate ſeculi querelas abolere poſſunt. Hos igitur venerare, his vivis ac præſentibus te applica; fieri non poterit, quin hujusmodi arborem circumplexa vitis ſimul in altum enitatur. Et diu contemplatus multum extantem, ſupraq; menſuram ſolitorum inter nos adſpici, elatam, oculis miti quidem, ſed nihilominus vivido igni flagrantibus, tunc demum illam ejusdem Virgilii vocem emittas:

O quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem ſonat.

Uſitatum quidem hoc humanæ gentis eſt vitium, illa ſemper malle, quæ deſunt: & ut fluvii, quò à fontibus longius procurrunt, auctiores volvuntur; ita rerum præteritarum ſemper major eſt opinio, majus deſiderium, quam præſentium.

Quod

Quod verò eleganter dixit Cicero pro Archia: *Hic tu tabulas deſideras Heraclienſium publicas, quas Italico bello, incenſo tabulario, interiiſſe ſcimus omnes. Eſt ridiculum ad ea, quæ habemus, nihil dicere, quærere, quæ habere non poſſumus*: id ego ad hanc præpoſteram mentis humanæ conditionem transferens, ridiculum eſſe ajo, non amare, cum licet; frui velle, cum non licet. O quàm ipſa veritatis penetralia pandit diligentiſſimi hiſtorici eloquentiſſimus filius, (t) quum nepotem ſuum perſuaſurus, ut *Iſaum*, non diſertiſſimum tantùm, verùm etiam beatiſſimum præſentem cognoſcat & audiat: *Nunquamne legiſti*, inquit, *Gaditanum quendam T. Livii nomine gloriaque commotum ad viſendum eum ab ultimo terrarum orbe veniſſe? Dices: habeo hîc, quos legam, non minus diſertos. Etiam; ſed legendi ſemper occaſio eſt, audiendi non ſemper. Præterea multò magis, ut dicitur, viva vox afficit. Nam licet acriora ſint, quæ*

(t) Plinius 2. Epiſt. 3.

quæ legat, altius tamen in animo ſedent; quæ pronunciatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis affigit. Quo ſpectat illud *Æſchinis*, ſe ſcriptorum *Demoſthenis* parum idoneum lectorem eſſe. (u) Nam adjiciebat, quamvis operi illius adjici nihil poſſit; tamen in *Demoſthene* magna pars *Demoſthenis* abeſt, quod legitur potius, quàm auditur.

Prætereà novus hîc oritur fructus, & ad perficiendas actiones tuas efficaciſſimus, dum neceſſe eſt, ut qui virorum bonorum amari ſe videt, & pro regula haberi, amorem ſuum in te refundat. Eſt enim ſimilitudo morum atq; actionum amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius veneficæ carmine. Quod intelligens Caſſianus, (x) *in cunctis*, inquit, *unum genus eſt indiſſolubile charitatis, quod nec commendationis gratia, nec officii, vel munerum magnitudo, contractusq; cujusdam ratio, vel naturæ neceſſitas jungit; ſed ſola ſimilitudo virtutum.* Jam

(u) Val. Max. lib. VIII. cap. 10.
(x) C. Ritters. ad Salv. p. m. 356.

Jam in familiaritatem & amicitiam receptus libertatem ſenties in monendo, ſtimulum in excitando: quum nec obſequio graſſari ſciat vir bonus, nec benè geſta malignitate comprimere.

Hic eſt fructus, quem ad inſtituendas actiones noſtras è vivis capere poſſumus. Sed quoniam, ut eſt in verſu Simonidis, omnibus galeatis criſta ineſt, hoc eſt, nemo noſtrum non peccet: & ipſi quantumvis ſapientiſſimi humanitatem in multis experiamur, Imitator noſter partim in animum demittet illud Philoſophi: (y) *Quod meliori ſimilius, id melius*: partim pulcerrimo corpori paucos hoſce nævos condonabit humaniter, nec ob id vel aceto Italico eos perfundet, vel ab eorum converſatione abſtinebit.

Nunc ad recordationem eorum converto, QUI POST MORTEM ÆTERNAM GLORIAM HABENT, magnum profectò numerum, quoniam, uti dictum,

ceſſat

(y) 3. Top. 2.

- - ceſſat poſt funera livor,
Et ſuus ex merito quemq; tuetur honos;
ſive, ut alius canit poëta, (z)
Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas:
Majus ab exequiis nomen in ora venit.

Eſt hîc, *Auditores*, acerrimus ſtimulus, laudibus incitare, de quo notatu digniſſimum eſt illud Panegyrici: *Adhuc ſincera, rectaq; ingenia, etſi non detorquebat, hebetabat tamen miſera, ſed vera reputatio. Vides enim, ſi quid benefecero, neſciet Cæſar, aut ſi ſcierit, teſtimonium reddet.* Unde conſilium Arpinatis in libb. de legibus, honoratorum virorum laudes in concione memorandas; & ritus veterum heroum, quos in epulis accubantes clarorum & fortium virorum egregia facta, & laudes verſibus mandatas & compoſitas, pangere ad tibiam conſueviſſe auctor eſt Cato in libb. de Originibus:

Scilicet audita laudes, & clara parentum
Facta movent animos, generoſaque corda
Nepotum

Sol-

(z) Propert. 3. Eleg. 1.

[library stamp]

Sollicitant, & calcar habent, abiguntq; veternum. (a)

Itaq; multum ad *Imitationem* conferet hiſtoria, illa cuſtos virtutis illuſtrium virorum, teſtis malorum ſceleris, benefica in omne humanum genus. In hac tibi fas, *tanquam in ſpeculo, ornare & componere vitam tuam ad alienas virtutes.* (b) Si in Romana verſatur hiſtoria generoſus lector, concipiet non levius odium in tyrannos, quàm *Brutus* ille: velit cum *Horatio Coclite* reditum ſibi adimi à tergo, dummodò iter hoſti auferatur: ſtabit cum *Mucio* hoſtium flammarumque contemtor: ſomniabit *Decios*, *Valerios*, *Scipiones*, *Fabios*, *Marcellos*; non minus ut *Theſeus* ille, cui noctu in ſomnis geſta *Herculis* occurrebant, & interdiu concitabat æmulatio, ſtimulabatque edere paria cogitantem.

Si ad eandem deveniet togatarum artium ſtudioſus, optabit ſibi felicitatem trium *Scævolarum*, ibit cum *Flacco* in

furta

(a) Mantuanus. (b) Lipſ. 1. Polit. 9. Plut. in Timoleonte.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

furta *Papirii*, cum *Sulpicio* in turbulentiam *Norbani* cum *Cicerone* in parricidam illum Nobilitatis globum. Idem ſuprà omnes laureas ac triumphos judicabit, cum *Catone* graves inexorabilesque discordias, & quod conſcientiæ libertas habet, pro tuendo jure potentiorum offenſas contemſiſſe, crumenimulgas in aliena irruentes excepiſſe, miſeros abjecta periculis auctoritate protexiſſe, provincialium fortunas à privatis rapinis vindicaſſe, famem publicam minuiſſe, fores dies noctesq; excipiendis querelis apertas habuiſſe, & queiscunque tandem rebus tempora Romanæ pacis inclaruerant.

Si ex *Romana* hiſtoria transgredi velit in *Græcam*, quàm mirabitur *Otryadem*, dignum Spartano ſacramento virum, cujus ne literæ quidem fuere ſine ſanguine! quàm cum paucis *Lacedæmoniis* toti Orienti cupiet ſeſe objicere, ſine deliciis educari, ſine muris vivere, ſine vita ſuperare! quàm *Callimachi* gloriam affectabit,

bit, qui mortuus eſt & ſtetit, h. e. primus de natura triumphavit! quàm *Ariſtidis* juſtitiam, *Cimonis* pietatem, *Themiſtoclis* fortitudinem, *Areopagi* ſapientiam; & extra Rempubl. elegantiarum ſcientiarumq́; omnium parentes, *Herodotum*, *Thucydidem*, *Xenophontem*, *Socratem*, *Platonem*, *Ariſtotelem*, alios cum horrore intuebitur, extollet, conſecrabit?

Cùm igitur tantos aculeos poſt ſe relinquat illa *vita memoriæ*, ac ſeculorum omnium conſervatrix; quæſo, huc convertite amores veſtros, & extra ſeculi veſtri præſtantiſſimos viros, etiam jn antiquiorum monumentis conquirite actionum ac virtutum exemplaria; certa ſpe freti, non poſſe non illam majeſtatem, quæ adverſus fatalia Parcarum decreta in hiſtoricorum ſcriptis ſeſe tuetur; & egregias illas laudes, quæ à naufragio fortunæ, & barbarorum furiis, & dentibus ævi, ſola animi ac mentis monumenta vindicarunt, altas in vobis radices agere.

Si

Si quid generoſum habet animus, ſi non dediti corporis gaudiis ingenium, *(c) quo neq; melius, neq; amplius aliud in natura mortalium eſt*, incultu atque ſocordia torpeſcere ſinitis; quæ famæ cupiditas ac nominis æternitati conſecrandi deſiderium ſemper uſſit magnas animas; eadem ex hiſtoriarum lectione vos excitabit, ut rationem illam unicam, qua veteres illi heroës temporis fluxi brevitatem gloriæ penſarunt, obſervetis, hoc eſt, illorum veſtigiis inſiſtatis.

Habetis rationem conſilii mei de imitatione tempore pacis inſtituenda: nunc ad alia progredior, quo me vocat tacita veſtra expectatio; & ipſa fides, qua me vobis obligavi. Ut igitur in pace, ſic in bello planè neceſſaria eſt imitatio; ſive eos conſideres, qui manum ſuam commodant, & alterius imperio gubernantur; ſive qui ductu, ſuiſq; auſpiciis, rem gerunt. Sed inter bellicoſiſſimas nationes ſicut primi cenſentur veteres illi

(c) Sall, in Jug.

illi *Romani*, utpote qui armorum genere ac diſciplina militari magnitudinem ſuam terrarumque omnium dominium fundarunt, provexerunt, conſervarunt; quorumque illud mirandum eſt, & ſine exemplo, ut cæſi, fuſi, fugati, nunquã tamen vincerentur; ſed ſemper fortiores, validioresque reſurgerent, tandemq; de hoſtibus, ſibi paulò antè inſultantibus, triumpharent: ita quid in imitatione ſitum eſſet, præcipuè intellexiſſe mihi videntur.

Qua enim fini motibus Romanis receptum, ut inter comites Imperatoris ac magiſtratuum eſſent *Senatorum filii*, qui è *contubernio* Prætoris, aut *contubernales* ejus dicebantur; quoniam eadem cum ipſo pedatura tendebant? (d) Ut nimirum caſtè modeſteq; agerent, ſub oculis, & in latere Ducis; ut ſermonibus militaribus, & interdum conſiliis intereſſent: ut tandem Duces agere parendo atque

 imi-

(d) Lipſ. c. de Mil. dial. 2. Sigon. lib. II. de ant. Jur. provinc. c. 2. Scipio Amir. Diſſ. in Tac. lib. II. diſc. 10.

imitando diſcerent. Quo conſilio in eodem Martio populo receptum, ut in tribunali, loco edito, juxta Imperatorem ſtaret egregii facinoris auctor à tergo, à latere Duces, ante & circa immenſa multitudo, noti ignotique, ut ſcilicet unus ille conſpicuus voce Imperatoris laudatus, non tàm ad virtutem ipſe magis magisq; incaleſceret, quàm alios accenderet.

Quanquam omnem à me *temeritatem* abeſſe velim quàm longiſſimè: tamen *ſalva modeſtia* hîc jurare auſim, hoc unum ſtabiliviſſe disciplinam Romanam, peperiſſe victoriam, orbem terrarum ſub jugum miſiſſe. Quod ſi teſtibus agendum eſt, poſſum vobis dare, quem jam ſæpiùs dediſſe nunquam pœnitet, graviſſimum Scriptorem belli Catilinarii, ubi de cauſis incrementorum civitatis Romanæ, hanc ponit: *Sed gloriæ maximum certamen inter ipſos erat. Sic ſe quisq; hoſtem ferire, murum aſcendere, conſpici, dum tale facinus faceret, properabat.*

rabat. Eas divitias, eam bonam famam, magnamque nobilitatem putabant. Et mox: *Jurgia, diſcordias, iras, ſimultates cum hoſtibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant.* Nec omittere hic poſſum, quo vim hujus *imitationis* nemo clarioribus verbis expreſſit, illud Plinii de Trajano: *Hac mihi admiratione dignus Imperator non videretur, ſi inter Fabricios & Scipiones & Camillos talis eſſet. Tunc enim illum imitationis ardor ſemperq́; melior aliquis accenderet.*

Atq; hæc ita fuére, antequam in potentiam unius Reſp. conceſſiſſet: quamvis nec ſub Impp. exempla me deficiant, quibus neceſſitatem *imitationis* in re militari oſtendam. Huc enim omninò facit, quod Tacitus in hiſtoriis ſuis ſcriptum reliquit de legionibus *Veſpaſiani & Muciani*: *ſed æmulatio, & proximi exercitus gloria, repulerat ſegnitiem.* Quem acerrimi, prudentiſſimiq; ſcriptoris locum, quum in medium profero, unà recordari neceſſe habeo egregii ſtratage-

matis veterum quorundam Ducum; qui ad excitandam concertationem munia partiebantur, & ſuum cuiq; legioni locum ſeorſim aſſignabant. Ita Curtius de militia Alexandri: *ingens militum certamen inter ipſos fuerat, ut ſuum quiſq; munus (nam diviſum erat) primus offenderet.* Quibus interpretandis Germaniæ noſtræ gloria, & à Sole Bernecceriano accenſum ſidus, Joh. Freinshemius advocat inter alia illud Æneæ Sylvii de expugnatione Conſtantinopoleos: *Suæ cuique legioni murorum pars ac portarum attributa, ut diſcretus labor fortes atque ignavos diſtingueret, & ipſa contentione decoris militum virtus magis ac magis accenderetur: pari modo & navales ſocii attributas partes invadere juſſi.* Item illud modò laudati Taciti: *Batavi Transrhenaniq;, quò diſcreta virtus manifeſtius ſpectaretur, ſibi quæq; gens conſiſtunt.*

Sed ab armata multitudine, ac Ducibus ſecundariis, ad quos præcipuè hactenus dicta pertinent, ad animam exercitus,

citus,

ritus, h. e. illum ipſum me converto, qui ſummæ rei imperat, ſuisq; auſpiciis ac ductu rem gerit: cui quantum ad victoriam monumentum adferat imitatio, vel *Alexander* in re quidem bellica verè Magnus, docere poteſt: Eum namq; *Homerum* ſibi militiæ magiſtrum, & præcipuum virtutis incitamentum aſſumſiſſe; quumque *Achillem* felicem prædicaret, quod tantum virtutis ſuæ præconem inveniſſet; maximeq; probaret verſum, quo boni ſimul Imperatoris robuſtique militis laudes *Agamemnoni* tribuuntur; ex iſtorum heroum imitatione tantum omnibus ingenii dotibus auctum ornatumque ſummum terrarum imperium genti ſuæ acquiſiviſſe, proditum eſt paſſim à Græcis ac Latinis.

Quid? quod ipſe *C. Julius Cæſar*, de quo ita ſenſit Scaliger, non poſſe quicquam verè dici, quin de omnium Impp. gentium omnium laude detraheretur, neque hominem videri, niſi mortuus eſſet; eundem *Homerum* tàm familiarem

& charum habuit, teſte Strabone, ut ejus cauſa rerum jam potitus, Ilienſibus agrum majorem attribuerit; & libertatem vectigaliumq; immunitatem confirmarit. Nimirum fortitudinis ſtimulos *Achilles, Hector, Ajax, Diomedes*; prudentiæ *Neſtor, Ulyſſes, Æneas, Piſander, Sarpedon*; vigilantiæ & diligentiæ *Agamemnon* adjecerat. Sed & quàm verè dictum ſit à Symmacho, (e) *ornamentis bonorum incitari imitationem: & virtutem æmulam ali exemplo honoris alieni*, comprobavit tùm Cæſar, cùm Quæſtor ulterioris Hiſpaniæ Gadibus, apud *Herculis* templum, *Magni Alexandri* imaginem animadvertiſſet: *Nam*, inquit Suetonius, *ingemuit; & quaſi pertæſus ignaviam ſuam, quod nihil tum à ſe memorabile actum eſſet in ætate, qua jam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet; miſſionem continuò efflagitavit, ad captandas quam primùm majorum rerum occaſiones in urbe.*

U 3

(e) Lib. X. ep. 25.

Ut à priſcis devolvar ad recentiora, quàm Turcicos quosdam Imperatores, ad invadendum terrarum Imperium, ſtimularit *Alexander Magnus*, patet ex eo, quod circa annum à Chriſto natum CIↃ CCCCIV. Meulana Achmetes rhytmicis verſibus librum hiſtoriæ *Alexandri M.* compoſuiſſe, ac *Emiris Suleimanis* nomine publicaſſe, in Annalibus legitur: quamque eosdem uſſerit Romana magnitudo, ex conſtitutione Imperii Turcici, quod cum veteri Romano tantam ſimilitudinem habet, ut *Turcas Romanorum ſimias* etiam hodiè appellemus, cuivis manifeſtum eſt; ut proinde muti iſti doctores viris militaribus tantum ad imitandum proſint, quantum togatis prodeſſe, ſuprà jam demonſtravimus.

Sed dicat quispiam Hannibalum; túne nobis hæc audebis homo umbraticus, qui ſeriò nunquã hoſtem, nunquã caſtra videris, nunquã deniq; partẽ ullius bellici muneris attigeris? Non deeſſet, quod regererẽ: ſed ne mihi vox, & vobis

aures pari laſſitudine fatiſcant, filũ abrũpo: & quæcunq; hactenus de eligẽdis magnorum virorum magnis exemplis dicta ſunt, iis velut gemmam imprimimus ſalutare monitum Romani Sapientis ad Lucilium: *Accipe*, inquit, *clauſulam & utilem & ſalutarem, quam te affigere animo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tanquam illo inſpectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit: Cuſtodem nobis & pædagogum dedit: nec immeritò: Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis adſiſtat. Aliquem habeat animus, quem vereatur, cujus auctoritate ſecretum ſuum ſanctius faciat. O felicem qui non adſpectus tantum, ſed & cogitatus emendat: O felicem, qui ſic aliquem vereri poteſt, citò erit verendus. Elige itaq; Catonem: ſi hic videtur nimis rigidus, elige remiſſioris animi virum Lælium: elige eum, cujus tibi placuit & vita & oratio, & ipſius animum ante te ferens & vul-*

vultus illum ſemper tibi oſtende, vel cuſtodem, vel exemplum. Opus eſt, inquam, aliquo, ad quem mores noſtri ſe ipſi exigant. Niſi ad regulam, prava non corriges. O verba, quibus ſubeſt omne ſal Sapientiæ! digna, in quæ juremus univerſi!

EMBLEMA.

ECHO ex concamerata RUPE, prope fluenta RIPÆ reſponſans.

Quæ vox garrula ſic recantat? Euge!
Juſſa ut prævenis ipſa & æmulatur
Fracta ſyllaba? ſic reponit ECHO.
At quale hoc Speculũ? Undæ mobilis ſtat.
Vidin? fluctuat ipſa imago noſtra,
Docto tanquam animata penicillo.
Vocem ſicve referre perſonantem
Fas eſt, ingeniiq́; amœnitates,
Suada quas tibi ſuggerit RUPERTI:
Suada dulciſonans, canora Syren,
Suada blandula, delicata, grata,
Formoſiſſima imago gratiarum.
Et dum ſic imitaris eruditum,
ECHO eſt GLORIA quæ reſultat auſis!

Succlamabat

Georg-Philippus Harsdorffer.

 PRO-

PROGRAMMA.

CRas hora duodecima pomeridiana, ſi DEUS *volet, in Oratorio noſtro campo iterum conſpiciendum ſe dabit Juvenis* Nobiliſſimus, Dominus C. L. Dietherr P. N. *Id verò argumentum ſibi delegit, in quo & eruditio æſtimari poſſet, & in Patriam fides. Nulli dubitamus de benevolentia veſtra, Nobiliſſimi, Præſtantiſſimi, Doctiſſimiq; Domini Studioſi, quã tùm aliis, tùm illi ipſi præſtitiſtis, ante biẽnium. Igitur ut adſitis, audiatis, faveatis, quid opus ut ambitioſius nunc rogem?*

Chriſtoph-Adamus Rupertus, Hiſtoriarum P.P.

COMPARATIO REIPUB. NORICÆ CUM REPUBL. VENETA.

PErilluſtris & Generoſe Domine Baro, VIRI admodum Reverende, Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Excellentiſſimi, Clariſſimi, Fautores & Promotores æternùm colendi; Tuq; Genere, Virtute & Eruditione floventiſſima Studioſorum corona.

Quanquam ante biennium, & quod excurrit, ex hoc ipſo loco in collegio Circulari, (quod, uti laudabiliter Magnifici hujus Univerſitatis Curatores aperuerunt, ita non minori cura perpetuum conſervari ſtudent,) de IMITATIONE GENUINA verba fecerim, & magnus ille Eric. Puteanus ſuum εἰς μετάνοιαν ἔρχεται, ad pœnitentiam properat, quisquis paullò junior typis ſeſe prodit, ſuf-

fulminare potuiſſet; tamen ne iſta exercitia protelarentur, & ab utiliſſima iſta pugna fierent induciæ, quod gladiatoribus imperari ſolet, etiam mihi acclamari putavi: REPETE.

Nec fortean temeritatis atq; audaciæ crimen, dum in tali negocio frontem pono, erubeſco, imò delector iſto convicio, (revera non convicio) quo meliorem me agnoſco. Nec fortean in hac ætate ad lineam rubram ſcripta erunt examinanda: multum, ſi in nonnullis acumen atque rectitudo judicii appareat. Atenimverò pœniteret interdum, imò etiam non pœnitet, quia audacia iſta gradum ſtruimus ad majora & meliora. Nonnunquam ipſiſſimi præcoces atque fugaces fructus Magnatum menſis inferuntur, & gratiam feſtinationis merentur.

Materiam verò ad differendum ſuppeditavit mihi illa ipſa prædictorum hujus Univerſitatis Dnn: Curatorum mentio; cum enim Remp. noſtram patriam

& in-

& inprimis officio tutelari præpoſitos leges ſuas à Veneta Rep. mutuatos eſſe, non uno duntaxat loco reperiſſem, non abs re me facturum putavi, ſi in utriusque Reip. ſtatuta penitius inquirerem. Acceſſit etiam illud (a) Salluſtii, *quod equidem pulcrum ſit benefacere Reip., nonnunquam tamen etiam benedicere haud ſit abſurdum.* Scilicet eſt aliquid in ſecundis tertiisq; conſiſtere, ſi in primis locus non vacet.

Unde *Parthio*, patriæ ſuæ laudum Panegyriſtæ? Et ut nihil de *Græcis Ebræisve* dicam, (qui tamen hiſtorias ſuas nequaquam neglexére,) unde Romani ſuarum rerum tam ſtudioſi fuerunt, ut nemo majorem impenſam ac operam illuſtrandæ patriæ contulerit? Quàm benignum quæſo officioſæ linguæ exemplum ubique ferè præbet hiſtoricorũ luſcinia, *Livius*, ubi tollenda Romani nominis gloria eſt? Inde profectò, quod quanquam Græcis Romanisq; haud minores

(a) Cap. 3. conj. Catil.

nores videamur, tamen dicendo ſuperati ſimus, adeò ut ſi Romanam hiſtoriam legas, nihil aliud cenſeas, niſi hiſtrioniam laudum Romanarum ad numeros Eloquentiæ pro ſæculo ſuo compoſitam. Ille apud (b) *Jamotium* gloriatur: *Venetiis natus ſum, qua in urbe multas ex illis virtutibus licet intueri expreſſas, quæ de priſcis illis cùm Romanis, tùm Græcis conſtanti fama & omnium ſermone celebrari ſolent.*

Quid igitur mirum, ſi & ego (carerent quippe & aliæ Reſpublicæ famæ celebritate, ſi minoribus teſtibus contentæ non fuiſſent) amore Patriæ ductus hanc *de Reip. Noricæ cum Rep. Veneta comparatione* materiam, quæ raro calcatur atq; aditur pede, quamvis impar oneri, in me ſuſceperim. *Chalcocondylas* enim, cum tot bonorum videret confluxum, noſtram εὐδαίμονα pronunciare non dubitavit. Prævideo Dædali labyrinthum, ideoque opus mihi fore exiſtimo aliquo

(b) Pag. 14.

aliquo Theſeo, qui veſter, *Auditores*, erit favor, veſtra attentio atq; benivolentia.

Strenuus ille heluo ſcientiarum, Univerſitatis hujus Doctor ſine pari, *Scipio Gentilis*, quem, ſiquis *inventarium Politicorum Imperialiũ* (quod nomen quondam hujus Univerſitatis Procancellario tributum legimus) appellare velit, haud errabit, hic in parentatione quadam (*digna profectò hæc eſt laurus; quæ poſtes ædificii hujus ornet*) inter alia Principis *VVilhelmi, Philippi familiæ ſuæ ultimi Landgravii Haſſorum*, filii recordatur. Cum enim ad eundem Reip. Noricæ nomine juſſuq; (arduum munus, quo omnes contineri artes, omnes includi virtutes, neq; certius argumentũ ſum̃i viri arbitror, fuſos hoſtes, expugnatas urbes, conſtitutam pacem, quàm obitas ex dignitate & uſu publico legationes!) PHILIPPUS GEUDERUS *Senatorii ordinis* veniſſet, itaque egiſſet, ut voluptati pariter atque admirationi eſſet omnibus, dixiſſe Principem illum ferunt ad ſuos: *Non ſe*

exiſti-

exiſtimare, Venetorum inclyto Senatui Norimbergenſem Senatum poſtponendum eſſe, ſi plures Philippos Genderos haberet. Petis rationem, cur *Senatus Venetus* præ ceteris omnibus adeò collaudetur? Piccolomineus *(c)* uſui & experientiæ eam adſcribit. Hinc, addit hic idem Autor, plures licet ibidem reperire Senes, inſigni quadam prudentia adeò illuſtres, ut quilibet eorum, nedum urbem unam, ſed ampliſſimumregnum aptus eſſet feliciſſimè gubernare. Sed quæ laus *Gendero noſtro* tribuitur? Sunt ſcilicet legati totius Reipubl. oculi, Reip. aures, qui ſi munus ſuum ritè obeant, de legationibus ſuis, ſi res optimè ceſſerit, præter *bonam conſcientiam & malam valetudinem* aliàs rarò quid amplius reportant.

Ecce vobis vocem ad quam longius adhæſi, Plinii privilegio abductus, qui prævaricationem eſſe, ait, transire dicenda, nec orationem ictu magis, quàm mora imprimi! *Norimberga noſtra*, quæ in terris

(c) *Gradu 5, cap. 37.*

terris cæterarum Rerump. exemplum eſt, & convicium facit nationibus, Venetiis ne in minutiſſimis quidem cedit; & quamvis non ſemper easdem amplectatur leges, amplectitur tamen his non deteriores. Dominus *Fürerus* b. m. qui non, ut de *Metellis* dixit Nævius, fato, quàm virtute factus eſt Magiſtratus, *in itinerario ſuo (d) Raguſiam novam* legibus æquiſſimis, cum Bodino, conſtitutam exiſtimat: unde etiam *Raguſiorum Reſpublica Venetorum & Noribergenſium Rebuspublicis*, tanquam optimis ab eodem Bodino *(e)* comparatur.

Optime Haſſorum Princeps, *Wilhelme*, plures, plures *Gendero* non minores Reſpublica patria tulit, ut eandem; quam de Niobes filiis, aut Priami nepotibus, dubitandi rationem haud haberes. Neque tàm inimicam ſe huic civitati nativitatis Dea præbuit, ut (quæ Ciceronis de tolerabili quodam oratore ſententia fuit) ſit verendum, num ſingulæ ætates unum

(d) pag. m. 116. (e) lib. II. cap. 6.

unum aliquem nobis ſint allaturæ. Teſtantur id non *phœnices*, (f) *qui anno quingenteſimo naſcuntur*, ſed uno anno plurimi.

Credere cunctaris? magnum modò cerne Senatum,
Norica cui tellus atq; urbs pulcerrima paret,
& noſtros Fabios, noſtros mirare Catones.

Unicum *Geudero* certè parem, quamvis ſuppreſſo nomine, nobis exhibet *Pighius in Hercule Prodicio*, quem virum doctum & facundiæ ſingularis linguarumq; peritum introducit, qui Italiam, Gallias & Europæ celebriores provincias non ſolùm, ſed etiam Aſiæ magnam partem, & accuratè *Cyprum ac Ægyptum* peragraverat. Quippe

Avulſo fœtu primo non deficit alter
aureus, & ſimili floreſcit virga metallo.

Et, ne exempla nobis deeſſe putetis, en vobis MARTINUM BEHAIM, qui à *Johan-*

(f) D. Georg. Richter, Orat. decad. 2. Orat. 14. p. 136

Johanne Secundo Rege Anno 1485. 18. Feb. in Civitate *Allaſſavæ* in templo Salvatoris Eques creabatur, & in magna apud illum gratia fuit. Hic ipſe eſt, qui in *Indiam* navigavit, qui *novas Inſulas ac portus Luſitanos* invenit, quem *Maximilianus I. Imp.* tanquam longiſſimè peregrinatum Germanum laudavit. Et hic ipſe *Behaim* Senatui Norico globum terreſtrem dono dederat, quem ipſe compoſuerat, quod artificium nondum tunc erat cognitum, ſed à quovis magni æſtimabatur, & quilibet valdè mirabatur. Erat & alius BEHAIM, qui *duodecim regna* omninò peragraverat.

Et ut nihil dicam de Dn. STEPHAN. PAUMGARTNERO, Dn. CHRISTOPH. LöFFELHOLTZIO, ſuprà laudato Dn. FüRERO, & aliis quàm plurimis, de quibus, Augurum verbo, alio die. Illud ſilentio involvi nec poteſt nec debet, quod nummis etiam inſtructiſſimi patricii juvenes ſpontaneo exilio & longinquis peregrinationibus

nibus gloriam ſibi eſſe acquirendam arbitrentur. Unde per iſtos ſaltem annos, quibus Dn. *(g) Limnaeus* in Italia ſubſtitit, quibus in Galliis cōmoratꝰ eſt, quibus in Angliam hoſpes advenit, Provinciasq; inferioris Germaniæ oculis uſurpavit, ex ſola hac Norica civitate, tanquam ad officinas ſolidæ prudentiæ miſſos juvenes numeravit *triginta*. Sed ſatis hactenus de effato *Haſſorum* Principis.

Rempublicam ædificia, parietes, tecta & lapides non conſtituunt; urbs *(h)* quidem muris dicitur finiri, civitas autem ſine illis ſubſiſtere poteſt. Unde *(i)* Ariſtotelicum illud: *Civitas non mœnibus definitur, civitas eſt ſocietas quædam, ſocietas autem civium.* Communem civitatum ſtatum elegantur alicubi Lipſius: *Ut difficile eſt in convivio lauto & opiparo ſolum eſſe ſiccum & ſobrium: ſic vacuum inter tot occupatos. Ille ad ſponſionem te trahet, & ad forum: ad nuptias alius & ad templum. In ipſa via clamores alibi & lites:*

(g) I. P. lib. I. cap. 11. n. 100. *(h) l. 2. ff. de V. S.*
(i) lib. III. Pol. c. 3.

lites: pugna nonnulubi & arma & mox judex, lictor, carcer. Et alibi populoſam civitatem deſcribens, inquit:

Rebus opima bonis, multa munita virûm vi.

Venetorum civium numerum, non eſſe exiguum, eſſe hominem, qui ignoret, arbitror neminem. Dn. *Georgius Fabricius*, in itinere ſuo Romano, civium iſtorum multitudinem ſic exprimit:

Urbs Venetum fœcunda viris, veneranda Senatu.

Et paullò pòſt:

Unum collectum mundum miramur in urbem,
Quicquid habet tellus, æquora quicquid habent.

Si Bodino (k) fides eſt habenda, ſuo jam tum tempore ante 30. annos Venetiis facta eſt deſcriptio civium, cenſaque civium *quinquaginta novem millia*, trecenti *quadraginta novem*, exceptis *infantibus*, qui ſeptimum annum non attige-rant,

(k) *lib. II. de Rep.*

rant, & *Patriciis*, quorum numerus *quatuor* circiter *millium*: ex quo numero eximendi Sacerdotes & minores 25. annorum. Quid ad tantum numerum

Francidos ille umbo, Romanæ gemma coronæ
Teutoniæ lumen, cerebrum digitiq; ſagaces
Germanos inter, fulgens pietatis Jaſpis,
Relligionis apex, Pegneſſiq; accola Noris,
Noris divitiis, populiq; examine clara?

Qua occaſione vix ſatis mirari poſſum, quod de Dn. *Chriſtophoro Fürero* me alicubi legiſſe memini, quod videlicet integram hanc urbem Noricam, licet tàm ſpatioſa, uti nunc eſt, tum temporis non „ fuerit, quàm artificioſiſſimè in menſa „ delineare atque cujuslibet civis ædes „ monſtrare potuerit. Utinam nobis delineatio iſta ſupereſſet, ut vel ipſos *Venetos* diligentia omnium civium ædes monſtrandi ſuperaremus, qui tantùm *Ducum Venetorum* à primo ad ultimum ad vivum depictas imagines in *La ſala del-*

del gran conſiglio oſtendunt. Interea viſu & recēſione digna eſt pictura *(l)* illa *Noribergæ*, in templi *Laurentiani* altari, quod maximo proximum eſt, perluſtranda, *qua forma ante ducentos annos civitas hæc fuerit*, digniſſima renovatione.

Glorioſiſſimus quondam neſcio quis Imp. Auſtriacus intuens tantam hominum copiam in una Politia, quæ ſecundum nonnullorum opinionem jamjam ante complures annos quinquaginta duo millia civium exceſſit; quærensque ecquo modo tanta multitudo regi & in concordia retineri poſſet? Hoc reſponſi à Duumviro Norico tùm temporis ſplēdidiſſimo ANTONIO TUCHERO, tuliſſe fertur: *Bonis verbis & gravibus (m) pœnis.* Et, ni fallor, de hoc ipſo *Antonio Tuchero* ANTONIUS KRESSIUS, S. Laurentii Præpoſitus, uti ex monumento ejus, quod prope templi Lau-

(l) *Pictura aliàs etiam valdè delectabatur Dn. Iohannes* Im Hof / *uti teſtatur Levinus Huiſius in numismatibus Impp. pag. 207.*

(m) *Uti patet ex Orat. ſub. Excellent. Dn. Dilherro habita Ienæ, de bono Magiſtr.*

Laurentiani altare eſt, apparet, dixit: *(n)* *Eo abſente Senatum viduum & eo ſtant ſalvam fore Remp. atq; incolumem.* Reſpexit verò prudentiſſimus ille Senator a egregium illud Titi Imperatoris acroama; qui interrogatus, utrum præmio bonos an pœna malos afficere Principi magis conveniret: *Ut homini,* inquit, *dextrum ſiniſtrumq; brachium ex æquo naturale eſt; ita & præmium & pœna Principi.*

De civibus verò quando hactenus dixi, non de ſolis Patriciis me loqui, velim, exiſtimetis. Quamvis enim illud fortaſſis negari facilè nequeat, *Venetis ſolos Patricios eſſe cives*, uti in *Polonia* ſoli Nobiles Keckermanno *(o)* dicuntur cives, & *Ferdinandum (p) Regem Arragoniæ & Caſtiliæ* civem *(q)* honorarium atq; Patricium Venetũ fuiſſe; unde *Poëta: (r)*

Tu

(n) *Autor in deſcript. Reip. & ſtat. Imp. Rom. Germ.*
(o) *Diſp. Pract. ult. Probl penult. & ult.*
(p) *Vltrò fortaſſis huic Regi honorifice civilis fuit delatus, alias tanti æſtimaſſet, quanti ille ap. Lipſ. cent. miſ. ep. 100.* (q) *De Civibus honorariis plura cumulavit, Dn. Speidel in Speculo Notab. recent. pag. 278.* (r) *Iacobus Sannazarius.*

Tu tibi vel Reges cives facis, ò decus, ò lux
Auſoniæ, per quam libera turba ſumus:

Idem tamen de Patriciis Norimberg. hos ſolos eſſe cives, haud facilè dixerim, niſi de plenis civib⁹ explicetur; qui plenè omnibus privilegiis & immunitatibus uti frui poſſint. Et ita ſaniores nonnulli defendunt, quia ſoli Patricii ad Reip. gubernacula ſuperiora evehuntur. Et quemadmodum Auguſtæ Vindelicorum ædes illæ (Die Burgerſtuben/) à ſolis (s) Patriciis frequentantur: ita Norimbergæ ſolis Patriciis certa quondam domus erat deſtinata, vulgò die Junckherrnſtuben. Sed hanc litem, qui volet, dirimat; hoc certum eſt, quod civem Noribergenſem eſſe, non infimus honor ſit.

Quod ipſum *Comes Naſſovienſis, Adolphus*, olim non ignorabat, cui dulce erat, civem Noribergenſem eſſe. Comes

 ille

(s) *Dn. Speidel in Notabil. pag. 175. pr.*

ille Naſſovienſis civis Norimb. *primum oppidi Altdorphini poſſeſſor*, dein ad Ducem Pomeraniæ, tertiò ad Palatinum, pervenit, tandem Imperator electus. (t) De *Joachimo Comite ab Ortenburg* quis eſt qui neſciat, eum incoluiſſe hanc civitatem? Cuperent ſcilicet tàm egregiè *Scotorum Reges*, juxta illud Æneæ Sylvii, quàm vel mediocres Norimbergæ cives habitare. Et ne in hac re quoque exempla mihi deeſſe exiſtimetis, ecce vobis *Dn. Fridericum* ab Haideck/ *D. Stephanum à VVolffſtein, Dn. Dietericum Fuchs, Dn. Henricum Lamprecht*, alioſq; quàm plurimos, qui omnes cives Noribergenſes fuerunt.

Cùm verò tria ſint Imperii genera, quæ breviter & cum Homero τριστοιχάδην deſcripſit Tacitus: *Cunctas, inquit, nationes & urbes, populus, aut primores, aut ſinguli regunt.* Ab omnibus vulgare agitatur argumentum, ecquod inter homines

(t) *De Comitibus Naſſovienſibus, civibus Noricis, Dn. Speidel in Notabil. noviſſ. pag. 178, pr. Draco de Patric. p. 221.*

mines optimum ſit Imperii genus. (*u*) Qua disputatione aliud nihil hactenus profectum eſt, quàm quod claruit inde, nullam omnibus numeris abſolutam potuiſſe fingi Remp. & ubique eſſe, quæ omnium ſub ſole rerum imperfectionem arguant.

Quod olim Laconum atque Romanorum, idem Venetorum contingit Reip. ut inter viros eruditiſſimos nondum ſatis conſtet, quænam ſit ejus vera forma. (*x*) *&* (*y*) Johannes Bodinus Andegavenſis, vir literis quidem multis perpolitus, & peracri ingenio; ſed res novandi ſtudio præceps & nimium quàm audax, extremo ſuo de Republ. libro, *Venetam Rempubl.* ſtatuit Optimatum eſſe, quam popularem omninò contendebat exiſtere libro de methodo hiſtoriæ. Sed quia hîc omnes Politici ſunt prolixi, ne eorum ſcrinia compilem, & mea loquar ore magnam partem non meo, lu-

 bens

(*u*) *Forſtn. ad Tac. p. 374.* (*x*) *Iannotius p. 416.*
(*y*) *De Statu Reip. Venetorum, Arniſ. lib. II. Rel. Pol. cap. 4. ſoll. 4.*

bens in eorum, qui *Ariſtocraticum ſtatum* ei tribuunt, deſcendam ſententiam. Huc patria, huc charitas noſtra, cum Georgio Fabricio in itinere Chemnicenſi, te alloquor:

Qua non Germanis eſt ulla celebrior oris,
ſeu leges ſpectes, & ſancti jura Senatus,
ſeu ſic unanimi viventes fœdere cives,

in confeſſo eſſe ſtatum tuum dices. *Optimatum* verbo verò non veniunt, qui exactè viri boni ſunt, ſed qui aliorum comparatione minus mali, aut in quibus plura, quàm in plebe virtutum argumenta reperiuntur; ſive qui opinione & judicio vulgi tales ſunt. Unde fortean illud (z) quondam Reip. noſtræ patriæ Senatoris EBNERI, viri digni, ad quem cohoneſtandum Gratiæ cum Muſis dona ſua liberaliter conferant: Cùm enim videret, eventus conſiliis non ſemper ex voto reſpondere, in hæc erupit verba: *COMPLANATORIS mihi nomen eſt,* ſed

(z) *Manlius 3, Loc, Com, pag. 136.*

ſed non poſſum omnia cõplanare. Hi Optimates proſpiciunt, ut civitas belli paciſq́; tempore floreat; & quos bona verba non poſſunt, *Norici* deterreant (a) *enſes.*

Et *felix* profectò *illa civitas videtur, quæ tempore pacis etiam de bello cogitat,* quæ verba ſupra portam *armamentarii Veneti* legimus. (b) Inter præcipua verò armamentaria Germaniæ, quod Norimbergæ eſt, à Limnæo (c) refertur, adeò ut in exteris Regionibus, *Italia, Gallia, Anglia, Belgio,* quod cum iſtis in Germania comparari mereatur; excepto *Venetorum* (d) *Arſenali*, quaſi arce-Senatus, ſe reperiſſe neget idem.

Apud Venetos,(quorum Reſpublica, Jannotii teſtimonio, maximè digna hisce temporibus, ut à cunctis intelligatur, nec non obſervetur; neque verò minus

 nus

(a) *Horat. lib. I. carm. ode 6. vid. Freinsh. indicem in Q. Curt. & Althamerum.*

(b) *Heberer lib. III. de Serv. Ægypt. cap. 27. p. 497.*

(c) *I. P. lib. II. cap. 8. n. 211. & Arniſ. de jure majeſt. pag. 141.* (d) *Lectu digniſſima de hoc Armamentario in Itiner. Italiæ à tribus Adoleſcentibus Coloniæ Agripp. edito, pag 27.*

nus à nobis omnibus ſuſpiciatur, quàm priſcis illis temporibus ſuſpiciebantur *Reſp. Lacedamoniorum atq; Romanorum*) apud hos, inquam, nullum majus piaculum eſt, quàm nimia cum Senatoribus & his, qui à ſecretis ſunt Senatui, familiaritas. Nolunt enim illi (& ſapientiſſimo ſanè conſilio) ab externis ſuæ Reipubl. ſecreta explorari.

(e) Et profectò inter omnia *Reip. Venetæ* inſtituta præclariſſima, quibus illa in huncusq; diem viget floretq;, non aliud admirabilius eſſe Trajanus Boccalinus aſſerit, quam quod cum paucis concreditaReip. ſumma tyrannidi viam ſternat, indeque *Veneti* præcipua rerum *Senatui Rogatorum*, qui plusquàm ducentis & quinquaginta Nobilibus conſtat, permittant: ſummum tamen horum omnium & ſimillimum oblivioni ſilentium, ſummamque fidem experiantur, nulla mercede venalem, nullis perviam proditionibus. (f) Quàm ſollicitè *Reſp. No-*

rica

(e) *Malunt haberi inhumani, quàm Reip. ſua arcana vulgari. Forſtu. ad Tac. p. 37. 38.* (f) *Elegans exemplum vide apud Forſtu. ad Tac. pag. 166.*

rica ſua tegat arcana, ita ut non dicam illis, qui ex opificibus in Senatum eliguntur; ſed pleriſque quoq; patriciis Senatoribus non ſint pervia, ignotum vobis eſſe haud arbitror.

CHRISTOPH. SCHEURELIUS J. C. Patriæ noſtræ decus & ornamentum, (quem *Genealogias Pfinzingorum*, *Zinglorum*, *Futterorum*, *Löffelholziorum*, *Tucherorum*, *Scheureliorum* deſcripſiſſe legi, quemq; ob infinita in Patriam merita dignum fuiſſe pronuncio, qui, quod Dn. BERTHOLDO PFINZING ex tenore teſtamenti accidit, in ſandapila aureo panno contegeretur) hic ipſe, inquam, *Scheurelius* in Epiſtola quadam ad Reverendum Patrem, *Johannem de Staupiz*, Theologum & familiæ Auguſtanæ Vicarium, cum ab eo ſtatum ſive regimen Reip. Noricæ dictus *de Staupiz* petiiſſet, morem quidem eidem geſſit; cum ea tamen excuſatiuncula, ſe in deſcribendis Magiſtratibus nullum habere, quem imitetur. Neque

nus à nobis omnibus ſuſpiciatur, quàm priſcis illis temporibus ſuſpiciebantur *Reſp. Lacedamoniorum atq; Romanorum*) apud hos, inquam, nullum majus piaculum eſt, quàm nimia cum Senatoribus & his, qui à ſecretis ſunt Senatui, familiaritas. Nolunt enim illi (& ſapientiſſimo ſanè conſilio) ab externis ſuæ Reipubl. ſecreta explorari.

(e) Et profectò inter omnia *Reip. Venetæ* inſtituta præclariſſima, quibus illa in hunc usq; diem viget floretq;, non aliud admirabilius eſſe Trajanus Boccalinus aſſerit, quam quod cum paucis concredita Reip. ſumma tyrannidi viam ſternat, indeque *Veneti* præcipua rerum *Senatui Rogatorum*, qui plusquàm ducentis & quinquaginta Nobilibus conſtat, permittant: ſummum tamen horum omnium & ſimillimum oblivioni ſilentium, ſummamque fidem experiantur, nulla mercede venalem, nullis perviam proditionibus. (f) Quàm ſollicitè *Reſp. Norica*

(e) *Malunt haberi inhumani, quàm Reip. ſua arcana vulgari. Forſtn. ad Tac. part. 22.* (f) *Elegans exemplum vide apud Forſtn. ad Tac. pag. 160.*

rica ſua tegat arcana, ita ut non dicam illis, qui ex opificibus in Senatum eliguntur; ſed pleriſque quoq; patriciis Senatoribus non ſint pervia, ignotum vobis eſſe haud arbitror.

CHRISTOPH. SCHEURELIUS J. C. Patriæ noſtræ decus & ornamentum, (quem *Genealogias Pfinzingorum, Zinglorum, Futterorum, Löffelholtziorum, Tucherorum, Scheureliorum* deſcripſiſſe legi, quemq; ob infinita in Patriam merita dignum fuiſſe pronuncio, qui, quod Dn. BERTHOLDO PFINZING ex tenore teſtamenti accidit, in ſandapila aureo panno contegeretur) hic ipſe, inquam, *Scheurelius* in Epiſtola quadam ad Reverendum Patrem, *Johannem de Staupitz*, Theologum & familiæ Auguſtanæ Vicarium, cum ab eo ſtatum ſive regimen Reip. Noricæ dictus *de Staupitz* petiſſet, morem quidem eidem geſſit; cum ea tamen excuſatiuncula, ſe in deſcribendis Magiſtratibus nullum habere, quem imitetur. Neque

 enim

enim de hac Rep. benè meriti conſiliarii in quaslibet aures, quicquid illos urit, exonerant, ſed quaſi ne ſibi quidem, ſi poſſent, credituri, interius premunt omne ſecretum.

Senio fortean vobis eſſem atq; dividiæ, *Auditores*, ſi illud pluribus perſequerer, quod *Venetiis* Nobilibus & Patriciis poſt annum vigeſimum quartum demũ, vel etiam poſt 20. ſi veniam ætatis impetraverint, ut Arniſæus (g) teſtatur, Curia pateat: quæ ipſa ætas fortaſſis etiam in noſtra Civitate attenditur. Juvenibus enim, quorum molles animi rebus gerendis non concalluerunt, primo ſaltu
„ de ſcholis & peregrinationibus in Cu-
„ riam inſilire non conceditur; ſed ferè
„ in Dicaſterium, tanquam prudentiæ
„ practicæ ſcholam, prius adſciſcuntur.
Promoventur tamen dein in Senatum, quia expedit, juxta annoſas arbores plantas novas inſerere, vel plantare; quæ poſt interitum vetuſtarum in locum earundem

(g) *lib. II. cap. 4. ſect. 2. n. 41. relect. polit.*

dem ſuccedant. Sicut aliàs in Collegio optimum factu eſt, Senibus miſceri juniores, ut illorum tarditas & frigiditas horum alacritate & fervore incaleſcat ad juſtam moderationem.

Neque verò in hoc judicium quivis recipitur Patricius, niſi ſit idoneus. *Intuendum enim eſt*, ut inquit Seneca, (h) *non unde veniant, ſed quò eant*. Et paullò antè: *Non omnes Curia admittit, caſtra quoque, quos ad laborem & periculum ſuſcipiunt, faſtidiosè legunt.* Ex his facilè colligitur, quibusnam dotibus præditus fuerit Dominus GEORGIUS VOLCAMERUS, qui anno ætatis 22. (i) ſtatim judicii aſſeſſor cum omnium admiratione & ſtupore eſt electus.

Quamvis & Veneti ſuperba quadam pictura, quæ Limnæo teſte, ad ſidera usque tollit mœnia, quamque ſe vidiſſe alicubi profitetur Prænobilis, Ampl. & Conſult. Dn. D. TOBIAS ÖLHAFIUS

Z 5 Reip.

(h) *Epiſt. 44.*

(i) *Virtute Senior, quàm ætate, ut de Iuliano ſcribit Ammianus Marcell, lib. XXV.*

Reip. Patriæ hodieq; à Conſiliis, *in Palatio magno, ſive Ducali*, loco maximè conſpicuo, prorſus exhibita gloriari contendant, Remp. noſtram ad ipſorum Reip. exemplum, miſſis ad hanc rem aliquot viris prudentibus, (k) quod & *Romanos* feciſſe accepimus in *Republ. Athenienſi*, compoſitam fuiſſe. Hoc, inquam, quamvis Limnæus, & ibi allegati Bembus, Giuſeppe Mattheacci ragiona fatentur, (l) tamen lumen hujus Univerſitatis, Scipio Gentilis, iisdem ſe opponere in eo fortè non immeritò auſus fuit, dum omnes *leges à Venetis* indefinitè petitas negat; ſed eas tantùm, quæ *ad tutelas* pertinent, quas, quod *Leonardus Lauretanus* Dux Anno ſupra milleſimum quingenteſimum ſexto, quo etiam anno ſummo Reip. bono *Collegium Tutelare* erectum eſt, Senatui transmiſerit, & quidem

(k) *A Veneta Rep. ut Leges pupillares peteret Reſp. Norica, autor fuit Conradus* Jm Hof / *ipſe iter ſuscepit & impetravit, quod teſtatur tabula in rei memoriam judicio pupillari affixa.*

(l) *Vide Limnæi addit. ad L. P. lib. VII. cap. 35. n. 50. ibique allegatos.*

dem in 55. capita redactas, ante paucos annos in alma Legum Nutrice, Altdorphina ſcil. Univerſitate, Doctor & Promotor meus, ætatèm colendus, fideliſſimè aperuit. *O non fruſtraneam Reip. curam viduarum & pupillorum curam habere; quorum nomina in quantum deſpectui humana, in tantum Divinæ miſericordiæ ſunt expoſita!*

Placet & illud ſtatim, quod ex ejusdē Doctoris mei ore ſedet alta mente repoſtum, ſubnectere, quod *Notariis, Norimbergæ creatis*, plerumq; tantùm in noſtro territorio habeatur fides, non verò etiam alibi, niſi fortè de conſuetudine aliter ſit receptum, idque *Venetiis* fieri, ut *Norimbergæ* creatis Notariis ibidem fides habeatur, ſi ſigillo publico Noribergenſi muniantur ipſorum Inſtrumenta. *Venetiis* ex ſingulari ſtatuto teſtamentum coram duobus teſtibus, Notario & Paro. ho valet. (m) Norimbergenſes ab Impp. inſigne hoc accepe-

(m) *Caſtell. in pr. l. de teſtam. ord. n. 91. Mynſ. obſ. pag. 382.*

runt privilegium, ut valeant teſtamenta à duobus ſignatoribus, qui perſonam ſuſtinent publicam der Genanten/ (n) ſignata.

Venetiis ſexcentæ ferè ſunt familiæ; teſte Giphanio in Politicis, quibus ſolis jus eſt capiendi Magiſtratus; fieri quippè nequit, ut parvis & vilibus rebus occupati ſublimes & generoſos concipiant ſpiritus; (o) reliquis tamen munera quædam humiliora permittuntur, ut ſcribarum maximè. Nec tamen vileſcere hunc honorem, patet ex eo, quod Wendelinus (p) in Polit. aſſerit: Eum qui ſe Patricium profitetur, quingentos aureos ſive ducatos debere deponere, donec certis teſtimoniis probet, ſe Patricium eſſe. (q) Et quamvis *Norimbergæ* (r) ſaltem

(n) *Quos Fontanella de pact. nupt. cl. 3. n. 77. Cives honoratos vocat.* (o) *Turpe & ignominioſum eſt, eos in Senatorum numero haberi, qui aliquando ſtoreas & corbes geſtaverunt.* (p) *pag. 44.*

(q) *Quod ſi in probatione defecerit, pecunia penes officium depoſita ærario confiſcatur. Contarenus de Rep. Veneta p. 14. Draco de Patric pag. 290.*

(r) *Teſte Dn. D. Steinb. in Diſp. ad §. 43. de O. I. quam ſub eo Ioh. Leonhardus Furerus ſtrenue defendit. Uti & Giphanio in Polit. pag. 813.*

item 28. veteres & honoratiores ſint familiæ, (ut in *Rep. Genuenſi*, teſte Giph.) (s) ex quibus ſemper Senatus corpus ſive Patrum collegium ſuppletur, (ut taceam eos, qui, præter antiquam dignitatis prærogativam, cum illis *pari nobilitatis jure, aliisq́, privilegiis, officiis & honoribus* gaudent) tamen haud exiguus ibi eſt numerus Senatorii ordinis Patriciorum. Quot enim interdum ſint vel in una familia, ex unico illo, nondum etiam auditis ceteris, patet exemplo, quod Cl. Piccartus recenſet. Sic autem ille: Vir Nobiliſſimus CUNRADUS BAUMGARTNER, ex duabus uxoribus Kreſſia & Zehneria ſuperſtes vidit ex ſe natos liberos 21. nepotes 77. pronepotes 37. quorum ſumma facit 135. Sic Anno 1598. demortuus JOHANN-im Hof/ ex *Margareta Neudungin, & Urſula Lemblin* 21. liberos ſuſcepit, (t) *Maria Dn. Joh. Jacobi*

 Muf-

(s) *lib. II. Polit. cap. 10. & lib. III. cap. 7. Bodin 2. de Rep. c. 6. Vintner de Rep. concl. 207. quas familias recenſuit* Johann Sibmacher / *in ſuo eleganti armorum & inſignium libro pag. 205.*

(t) *Videatur Dn. D. Wurgb. in Genealog. Imhoffiana.*

Muffelii uxor, nata *Geuderia*, 13. liberos, 40. vidit nepotes. *Henricus Ayrerus*, Patricius Noricus, qui ætatis ſuæ Anno 80. poſt natum verò Chriſtum 1497. diem ſuum obiit, ex *Germania, Greilingia & Kollia* 29. produxit liberos. (u) Anno 1406. 1407. 18. STROMERI mortui ſunt, neque tamen familia iſta interiit. Imò potiùs quondam latiſſima ſemper hujus generis fuit ſeries, ut *Conradus Stromerus* cum tribus uxoribus 33. liberos progeneravit.

Memorabile quoque eſt in hac familia exemplum illud ſine exemplo, quod *octava vice tres ſimul Stromeri in Senatu* fuerint. (x) Tertia vice aliàs in *Pfinzingiana*, ſecunda in *Forchteliana, Ebneriana, Holtzſchueriana, & Halleriana*, ſemel in *Groſsiana* contigit familia, ut *tres ſimul*

(u) *Vide Theſ. Practicum Beſoldi part. 2. p. 656. verb.* Nachkommen/ *in Spicilegio meo, ibiq; allegatos.*

(x) *Quoad familias manuſcripta conveniunt, quo ad numerum valdè discrepant. In familia Stromeriana alii ajunt, duodecima vice, alii 17. In Pfinzingiana alii 12. alii 11. vice. In Ebneriana alii tertia vice. In Halleriana alii 5. alii 13. vice. Semel etiam in Mendeliana.*

mul eſſent *in Senatu*, ſed toties nunquam, quoties in *Stromeriana* tres ſimul Senatus fuere participes. Anno 1652. viginti duo maſculi in ſola familia *Tucheriana* numerati ſunt. Numeroſam familiam, ut olim apud Anglos *Chriſtophorus Medcalfus* trecentos Equites, omnes ſcilicet ejusdem nobilis *Medcalforum* gentis & cognominis, eodemque amictu veſtitos eleganti luſtratione coegit, *teſte Cambdeno*.

Neque avitæ ſublimitatis obliti crapulam amant, aut Venerem, torporem & inertiam. Norunt illi in ſolo fortunæ paratu, aut ſtemmatis ac titulorum emblemate gloriari, & deſtitutum eſſe iis, quæ verè nobilitant, virtute, animo, Muſis & præclaris ſago togaq; in Rep. meritis, totius mundi riſum promereri. Quid enim illi, niſi ſanguine ac fortuna ta- "
les? Quæ ſi tollas, nudi ſunt, imò ſi "
ad primum hominem provoces, unde "
niſi à ligonibus & aratro ſunt, & ta- "
men tantoperè nobilitatem crepant. "

Ne

Ne igitur dignitas in indigno tanquam ornamentum in luto ſit, & ut elegantiſſimè Chryſoſtomus (y) inquit, *honoris magnitudo pro honoris dignitate vivere nolentibus ſupplicii major fiat acceſſio,* totos ſeſe Sapientiæ mancipant; ut exinde juxta proverbium, in toto terrarum orbe, uno omnium ore *Sapientiſſimi* habeantur. Norunt enim illud, quod Nobili homine, qui idem ſit literatus, (dann das ſtudiren drucket kein Pferdt) virtutisque maximè Studioſus, nihil ſit pulcrius, præſtantius aut præclarius.

Poſſem nunc dicere de utriusque civitatis ſtructura, quæ quamvis contra vim munire poſſit cives & incolas, tamen non mœnia, nō turres, non valla, urbium vel Rerumpublicarum munimenta ſunt; ſed potius ordo, leges, civium concordia. De his Iſocrates in Areopagitica: *Felicitas urbium non in magnifica murorum ſtructura, neq; in numeroſa civium multitudine conſiſtit; ſed ſapientibus & mo-*

dera-

(y) *Hom. 23, ad pop. Antioch, in pr.*

deratis Reip. gubernatoribus, & legibus continetur. Sapiens enim adminiſtratio & ordo *civitatis anima* eſt, quibus omnibus conſulitur in conſervatione & defenſione bonorum.

De *Venetis*, quorum Reip. majeſtas hodiè, ut quidam dixit, multò verius, quàm Ægypti Pyramides inter mundi miracula recenſetur, Petrus Juſtianianus, (z) Patricius Venetus, teſtatur, quod leges communes non ſequantur, ſed ſecundum ſtatuta propria vivant, miro modo politiæ negociis accommoda, nec tamen à jure aliena: ubi ſtatuta deſunt, ad patriæ conſuetudines ſe convertunt: fideliſſimi ſunt Reipubl., quam unusquisque in opulentia & honore tenere ſtudet. Neque hac in parte de felicitate tua tibi, ut Taubmanni ore Te alloquar.

Urbs urbium Germaniæ, Norimberga,
Francorum Jaſpis, margarita Pegneſſi,
meta omnis elegantiæ ſuprema, una,
ut multa cogam laxitate non multa.

neq;

(z) *pag. 6. n. 20.*

neq; quicquam, inquam, Tibi decedit. Cum enim videres, multa in ſtatutis tuis deſiderari, renovari ea A. ſupra milleſimum quingenteſimum ſexageſimo quarto, 24. Martii opera maximè Dn. CHRISTOPH. KÖTZLERI curaſti, Tibiq; additiones, ampliationes, limitationes, & neſcio, quæ amplius reſervaſti. A Venetorũ Repub. appellatio haud interponi poteſt. (a) *Sic neq; à Rep. Norica in cauſis 600. florenos non excedentibus.* Cogitavit videlicet pius Magiſtratus noſter, *quod ea ipſa, de quibus lis eſt, relinquere nonnunquam debeamus, dummodo litibus exuamur, & quod verecunda (b) cogitatio ejus, qui lites execratur, non ſit vituperanda.* Improba enim & cœlum allatrans vox eſt: *Solis ICtis vel in medio foro conceſſum eſſe latrocinium.*

Uti naturalis verò hominum eſt facilitas ad diſſentiendum & diſcordiam, dicat fortaſſis quispiam cum Agellio, *legum quoddam quaſi eſſe ſenium*, veluti omnium

(a) *Franc. Rubr. de Appell. n. 9.*
(b) *Ulp. l. 4. ff. de al. jud. mut. ca. f.*

mnium ſublunarium, & maximè humanarum rerum; quod nonnunquam illis abstergendum, ſuoq; reſtituendum nitori ac vigori priſtino: propterea malè agere Remp. noſtram; quod non in hac quoq; parte *Remp. Venetam* ſequatur. Illa enim dum videret, leges, dum novæ ſunt, acribus, ut fermè talia, initiis ſervari, incurioſo fine, nullam prudentiorem, nullam meliorem eſſe rationem, qua Reſp. ſervetur, nullam Medeam hujus Æſonis ſenium felicius rejuveneſcere facere exiſtimavit; quàm ſi qui vitio temporum, & hominum pravitate contracti ſunt nævi, tempeſtivè emendentur; & leges veteres, ne illarum comtemtus, aut oblivio obrepere poſſit, novis ſanctionibus muniantur. Et vel hoc ſolo Reſp. *Veneta* mortalitatem effugiſſe videtur, non alius magis inſtituti beneficio, quàm hujus inſtaurandarum corrigendarumq; legum, & reducendo revocandoq; cuncta, quæ labare videntur, ad priſcum morem.

Sed bona verba, quæſo, neq; ſemper novis legibus opus eſt, neq; proſunt

eæ-

eædem. Præſtat interdum, vel deteriores & incommodiores aliquas leges firmiter atque inviolabiliter retinere, quàm vel optimas commodiſſimasque habere; ſed à quibus crebrò, & temerè, levique momento recedatur. Quid? quod *moribus ignota, legibus quoq; ignota* debeant eſſe; & contra faciens, verbis Ciceronis pro Roſcio, *non tàm prohibeat, quàm moneat.* Sed utinam hîc adeſſent curiæ noſtræ oculi, & quoties rebus ſic poſcentibus Noricorum mandata notaſſent, ſine lachrymis exprimerent! Pergis, quid mandata? Sed quæ? de corradenda pecunia, ut divitiæ noſtræ ad exteros eant una & perpetua via. Sed quæſo, Perſii verbis, *ne ſis mihi tutor!* In tributis eſſe Reip. nervos, nemini dubium eſt.

Antequam verò noſtræ Reip. partes ſuſcipiam, prodeat Donatus Jannotius, qui Reip. Venetæ quoque vectigalia dicit ampliſſima atque multiplicia, utpote rebus omnibus, quæ vel importantur vel exportantur, impoſita portoria;

inter

inter quæ *centena millia florenorum* affert, qui *pro vino* duntaxat ſolent exigi: ad hæc *ſcriptura maris atq; continentis, decuma & cenſus patriciorum, omniumq; civium.* Eſt & aliud *tributi* genus, quod *arbitrarium* appellatur. Sunt enim multi ex Patriciis, atque civium ordine, qui licet fundos atque agros minimè poſſideant, negotiationis tamen cauſa ſunt locupletiſſimi. His ergò, pariter atque illis, hoc tributum imponitur, quod *tapta* apud eos nomen habet, h. e. *æſtimationis*: quandoquidem ſingulorum opes atque facultates de more *taxari* debent, id eſt, æſtimari; & quanti res uniuscujusque fuerint æſtimatæ, pro eo conſtitui, quid illi dependendum ſit.

Aſſeveranter à multis affirmatur, *ex omnibus vectigalibus urbis, maris atq; cõtinentis* in ſingulos annos ſupra ducenta millia decies aureos colligi: vel, ut Autor quidam in tractatu de Principatibus Italiæ, ad *tres quatuorve milliones* auri aſcendunt. Neander *(c)* quoque hujus vecti-

(c) *pag. 138, parte 1. orbis terræ.*

vectigalis mentionem facit: E ſolo vecti-gali, *inquit, Magiſtratus capit quotannis vicies centena ducatorum millia.* O vivam Reip. Noricæ in ipſis Venetiis imaginem! Sed nunc ad interruptum ſermonem.

Talia tributa quis Venetis improbavit? Novi equidem, quod Salvianus alicubi inquit, *Reſpubl. tributorum quaſi vinculis ſtrangulari.* Hinc Trajanus apud Sextum Aurelium in Juliano: *Fiſcus lieni ſimilis eſt, cujus incremento epar, & conſequenter totum corpus tabeſcit, decremento creſcit.* Sed ubi neceſſitas publica tale quid flagitat, ubi hæc ab omnibus æquali temperamento exiguntur, quamvis hæc per ſe gravia, tamen faciliùs tolerantur; quemadmodum benè prædictus Autor de Principatibus Italiæ diſſerit. Sed *Venetias* dices eſſe *Mercurialem civitatem, & mundi panegyrin,* uti Crucius(*d*) appellat, quæ teſte Douſa,

Eſt in mari ſita, ut magnas
Piſcetur urbes undiq; aureo reti.

(*d*) lib. III, Ep. pag. 107.

Utut

Utut ſit, eleganter huc quadrant verba illa(*e*) propè finem: *Militares expenſa, & hoſtium incurſiones multa egent diligentia; nec poſſunt hac citra pecunias agi.*

Medicum quendam, ſcribit Seneca, (*f*) cum Regis filiam curare deberet, nec ſine ferro poſſet; dum tumentem mammam leniter fovet, ſcalpellum ſpongia tectum induxiſſe: Sic *in Rep. decipere*, pro moribus temporum, &, ſpe propoſitæ pacis, prudentia habetur. *Nihil mirum eſt, ſi deteriora quotidiè patimur, qui quotidiè deteriores ſumus.* Et Cyprianus: *Miraris, in pœnas generis humani iram DEI creſcere, cum creſcat quotidiè, quod puniatur?* Addit: *Nec mirari nos debere, etiam ſi Deus plura mala immitteret; ſed hoc potius admiratione dignum eſſe, quod ſaltem aliquid boni largiatur.*
Non eſt mirandum, cum DEUS punit “
peccata, res adverſas ex improviſo im- “
mittens; ſed potius, ſi nihil tale fieret, “
hoc miraculi inſtar eſſe deberet. “

Sed

(*e*) Novella 1, n. 10. (*f*) de Ira c. 10.

Sed plura eſſe *Venetis*, præter hoc, præclara inſtituta, αὐθεντικῶς & imperiosè cōtendes? Quæ verò? Nam publici ærarii erit excogitatio, quod *Cameræ* nomen habere, ſæpius nominatus Donatus Jannotius teſtatur. Cum enim illud ob aſſidua bella geſta contra Græcorum Imperatorem Emanuelem nimis eſſet exhauſtum, atque exinanitum, ea, quæ à *Venetis* dicuntur *impraſtita*, edixit, ut unusquisq; Reip. commodaret; de certo quodam pecuniæ numero ſibi conſtituto, pro quo ſingulis annis ab eadem caperet uſuras quincunces. Quòd ſi hoc inſtitutum gemmas & aurum dixeris, etiam Norimbergæ reperies. Sed ſeponamus hæc; jucundiora ſumamus.

Poſſem hîc dicere *de D. Marci Procuratoribus*, qui *Venetiis* Theſaurum (g) inæſtimabilem cuſtodiunt; cum quo aliqua ex parte conferre poſſem coronam, & ceterum ornatum, qui in coronatione novi-

(g) *Quæ verò ibi cuſtodiantur, in Itin. Italiæ, quod à tribus Germaniæ Adoleſcentibus, editum eſt, pag. 34. fidelisſimè narrantur.*

noviter eligendi Imperatoris adhibetur, item *Clinodia Imperii*, v. g. Caroli Magni gladium, lanceam, quæ Servatoris noſtri latus aperuit; dextram portionem ſanctæ crucis; clavum unum, qui Chriſti perforavit artus; & mappam, qua ultima menſa Domini ſtrata fuit. (*h*)

Sed ad alia nunc depropero. *Veneta* Resp. ſchola illa prudentiæ, cum in mente forte an haberet illud (*i*) *Corneliæ Gracchorum matris*, quæ, cùm Campana matrona apud illam hoſpita, ornamenta ſua pulcerrima ſeculi illius ei oſtenderet, traxit eam ſermone, quousque è ſchola redirent liberi: & *hæc*, inquit, *ornamenta mea ſunt*; ne in hac parte quid deficeret, prudentiſſimè proſpexit. Ut enim non ſolummodò armis, ſed & literis Patricii Veneti darent operam, præter ea, quæ Contarenus (*k*) recenſet, Gymnaſium

 eſt

(*h*) *Ita recenſet Limn. in I. P. lib. I. cap. 14. n. 35. idem in addit. pag. 178. addit eund. lib. VII. cap. 35. n. 12. & Hartm. Maurum lib. III. de Coronat. Carol. V. apud Aquisgranum.* (*i*) *Val. Max. lib. IV. cap. 4.* (*k*) *lib. V.*

eſt in Bibliotheca Reip. ubi humaniores literæ, lingua Græca, & Jurisprudentia publicè leguntur. *(l)* Turpe *quippe eſt Patricio & nobili, jus, in quo verſatur, ignorare.* In inſula præterea, quæ Judaica vocatur, Academia *(m)* ſuperioribus annis Patriciorum fuit inſtituta, in qua pueri & bonis moribus & liberalibus doctrinis imbuuntur publica impenſa. Septem Veneta Resp. fovet Scholas ſive fraternitates, *1. Charitatis. 2. S. Johannis Evangeliſtæ. 3. Miſericordiæ. 4. S. Marci. 5. S. Rochi. 6. Theodori. 7. Paſſionis.* Respublica Norica quos quantosve ſumtus, tanquam ſollicita Mater, filiolæ ſuæ unica magis unicæ, almæ Legum nutrici Altdorphinæ, quam impensè amat, hactenus ſuppeditarit, & adhuc ſuppeditet, exteri admirantur; nos grati ſinguli agnoſcimus. Nec iſtud facit immeritò: Nam

ut lampas oleo deficiente perit,

„ ſic profectò Resp. Norica luce & ſplen-

(l) §. 41. ff. de O. I. *(m)* *Iannotius* p. 415.

ſplendore curiali diu jamdudum caruiſſet, niſi oleum hoc ſubminiſtraſſet. Hoc probè intellexit *Georgius Volcamerus*, vir in tantum laudandus, in quantum laudari virtus poteſt; proinde hanc curam cæteris curis ſemper duxit antevertendam, Unde quotidianos ſuos verſus ſic inchoavit:

Templa ſcholasque pia conſerva ante omnia cura.

Imò adeò prudentiſſimus Magiſtratus ſtudioſæ juventuti conſuluit, ut non modò Univerſitatem erigere, ſed etiam præter Scholas triviales in urbe *Auditorium publicum* conſtituere jamdiu in animo habuerit. Et quod *(n)* jamdudum Dn. D. JOHANNES PIRCKHAIMERI Wilibaldi Parens, teſte *Conrado Celte* in *deſcriptione Noribergæ*, Senatui ſuaſiſſe dicitur, ut videlicet Publicum Oratoriæ & Poëſcos Profeſſorem in urbe ad morem Italicum conſtitueret, id hoc noſtro de-

(n) *Vide vitam Pirckh. pag. 71.*

„ mum ſeculo in effectum deductu
eſt. Creſcunt enim & exſultant, & d
cuſſa quaſi ſenectute recaleſcunt civita
hujus nonnulli Senatores; ſi intelligun
quod hic vulgo ſe eximat, & ad felicit
tem omnium maximam emergat; al
verò ſtemma ſuum non inſpiciat, &
majoribus ſuis ſe gerat dignum, ut vid
at ea, quæ multis quatuordecim ſunt i
cognita.

O inæſtimabilem rectè locatæ in
ſtitutionis fructum! Lycurgus rogatu
cur legibus non uteretur? reſpondi
quod benè inſtituti temporis utilitate
morit. Contra verò, ſi neglecta fuer
inſtitutio, fruſtra feruntur leges, qu
fruſtra imperatur ei, qui obedire no
didicit.

Neque verò hîc audiendi ſunt, q
in maternos cineres mingentes, fem
nam primum naturæ monſtrum appe
lant, cum ſit privatio maris: Natura e
nim per ſe non intendit feminam gen
rare, ſed ſemper perfectiſſimum, i.e. ma

tem

rem. Unde *feminam* ſaltem *hominem occaſionatum aut defectuoſum* eſſe volunt, & Veneres omnes è toro ſuo proſcribunt. Sed audiant iſti Lipſium (o) ſaltem, qui ingenio, prudentia, & judicio doctæ cujusdam virginis adeò commovebatur, ut neſcire ſe fateatur, an gau- "
dere debeat ſeculi ſui, an verò dolere "
ſexus ſui cauſa. Mirantur in annali- "
bus ſuis *Caſſandram* ſuam *Veneti*, quæ in Gymnaſio Patavino cum omnium admiratione atque ſtupore peroravit. Cujus virginis oratio A. 1488. impreſſa in Bibliotheca Norica reſervatur. Pari admiratione dignam quondam judicavit Dominus *Chriſtophorus Scheurelius*, Univerſitatis Bolognenſis Syndicus, *Charitatem Pirckheimerin*, ut ita Respublica noſtra ne in hac quidem parte Venetis cedat. Et has duas iterum aſſimilavit *filiabus Lelii & Hortenſii*, uti & *Matri Gracchorum Cornelia*. Qua occaſione non poſſum non mentionem facere *Bar-*

(o) Cent. 2. Ep. 56.

bara Kreſſin, quæ ævi noſtri vera quoq; fuit *Theano*, & ob ſum̃am ſapientiã *Romæ* quoq; fuit cognita. Doctoris Sixti Oelhaffii, & D. Chriſtophori Scheurelii ICtorũ ante 100. años extãt Norimbergæ impreſſæ, & *ſororibus Pirckhaimeri* dedicatæ Epiſtolæ. *(p)* Cum ratione igitur inſaniat Vigilius, *(q)* qui *dimidium tantùm rationis habere mulieres*, aſſerit. Utuntur æquè ac maſculi, & malunt bono animo & eruditione, quàm multo auro eſſe ornatæ.

Inclytæ *Reip. Venetæ (r)* ſtatuta cultui & ornamentis certas poſuerunt metas, quas ne illis quidem matronis egredi licet, quæ Equeſtris ordinis viros ſortitæ ſunt. Et ejusmodi ſumtuarias & veſtiarias leges, ubi certa certis ordinibus indulgentur, etiam politicæ Conſtitutiones Imperii exactè requirunt; & non modò *Veneti, (s)* ſed etiam *Noribergenſes* obſervant.

(p) *De feminis doctis vide byſſina verba* des Schmäckenden in der Anleitung zur Höfligkeit. *p. 57. 58.*
(q) *Ad l. quibus non eſt perm. fac. teſt. p. 114.*
(r) *Matth. Boſſ. de immod. fem. cult. pag. 314.*
(s) *Beſoldius lib. II. Polit. cap. 2. pag. 629. Berneg quaſt. in Agricolam Tac. 16.*

vant. Et Venetorum quidem nomotheſian Ampliſſimus Senatus Noricus per legatos ſecum communicari petiit, & obtinuit, de quo plura & ſpecialiora in tractatu de *jure annulorum* Vir quidam conſultiſſimus.

Nimis mihi foret excurrendum, ſi de Cenſoribus numeri, ætatis, ordinis, conditionis, dignitatis, profeſſionum, civium æſtimatione & deſcriptione, item de emendatione morum, verba facere vellem. Apud *Venetos* nobilium præſertim viget Cenſura, qua magis, quàm bello Rempublicam illam conſervatam conſtat. Sic *Norimbergæ* ſunt Cenſores, qui ſalutaria cenſoria ſeveritate monent. Et profectò, ut olim in Republica Romana, ſic etiam hodiè tàm prodeſt *Catonem* naſci, quàm olim *Scipionem*; alter enim cum *hoſtibus*, alter cum *moribus* noſtris bellum gerit. Urbs *Athenarum*, teſte *VVolffio in Notis ad Iſocratem*, fuit aſylum quoddam totius Græciæ, *Helvetia* Germaniæ, ſed *Venetia* omnium propè nationum.

Proh DEum immortalem! Quot Exulum Respublica noſtra patria facta eſt receptaculum, quot nationum quaſi commune diverſorium; cum undique illud, quibus commodum eſt ire, ite conclamaretur; & multos circumagerent turbæ vel *Numidæ* in morem, ut diſcurrerent ſine lare, ſine certis ſedibus. Et ſi ſpes ulla patriæ fumum viſendi ſuperfuit, eleganti illa inſcriptione in Palatio magni Conſilii apud *Venetos* pro patria pugnantibus animum addiderunt: *Omnibus, qui patriam conſervabunt, adjuvabunt, augebunt, certum eſt, eſſe in cœlo definitum locum, ubi beati ævo ſempiterno fruuntur*: Sin verò minus, *Cratetis* tandem excelſum illum animum induerunt, qui quærenti Alexandro, an patriam ſuam vellet reſtitui? *Quid opus?* reſpondit, *alius Alexander fortaſſe eam diruet.*

Veneti inierunt fœdus *cum Turcis*: Reſpubl. *Norica* cum *Epiſcopo Bambergenſi & Herbipolenſi*, adverſus Marchionem Albertum. Quod judicio *Cameræ*

Impe-

Imperat. Anno 1553. pro licito fuit judicatum, teſte Mynſingero. *(t) Veneti* teſte Bodino, uti ſocios & inquilinos ſumma juris æquabilitate fovent, ita peregrinos quoque ſum̃a proſequũtur humanitate. Patet id exemplo *Ottonis Tertii Imperatoris*, qui *à Petro Urſeolo Veneto Duce* tàm lautè ſcribitur fuiſſe exceptus, ut *Venetis aureum pannum*, quotannis aliàs mittendum remitteret; quemadmodum poſt Zwingerum & Calviſium Excellent. Dn̄. D. Wurffbainius *(u)* abundè teſtatur.

Fuerunt hactenus multi, qui Norico ſplendore ducti, illa Magnificentia, illo cœleſti rerum ordine ſuccenſi (nec enim ſidera curſu magis certo incedere putem) è vicinis, nec vicinis tantùm, ſed & iis, quos ultra Oceani clauſtra fatalis diſperſit rejecit, *Noribergam* venére, auribus olim uſurpata, tunc oculis uſurpaturi. Et quamvis importunas illas

(t) Cent. 6. Obſ. 2. n. 10. adde Dn. Speidelii Notabilia recent pag. 170.

(u) Relat. hiſtoric. parte. 6. pag. 165. & partis 5. pag. 188.

muſcas, quas nullum limen ſubmovet, nullum velum, quæ per omnes rimas involant, Reſp. Norica haud æſtimet; irrumpunt enim nonnulli tanquam ſalutatores, inviſores & nomine amicorum fabulas, imò epulas captant; tamen ſi qui fortè honoribus digni eò adventant, cum honore & amore venientes excipiuntur, hærentes habentur, abeuntes dimittuntur; neque ulla benevolentiæ & humanitatis officia civitas iſta intermittit. Teſtem producere poſſem Danielem Eremitam Belgam in itinere Germanico, niſi quotidiè exempla obviarent.

Et ne peregrini iſti unà cum civibus cynicè vivere cogantur, ſed habeant, quibus fami dentes excutiant; eadem quæ *Senatus Veneti* cura eſt, dum magnam in ſingulos annos (teſte Adamo Contio in Politicis) *(x)* pecuniam impendit, ut, quæ ad victum neceſſaria ſunt, & copiosè invehantur, & vili pretio comparentur, cum Republica Norica vide-

(x) *Pag. 11.*

videtur eſſe communis. Tanta enim diligentia, tantave cura *granaria publica*, teſtis ſublimia, ſpatio murisque perampla, granis varii generis plena & onuſta, nobiliſſima iſta noſtra urbium Germaniæ Dea obſervat, ut in domibus iſtis frumentariis *trecentorum annorum frumentarios acervos* ſibi demonſtratos *in Diſp. aliqua de* Rep. ſcripſerit *Kirchnerus*. Tempore Regis Suecorum quoq; trecentorum annorum frumentum. 130. verò annorum avenam adfuiſſe notius eſt, quàm ut pluribus ſcribi debeat, Et hæc omnia rectiſſimè. Qui enim frumentum neceſſariumque commeatum non præparat, Vegetio teſte, ſine ferro vincitur. *Carolo Montium & Cliviæ Principi* quondam, Pighio teſte, acervus oſtenſus nuda adipe granorum fatiſcente ſine folliculis, ex quo quondam *Maximiliano Primo Cæſari* petenti panis eſt piſtus. Et hac in re *Uratislavia* quoq; *Reipub. Noricæ* dicitur æmula. (y)

(y) Piccart, dec, 1. c, 6,

Quod quondam filiabus *Scipionis* factum legimus, & in Athenienſi Republica *Ariſtidis*, de quibus ita ſcribit Hiſtoricus: Filias paternæ virtutis cauſa publico ære matrimonio elocatas: quodque *Damiani Mauri* bellicis ex laboribus mortuis duabus filiabus dotis nomine 40. libras auri conſtitutas ſcimus ex publico: Idem non modò in *Rep. Veneta* obſervari, teſtatur Bembus, (z) dum Centurioni benè merito dotem, quam filiæ daret, numeratum auri ternas libras ſcribit; verum etiam Norimbergenſium, imò, teſte Manlio, (a) *Hamburgenſium* hæc eſt conſuetudo beneficentiæ ac liberalitatis, quod filiabus elocandis ex publico quandoq; dos conſtituatur.

Juſtinianus Barbarus Senator Venetus, in manuſcripto de bello cum Auſtriacis hæc habet, uti *Drexelius* (b) refert: A Patre meo, inquit, audivi, juſſu Senatus populique *Veneti*, (c) *Jacobo Sannazario*

pro

(z) *lib. I. hiſt. Venet. pag. 27. Franck. de Laudem c. 22 n. 10.* (a) *tom. 3. loc. comm. pag. 136.*
(b) *in Aurifodina pag. mihi 256.* (c) *Baudius cent. 3. Ep. 37. hunc Sincerum Actium Sannazarium appellat.*

pro *verſiculis*, quibus urbem noſtram laudarat, *ſexcentos aureos* eſſe numeratos. Verſus deſiderabitis, Auditores, quinam ſint? En vobis illos:

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis
Stare urbem, & toti ponere jura mari.
Nunc mihi Tarpeias quantumvis Jupiter arces
Objice, & illa tui mœnia Martis, ait.
Si pelago Tybrim præfers, urbem aſpice utramq;,
Illam homines dicas, hanc poſuiſſe Deos.

O verſus verè aureos! Si ſinguli verſus à Venetis ita compenſati fuerunt, proh DEum immortalem! in quantam ſummam huic ſimilis juſti voluminis excreſceret recompenſatio. *Carolus V.* Imperator *Petri Appiani* Mathematici " unicum librum tribus millibus aureo " rum nummûm remuneraſſe ſcribitur. "

„ *Oppianus* totidem aureos ab Impera-
„ tore *Antonino* muneri accepit, quot
„ ei carmina nuncupavit. Erant autem plus, quàm mille viginti. *Bandius* (d) de ſe ipſo: *Præſes Joanninus egregium liberalitatis in me exemplum edidit, tradendo de manu in manum centum Piſtoletas; & minatus eſt, ſe non diſceſſurum in Galliam, quin adhuc tantundem addat. Primarius Angliæ Legatus etiam juſſit me confidere, ſe non inferiorem fore Galliarum Legato in nobis inaurandis.*

Sed quid de noſtra Rep.? Summa Reipubl. cura in eo continetur, ſi Reipubl. utile aliquid invenientibus præmia decernantur. *Xerxes*, ſi quis novam voluptatem excogitaret, præmio eum afficiebat. *Noribergenſes* certam penſionem alicui perſolvunt, ſi quis opificium incognitum exercet, ut apertè Giph. (e) oſtendit. Quoad remunerationem ſtudiorum etiam nil niſi benè de Republica noſtra. Teſtantur id aureis po-

culis

(d) *Cent. 3. Ep. 37.* (e) *in Polit. pag. 133.*

culis recompenſatæ crebræ dedicatio- "
nes, & domi libris atq; ſchedis reple- "
tæ arcæ, ut ferè dedicationum verus "
& genuinus uſus de conciliatione Pa- "
tronorum, in modum acquirendi pe- "
cuniam apud nonnullos mali com- "
matis homines videatur eſſe conver- "
ſus.

Multa dixi, *Auditores*, ſed plura reſtant. Incredibilis enim inter *Rempubl. Noricam & Venetam* intercedit ſimilitudo. & digitulo ſaltem vobis oſtendi, quomodo divagari quis poſſet liberiùs. *Patricii cujuſdam Norici* Domini, MARQUARDI MENDELII corpus *Noribergæ in* meditullio, ut ita loquar, templi Carthuſiani, (quod ipſum iſte exſtrui curavit) ſepultum eſt; viſcera verò ejus *Venetiis* cuſtodiuntur. Adeò certant hæ Reſpublicæ inter ſe conjunctæ quodammodò de viro benè merito ſepeliendo. Sed quis florentiſſimæ noſtræ Reipubl. Noricæ τὴν εὐνομίαν, εὐταξίαν, καὶ μεγαλοπρέπειαν pro meritis efferat verbis?

biſs? Cum viro in omni politiori literatura verſatiſſimo Noribergæ noſtræ acclamo, ut Anagrammatis ſui ſit memor: ORBI REGNA. Vel ſi mavis appellari CIVITAS NUREMBERGENSIS, per elegantem Anagrammatiſmum ad quemvis populum dicam: NESCIS? URBIUM REGINA EST. Quis etiam *Venetias*, urbium Reginam ac Dominam ſatis dignè extollet? Macrobius fortaſſis illud de Marone ſuo accomodare poteſt: *Ejus gloria* (f) *hæc eſt, ut nullius laudibus creſcat, nullius vituperatione minuatur.* Unde Jaſon *Paradiſum deliciarum* Venetias indigetavit.

Niſi me mens animi fallit, aurem mihi vellit Plato, qui præcipit, ne Orator ſtatuatur menſura Orationis, ſed Auditores. Deſinam igitur? Sed nondum deſino.

Patria, noſter amor, Venetis Te cedere nolo:
Quid Venetus? Veneris qui quoq́ nomen habent. No-

(f) lib. I. Saturn.

Noricaberga DEO, virtuti, legibus apta,
Sorte maritali non erit orba ſua.
Non erit orba ſuis Ciceronibus atq; Camillis,
Sed Patrum Patriæ non ſterileſcet honos:
Non ſterileſcet ager cœleſtia ſemina verbi
Salvifici largo fœnore ſuppeditans.
Suppeditans quævis tua fama perennet! Oberret
Vox hæc: In digitis ingenium eſſe tuum.
Ingenium eſſe tuum, felici prodere penna
Majorum laudes factaq; priſca Patrum.
Pars inamœna die procul hinc & nocte faceſſat;
Ocyus ad Turcas pars inamœna migret!

Additiones
ad hanc Orationem.

Pag. 515. Philippus Geuderus.) *Dn. Philippus Geuder An. 1565. in Ordinem Senatorium cooptatus, Anno ætatis 37. quod in laudatiſſima noſtra Rep. inauditum, Septemvir. & biennio ante obitũ, qui fuit A. 1581. Triumvir creatus eſt.*

Pag. 516. Si plures) *Referente* Ulrico Hutten in Epiſtola ad Bilibaldum Pirckheimerum *de Norimberga, Venetorum & Albaniæ Ducis dictum circumfertur:* Omnes reliquas in Germania civitates cæcutire, unam Norimbergam altero videre oculo. *Li Todeſchi ſono ciechi, fuorache Norinberga ha un occhio.* Dn. Speidel in Speculo Notabilium lit. N. num. 69. fol. 914.

Pag. 517. Ceterarum Rerumpub. exemplum.) *Veneta Reſp. apud* Draconem de Patric. pag. 241 *Exemplaris dicitur* n. 17. in fin.

Pag. 517. Venetiis ne in minutiſſimis) *Sanè Norimbergenſes in multis aliis Reipub. ordinationibus Venetorum æmulatores jamdudum audierunt. Pirckheimer in cenſura de Germ. Rebusp. ad Baptiſtam Egnatium Pium Venetum, inter* Opera Pirckh. Politica pag. 201. Nicol. Bellus in der politiſchen Schaßkammer lib. II. pag. 4. Goldaſt. in Epiſt. Dedic. Operum Pirckh. ad Senatum Norimb. Draco de Patric. p. 206. 267. *Norimbergam* parvas Venetias, *poſt Clapmarium, idem appellat* Draco p. 254. *Nürenbergenſes Venetorum Exemplar ſecuti quodammodo videntur, fuſiſſimè* Rudinger in Dedicatione ſingularium obſervationum.

Pag. 520. Miſſos juvenes) *Id ipſum eſt, quod* Draco de Patric. pag. 256. *extollit. Egregium Irenici encomium de Norimberga in exegeſi German.* lib. III. cap. 105. *hoc eſt*, viget ibi, *inquit*, Resp. nulli Germaniæ univerſæ conferenda, cujus laudi accedis, quod hæc non futori-

toribus, quibus ultra crepidam non licet, conſita ſit; verum viris partim, quibus rerum cognitionem experientia ac longa peregrinatio peperit, partim qui ſeſe nobilioribus doctrinis totos deſtinaverunt, & qui à primis cunabulis aut tenerioribus annis multorum hominum mores viderunt & urbes.

Pag. 522. Depictas imagines.) Hieronymus Gigas de Crimin. læſæ majeſt. pag. 407. *has picturas in aula, ubi magna comitia celebrantur, extare dicit. Horum Ducum encomia exprimit* Schraderus lib. III. Monument. Italiæ fol. 3. 12. b. ſeqq. *De loco Ducis Marini Falerii*, Zeiller in Itinerario Italiæ pag. 64.

Pag. 523. Tantam copiam) Welche in acht Viertel getheilt/ihre 132. Haubtleut haben.

Pag. 523. Pag. Bonis verbis) Mund. de Mun. & honor. c. 7. n. 82. & 83.

Pag. 525. A ſolis Patriciis.) *niſi fortè plebea*

beja nubat nobili, tunc quia quaſi particips ſit nobilitatis, admittitur.

Pag. 526. Omnes cives.) *Non autem veri cives ſunt illi, qui jus habent aliquem in jus vocandi & comparendi. Nam hoc jus habent etiam οἱ ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦντες. Olim civitates pacta ac fœdera commerciorum cauſa facere ſolebant, quibus cavebatur primum, ne cives earum civitatum inter ſe læderent; deinde ut ſi quam injuriam vel damnum unius civitatis civis à cive alterius civitatis accepiſſet, poſſet illum eo loco jure judicioq́; perſequi. Talia hodie pacta ſunt inter Venetos & Norimbergenſes, inter Civitates Hanſeaticas, inter Anglos & Hiſpanos.* Piccart. 3. Polit. c. 1. pag. 334.

Pag. 527. Optimatum.) *Bilibaldus Pirckheimer Baptiſta Egnatio Pio Veneto S. D.* Nec inficias eo, fatalem quandam & innatam animi eſſe propenſionem inter Venetos & Norimbergenſes, non ſolùm ob mercaturæ comerciũ, ſed,

ſed, ut tu quoque ſcribis, ob ſimilem Reip. adminiſtrationem, ſi ſaltem parva magnis conferre licet, quam à vobis olim accepiſſe, adeò non pudet, ut ejus rei gratia libenter etiam gloriemur. Accedit, quod inter omnes Germaniæ Respublicas ſola noſtra, inſtar veſtræ, ab Optimatibus & Patriciis gubernetur. *Huc faciunt verba* Draconis de Patric. *pag. 256.* Præ cæteris Norimberga & Lunæburga veterem illibatamq; Patriciæ Reip. virginitatem adhuc retinent. De Republ. Norimberg. conſtat, ab eo tempore, quo Caroli IV. auſpiciis rerum gubernacula in Patriciorum manus pervenerunt, pulcerrimam extitiſſe Ariſtocratiam, non ex ditioribus, ſed nobilioribus conflatam; licet demomocratici regiminis ſpecioſa ſimulachra ſingulari prudentia admixta propè appareant. Vide tamen Arniſ. lib. II. Relect. Polit. cap. 4. ſect. 2. n. 44. & Martin. 2. Polit. 11. *ubi ſcribunt,*

quod

quod Democratia magnam quoq; Norimberga ſibi vindicet partem. Verùm ea ad arcana Ariſtocratiæ referri poſſunt. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. II. cap. 2. & ſeqq. *Nurenberga maximè optimatum ſtatum amplexa &c. Johann.* Rudinger in Dedicatione ſingularium obſervationum.

Pag. 527. Joh. Manlius in Collect.) *adde* Eundem pag. 622.

Pag. 529. Arſenali.) *Vide* Andream Schottum, Pighium, Pflaumerum, Hentznerum. Megiſerum, Johann. Jacob. Graſſerum Johan. Wilhelm Neumeyer *de Ramsla, Limn. in I. P.* lib. II. cap. 8. n. 112. Joſephum Fürtenbach.

Pag. 533. Neque vero in hoc judicium quivis.) *In defectu Patriciorum plebeios patricio primùm inſcriptos albo, poſtmodum in Senatum legerunt Veneti.* Draco de Patric. lib. I. cap. 1. lib. III. cap. 1. *Idem Senatus Noricus & Auguſtanus fecit. Sic ſub Henrico V. nova*

civi-

civitatum Imperialium gubernandarum forma introducta, ut præcipui in Senatorium ordinem cooptarentur, ob merita quædam in Rempublicam; belli præſertim tempore, commeatum, aut pecuniam forte credendo collata, aut quavis alia ratione militem juvando: quem modum apud Venetos non infrequentem eſſe, ait domeſticus teſtis Juſtinianus Barbariq. de bello Venet. *Sic olim Veneti contra Ligures bellum gerentes feliſſimè plurimas familias in Senatum cooptarunt, quæ beneficia in Rempublicam contulerunt, ita ut ditiſſimus quisq; optimè meritus & videri & eſſe vellet.* Obrecht in Secret. Polit. tit. 7. n. 76.

Pag. 534. Miſſis ad hanc rem aliquot Viris prudentibus.) *Unica cura civitatis eſſe debet, ut ſi quid alibi melius inſtitutum cognoverit, aut lautius, cupidiſſimè ſolertiſſiméq;, quo ad ejus fieri poteſt, imitetur atque exprimat. Plura huc pertinẽtia cõgeſſit* Cl. Dn. Rupertus in Flori lib. I. cap. 24. §. I.

Pag. 534. Quamvis Limnæus & ibi allegati.) *Sic etiam* Petrus Juſtinianus lib. II. Hiſt. Venet. fol. 215. *generaliter loquitur*: Venére, *inquit*, ex Norimbergenſi ampla & libera in Germania civitate Legati, qui exemplum Venetarum legum à Patribus petiverunt; quas uti ſanctiſſimas prudenterq; inſtitutas civitas illa ſequi optabat. Id quidem frequens Senatus concedendum cenſuit, legesq; in Germaniam perductæ ſunt, quibus ad hunc diem Norimbergenſes utuntur. Hactenus ille.

Pag. 536. Quibus ſolis eſt jus.) *Idem teſtatur* Bodinus lib. VI. de Rep. cap. 6. pag. 1209. *quod Veneti hodie honores, imperia, ſacerdotiaq; ampliſſima Patriciis tantùm tribuant: ita ut non modò ipſam urbem, ſed & civitates oppidaq; ditionis Venetæ moderentur*, Leander Albertus in deſcr. Venet. pag. 788. *Venetiis, Norimbergæ, Lunaburgæ in Senatoribus eligendis tantùm ratio habetur Patriciorum.* Draco pag. 267.

bis? Cum viro in omni politiori literatura verſatiſſimo Noribergæ noſtræ acclamo, ut Anagrammatis ſui ſit memor: ORBI REGNA. Vel ſi mavis appellari CIVITAS NUREMBERGENSIS, per elegantem Anagrammatiſmum ad quemvis populum dicam: NESCIS? URBIUM REGINA EST. Quis etiam *Venetias*, urbium Reginam ac Dominam ſatis dignè extollet? Macrobius fortaſſis illud de Marone ſuo accomodare poteſt: *Ejus gloria* (f) *hæc eſt, ut nullius laudibus creſcat, nullius vituperatione minuatur.* Unde Jaſon *Paradiſum deliciarum* Venetias indigetavit.

Niſi me mens animi fallit, aurem mihi vellit Plato, qui præcipit, ne Orator ſtatuatur menſura Orationis, ſed Auditores. Deſinam igitur? Sed nondum deſino.

Patria, noſter amor, Venetis Te cedere nolo:
Quid Venetus? Veneris qui quoq; nomen habent.

No-

(f) *lib. I. Saturn.*

Noricaberga DEO, virtuti, legibus apta,
Sorte maritali non erit orba ſua.
Non erit orba ſuis Ciceronibus atq; Camillis,
Sed Patrum Patriæ non ſterileſcet honos:
Non ſterileſcet ager cœleſtia ſemina verbi
Salvifici largo fœnore ſuppeditans.
Suppeditans quævis tua fama perennet! Oberret
Vox hæc: In digitis ingenium eſſe tuum.
Ingenium eſſe tuum, felici prodere penna
Majorum laudes factaq; priſca Patrum.
Pars inamœna die procul hinc & nocte faceſſat;
Ocyus ad Turcas pars inamœna migret!

Addi-

Additiones
ad hanc Orationem.

Pag. 515. Philippus Geuderus.) *Dn. Philippus Geuder An. 1565. in Ordinem Senatorium cooptatus, Anno ætatis 37. quod in laudatiſſima noſtra Rep. inauditum, Septemvir. & biennio ante obitũ, qui fuit A. 1581. Triumvir creatus eſt.*

Pag. 516. Si plures) *Referente* Ulrico Hutten in Epiſtola ad Bilibaldum Pirckheimerum *de Norimberga, Venetorum & Albaniæ Ducis dictum circumfertur:* Omnes reliquas in Germania civitates cæcutire, unam Norimbergam altero videre oculo. *Li Todeſchi ſono ciechi, fuorache Norinberga ha un occhio.* Dn. Speidel in Speculo Notabilium lit. N. num. 69. fol. 914.

Pag. 517. Ceterarum Rerumpub. exemplum.) *Veneta Reſp. apud* Draconem de Patric. pag. 241 *Exemplaris dicitur* n. 17. in fin.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 517. Venetiis ne in minutiſſimis) *Sanè Norimbergenſes in multis aliis Reipub. ordinationibus Venetorum æmulatores jamdudum audierunt. Pirckheimer in cenſura de Germ. Rebusp. ad Baptiſtam Egnatium Pium Venetum, inter* Opera Pirckh. Politica pag. 201. Nicol. Bellus in der politiſchen Schatzkammer lib. II. pag. 4. Goldaſt. in Epiſt. Dedic. Operum Pirckh. ad Senatum Norimb. Draco de Patric. p. 206. 267. *Norimbergam* parvas Venetias, *poſt Clapmarium, idem appellat* Draco p. 254. *Nürenbergenſes Venetorum Exemplar ſecuti quodammodò videntur, juſiſſimè* Rudinger in Dedicatione ſingularium obſervationum.

Pag. 520. Miſſos juvenes) *Id ipſum eſt, quod* Draco de Patric. pag. 256. *extollit. Egregium Irenici encomium de Norimberga in exegeſi German.* lib. III. cap. 105. *hoc eſt*, viget ibi, *inquit*, Resp. nulli Germaniæ univerſæ conferenda, cujus laudi accedis, quod hæc non ſu-

tori-

toribus, quibus ultra crepidam non licet, conſita ſit; verum viris partim, quibus rerum cognitionem experientia ac longa peregrinatio peperit, partim qui ſeſe nobilioribus doctrinis totos deſtinaverunt, & qui à primis cunabulis aut tenerioribus annis multorum hominum mores viderunt & urbes.

Pag. 522. Depictas imagines.) Hieronymus Gigas de Crimin. læſæ majeſt. pag. 407. *has picturas in aula, ubi magna comitia celebrantur, extare dicit. Horum Ducum encomia exprimit* Schraderus lib. III. Monument. Italiæ fol. 312. b. ſeqq. *De loco Ducis Marini Falerii,* Zeiller in Itinerario Italiæ pag. 64.

Pag. 523. Tantam copiam) Welche in acht Viertel getheilt/ihre 132. Haubtleut haben.

Pag. 523. Pag. Bonis verbis) Mund. de Mun. & honor. c. 7. n. 82. & 83.

Pag. 525. A ſolis Patriciis.) *niſi fortè plebea*

beja nubat nobili, tunc quia quaſi particeps ſit nobilitatis, admittitur.

Pag. 526. Omnes cives.) *Non autem veri cives ſunt illi, qui jus habent aliquem in jus vocandi & comparendi. Nam hoc jus habent etiam οἱ ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦντες. Olim civitates pacta ac fœdera commerciorum cauſa facere ſolebant, quibus cavebatur primum, ne cives earum civitatum inter ſe læderent; deinde ut ſi quam injuriam vel damnum unius civitatis civis à cive alterius civitatis accepiſſet, poſſet illum eo loco jure judicioq; perſequi. Talia hodie pacta ſunt inter Venetos & Norimbergenſes, inter Civitates Hanſeaticas, inter Anglos & Hiſpanos.* Piccart. 3. Polit. c. 1. pag. 334.

Pag. 527. Optimatum.) *Bilibaldus Pirckheimer Baptiſta Egnatio Pio Veneto S. D.* Nec inficias eo, fatalem quandam & innatam animi eſſe propenſionem inter Venetos & Norimbergenſes, non ſolùm ob mercaturæ comerciũ, ſed,

ſed, ut tu quoque ſcribis, ob ſimilem Reip. adminiſtrationem, ſi ſaltem parva magnis conferre licet, quam à vobis olim accepiſſe, adeò non pudet, ut ejus rei gratia libenter etiam gloriemur. Accedit, quod inter omnes Germaniæ Reſpublicas ſola noſtra, inſtar veſtræ, ab Optimatibus & Patriciis gubernetur. *Huc faciunt verba* Draconis de Patric. *pag. 256.* Præ cæteris Norimberga & Lunæburga veterem illibatamq; Patriciæ Reip. virginitatem adhuc retinent. De Republ. Norimberg. conſtat, ab eo tempore, quo Caroli IV. auſpiciis rerum gubernacula in Patriciorum manus pervenerunt, pulcerrimam extitiſſe Ariſtocratiam, non ex ditioribus, ſed nobilioribus conflatam; licet demomocratici regiminis ſpecioſa ſimulachra ſingulari prudentia admixta propè appareant. Vide tamen Arniſ. lib. II. Relect. Polit. cap. 4. ſect. 2. n. 44. & Martin. 2. Polit. 11. *ubi ſcribunt,*

quod

quod Democratia magnam quoq; Norimberga ſibi vindicet partem. Verùm ea ad arcana Ariſtocratia referri poſſunt. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. II. cap. 2. & ſeqq. *Nurenberga maximè optimatum ſtatum amplexa &c. Johann.* Rudinger in Dedicatione ſingularium obſervationum.

Pag. 527. Joh. Manlius in Collect.) *adde* Eundem pag. 622.

Pag. 529. Arſenali.) *Vide* Andream Schottum, Pighium, Pflaumerum, Hentznerum. Megiſerum, Johann. Jacob. Graſſerum Johan. Wilhelm Neumeyer *de Ramsla, Limn. in I. P.* lib. II. cap. 8. n. 112. Joſephum Fürtenbach.

Pag. 533. Neque vero in hoc judicium quivis.) *In defectu Patriciorum plebeios patricio primùm inſcriptos albo, poſtmodum in Senatum legerunt Veneti.* Draco de Patric. lib. I. cap. 1. lib. III. cap. 1. *Idem Senatus Noricus & Auguſtanus fecit. Sic ſub Henrico V. nova*

civi-

civitatum Imperialium gubernandarum forma introducta, ut pracipui in Senatorium ordinem cooptarentur, ob merita quædam in Rempublicam, belli præſertim tempore, commeatum, aut pecuniam fortè credendo collata, aut quavis alia ratione militem juvando: quem modum apud Venetos non infrequentem eſſe, aut domeſticus teſtis Juſtinianus Barbariq. de bello Venet. *Sic olim Veneti contra Ligures bellum gerentes feliciſſimè plurimas familias in Senatum cooptarunt, quæ beneficia in Rempublicam contulerunt, ita ut ditiſſimus quisq; optimè meritus & videri & eſſe vellet.* Obrecht in Secret. Polit. tit. 7. n. 76.

Pag. 534. Miſſis ad hanc rem aliquot Viris prudentibus.) *Unica cura civitatis eſſe debet, ut ſi quid alibi melius inſtitutum cognoverit, aut lautius, cupidiſſimè ſolertiſſiméq;, quo ad ejus fieri poteſt, imitetur atque exprimat. Plura huc pertinẽtia cõgeſſit* Cl. Dn. Rupertus in Flori lib. I. cap. 24. §. I.

Pag.

Pag. 534. Quamvis Limnæus & ibi allegati.) *Sic etiam* Petrus Juſtinianus lib. II. Hiſt. Venet. fol. 215. *generaliter loquitur*: Venére, *inquit*, ex Norimbergenſi ampla & libera in Germania civitate Legati, qui exemplum Venetarum legum à Patribus petiverunt; quas uti ſanctiſſimas prudenterq; inſtitutas civitas illa ſequi optabat. Id quidem frequens Senatus concedendum cenſuit, legesq; in Germaniam perductæ ſunt, quibus ad hunc diem Norimbergenſes utuntur. Hactenus ille.

Pag. 536. Quibus ſolis eſt jus.) *Idem teſtatur* Bodinus lib. VI. de Rep. cap. 6. pag. 1209. *quod Veneti hodiè honores, imperia, ſacerdotiaq́; ampliſſima Patriciis tantùm tribuant: ita ut non modò ipſam urbem, ſed & civitates oppidaq́; ditionis Venetæ moderentur*, Leander Albertus in deſcr. Venet. pag. 788. *Venetiis, Norimbergæ, Lunæburgæ in Senatoribus eligendis tantùm ratio habetur Patriciorum.* Draco pag. 267.

biſ? Cum viro in omni politiori literatura verſatiſſimo Noribergæ noſtræ acclamo, ut Anagrammatis ſui ſit memor: ORBI REGNA. Vel ſi mavis appellari CIVITAS NUREMBERGENSIS, per elegantem Anagrammatiſmum ad quemvis populum dicam: NESCIS? URBIUM REGINA EST. Quis etiam *Venetias*, urbium Reginam ac Dominam ſatis dignè extollet? Macrobius fortaſſis illud de Marone ſuo accomodare poteſt: *Ejus gloria* (f) *hæc eſt, ut nullius laudibus creſcat, nullius vituperatione minuatur.* Unde Jaſon *Paradiſum deliciarum* Venetias indigetavit.

Niſi me mens animi fallit, aurem mihi vellit Plato, qui præcipit, ne Oratori ſtatuatur menſura Orationis, ſed Auditores. Deſinam igitur? Sed nondum deſino.

Patria, noſter amor, Venetis Te cedere nolo:
Quid Venetus? Veneris qui quoq; nomen habent.

No-

(f) lib. I. Saturn.

Noricaberga DEO, virtuti, legibus apta,
Sorte maritali non erit orba ſua.
Non erit orba ſuis Ciceronibus atq; Camillis,
Sed Patrum Patriæ non ſterileſcet honos:
Non ſterileſcet ager cœleſtia ſemina verbi
Salvifici largo fœnore ſuppeditans.
Suppeditans quævis tua fama perennet! Oberret
Vox hæc: In digitis ingenium eſſe tuum.
Ingenium eſſe tuum, felici prodere penna
Majorum laudes factaq; priſca Patrum.
Pars inamœna die procul hinc & nocte faceſſat;
Ocyus ad Turcas pars inamœna migret!

Adäi-

Additiones
ad hanc Orationem.

Pag. 515. Philippus Geuderus.) *Dn. Philippus Geuder An. 1565. in Ordinem Senatorium cooptatus, Anno ætatis 37. quod in laudatiſſima noſtra Rep. inauditum, Septemvir. & biennio ante obitũ, qui fuit A. 1581. Triumvir creatus eſt.*

Pag. 516. Si plures) *Referente* Ulrico Hutten in Epiſtola ad Bilibaldum Pirckheimerum *de Norimberga, Venetorum & Albaniæ Ducis dictum circumfertur:* Omnes reliquas in Germania civitates cæcutire, unam Norimbergam altero videre oculo. *Li Todeſchi ſono ciechi, fuorache Norinberga ha un occhio.* Dn. Speidel in Speculo Notabilium lit. N. num. 69. fol. 914.

Pag. 517. Ceterarum Rerumpub. exemplum.) *Veneta Reſp. apud* Draconem de Patric. pag. 241 *Exemplaris dicitur* n. 17. in fin.

Pag.

Pag. 517. Venetiis ne in minutiſſimis) *Sanè Norimbergenſes in multis aliis Reipub. ordinationibus Venetorum æmulatores jamdudum audierunt. Pirckheimer in cenſura de Germ. Rebusp. ad Baptiſtam Egnatium Pium Venetum, inter* Opera Pirckh. Politica pag. 201. Nicol. Bellus in der politiſchen Schatzkammer lib. II. pag. 4. Goldaſt. in Epiſt. Dedic. Operum Pirckh. ad Senatum Norimb. Draco de Patric. p. 206. 267. *Norimbergam* parvas Venetias, *poſt Clapmarium, idem appellat* Draco p. 254. *Nürenbergenſes Venetorum Exemplar ſecuti quodammodo videntur, fuſiſſimè* Rudinger in Dedicatione ſingularium obſervationum.

Pag. 520. Miſſos juvenes) *Id ipſum eſt, quod* Draco de Patric. pag. 256. *extollit. Egregium Irenici encomium de Norimberga in exegeſi German.* lib. III. cap. 105. *hoc eſt*, viget ibi, *inquit*, Resp. nulli Germaniæ univerſæ conferenda, cujus laudi accedis, quod hæc non futori-

toribus, quibus ultra crepidam non licet, conſita ſit; verum viris partim, quibus rerum cognitionem experientia ac longa peregrinatio peperit, partim qui ſeſe nobilioribus doctrinis totos deſtinaverunt, & qui à primis cunabulis aut tenerioribus annis multorum hominum mores viderunt & urbes.

Pag. 522. Depictas imagines.) Hieronymus Gigas de Crimin. læſæ majeſt. pag. 407. *has picturas in aula, ubi magna comitia celebrantur, extare dicit. Horum Ducum encomia exprimit* Schraderus lib. III. Monument. Italiæ fol. 3. 12. b. ſeqq. *De loco Ducis Marini Falerii*, Zeiller in Itinerario Italiæ pag. 64.

Pag. 523. Tantam copiam) Welche in acht Viertel getheilt/ihre 132. Haubtleut haben.

Pag. 523. Pag. Bonis verbis) Mund. de Mun. & honor. c. 7. n. 82. & 83.

Pag. 525. A ſolis Patriciis.) *niſi fortè plebea*

beja nubat nobili, tunc quia quaſi particeps ſit nobilitatis, admittitur.

Pag. 526. Omnes cives.) *Non autem veri cives ſunt illi, qui jus habent aliquem in jus vocandi & comparendi. Nam hoc jus habent etiam οἱ ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦντες. Olim civitates pacta ac fœdera commerciorum cauſa facere ſolebant, quibus cavebatur primum, ne cives earum civitatum inter ſe læderent; deinde ut ſi quam injuriam vel damnum unius civitatis civis à cive alterius civitatis accepiſſet, poſſet illum eo loco jure judicioq́; perſequi. Talia hodie pacta ſunt inter Venetos & Norimbergenſes, inter Civitates Hanſeaticas, inter Anglos & Hiſpanos.* Piccart. 3. Polit. c. 1. pag. 334.

Pag. 527. Optimatum.) *Bilibaldus Pirckheimer Baptiſtæ Egnatio Pio Veneto S. D.* Nec inficias eo, fatalem quandam & innatam animi eſſe propenſionem inter Venetos & Norimbergenſes, non ſolùm ob mercaturæ cõmerciũ,

ſed,

ſed, ut tu quoque ſcribis, ob ſimilem Reip. adminiſtrationem, ſi ſaltem parva magnis conferre licet, quam à vobis olim accepiſſe, adeò non pudet, ut ejus rei gratia libenter etiam gloriemur. Accedit, quod inter omnes Germaniæ Respublicas ſola noſtra, inſtar veſtræ, ab Optimatibus & Patriciis gubernetur. *Huc faciunt verba* Draconis de Patric. *pag. 256.* Præ cæteris Norimberga & Lunæburga veterem illibatamq; Patriciæ Reip. virginitatem adhuc retinent. De Republ. Norimberg. conſtat, ab eo tempore, quo Caroli IV. auſpiciis rerum gubernacula in Patriciorum manus pervenerunt, pulcerrimam extitiſſe Ariſtocratiam, non ex ditioribus, ſed nobilioribus conflatam; licet democratici regiminis ſpecioſa ſimulachra ſingulari prudentia admixta propè appareant. Vide tamen Arniſ. lib. II. Relect. Polit. cap. 4. ſect. 2. n. 44. & Martin. 2. Polit. 11. *ubi ſcribunt,*

quod

quod Democratia magnam quoq; Norimbergæ ſibi vindicet partem. Verùm ea ad arcana Ariſtocratiæ referri poſſunt. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. II. cap. 2. & ſeqq. *Nurenberga maximè optimatum ſtatum amplexa &c. Johann.* Rudinger in Dedicatione ſingularium obſervationum.

Pag. 527. Joh. Manlius in Collect.) *adde* Eundem pag. 622.

Pag. 529. Arſenali.) *Vide* Andream Schottum, Pighium, Pflaumerum, Hentznerum. Megiſerum, Johann. Jacob. Graſſerum Johan. Wilhelm Neumeyer *de Ramsla, Limn. in I. P.* lib. II. cap. 8. n. 112. Joſephum Fürtenbach.

Pag. 533. Neque vero in hoc judicium quivis.) *In defectu Patriciorum plebeios patricio primùm inſcriptos albo, poſtmodum in Senatum legerunt Veneti.* Draco de Patric. lib. I. cap. 1. lib. III. cap. 1. *Idem Senatus Noricus & Auguſtanus fecit. Sic ſub Henrico V. nova* *civi-*

Pag. 534. Quamvis Limnæus & ibi allegati.) *Sic etiam* Petrus Juſtinianus lib. II. Hiſt. Venet. fol. 215. *generaliter loquitur*: Venére, *inquit*, ex Norimbergenſi ampla & libera in Germania civitate Legati, qui exemplum Venetarum legum à Patribus petiverunt; quas uti ſanctiſſimas prudenterq́; inſtitutas civitas illa ſequi optabat. Id quidem frequens Senatus concedendum cenſuit, legesq́; in Germaniam perductæ ſunt, quibus ad hunc diem Norimbergenſes utuntur. Hactenus ille.

Pag. 536. Quibus ſolis eſt jus.) *Idem teſtatur* Bodinus lib. VI. de Rep. cap. 6. pag. 1209. *quod Veneti hodiè honores, imperia, ſacerdotiaq́, ampliſſima Patriciis tantùm tribuant: ita ut non modò ipſam urbem, ſed & civitates oppidaq́, ditionis Venetæ moderentur*, Leander Albertus in deſcr. Venet. pag. 788. *Venetiis, Norimbergæ, Lunaburgæ in Senatoribus eligendis tantùm ratio habetur Patriciorum.* Draco pag. 267.

Pag. 536. Donec probet.) *Et rectiſſimè, qui nobilitatem allegat, eam probare debet: quia nobilitas non naſcitur ictu oculi, nec eſt à natura, ſed adventitia. Quod enim ad jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt, ideò nobilitas non præſumitur, ſed ſprobari debet.* Tiraq. de nobil. c. 10. n. 13.

Pag. 537. uti in Republ. Genuenſi.) *Andreas Doria 28. Regimini præſtituit*, Bodin. lib. II. cap. 6. n. 226. in fin. Beſold. 1. Polit. c. 7. §. 3. n. 13.

Pag. 537. numerus haud exiguus.) *Ob iſtam Patriciorum multitudinem eundem diſtribuendi officia cum Venetis communem modum obſervat Reſpublica illa, quæ Germaniæ ocellus dicitur, & parva Venetia.* Clapmar. de Arcan. Rerumpublicarum lib. VI. cap. 20. *Ibi namq́; Patricii publicos honores ſoli, & Magiſtratus, à plebe & Mercatoribus ſeparati obtinent.* Celtes de Norimberga c. 13.

Pag.

Pag. 548. Theſaurum.) *Vide allegatos apud* Zeillerum in Itinerario Italiæ p. 61.

Pag. 554. Sumtuarias leges.) *Huc facit* Mundius de Mun. & hon. cap. 9. n. 36 37. Celtes in Norimberga c. 15. à pr. *ubi de legibus ſumtuariis in conviviis ſponſalium, nuptiarum, baptizatorum, & funerum.*

Pag. 554. veſtiarias leges.) *Veneti ſutuarias leges ſuas acriter defendunt, & cùm paulatim infringi illas hactenus animadvertiſſent, 18. Jan. 1651. gravi ſub pœna renovari curarunt. De veſtiaria re ſcripſit ex profeſſo* Lazarus Bayſius. *Jungatur* Limn. lib. VI. J. Publ. cap. 5. pag. 152. *Maximilianus I. ſingulis Principum ordinibus certum & diſtinctum veſtitum præſcripſit.* Limn. in addit. ad J. Publ. lib. IV. c. 7. n. 23.

Pag. 555. Vir Conſultiſſimus.) Georg. Rittershuſius, *qui addit*: Nomotheſia hæc etiamnunc Noribergæ in Curia rubro contecta corio aſſervatur, cujus inſpiciendæ copiam ante tri-

ennium mihi contigiſſe memini. Hæc ille.

Pag. 555. Nobilium Cenſura.) *Veneti certis temporibus quosdam Quæſitorum titulo in provincias ſibi ſubjectas cum vitæ necisq́ue poteſtate mittere ſolent, qui in ambitionem & avaritiam Magiſtratuum animadvertant, & à potentioribus oppreſſos ſublevent.*

Leonhart Wurſtbain Norib. Doct.

Dn. Chriſtophoro Ludovico Dietherr,

DE

Comparatione Reip. Venetæ & Noribergenſis peroranti,

S. P. D.

ARgumentum hoc, hactenus ab aliis indictũ ſibi meritò gratulatur, authorem ſe habuiſſe non Venetũ, ſed Noribergenſẽ: Non è fæce plebeja, ſed meliori luto, & honeſtioribus civibus progenitum: Et quod cõmendationem auget,

get, in re literaria colore nativo non leviter tinctum, ſed probè imbutum. Cujus Parentes & Agnati DIETHERRI ſcilicet annis abhinc quadringentis, & quod excurrit, ſub OTTONE IV. Saxone (Heinrici Leonis ſuo ævo primitus Principis maximi filio) Imperatore, ab oppido *Rhinavico*, Alſatiæ ad Ludos publicos Equeſtris Ordinis Berbetomagi Vangionum, alii verò ad officia publica Imperialis noſtræ Reipublicæ admiſſi: Materni verò & Cognati, hoc eſt, DERRERI ab A. C. 1350. ad Interiorem Senatum, Conſulatum Seniorem & Juniorem, etiam ærarium, judicia & alia officia publica adoptati fuerunt. E quibus noſtro ævo Nobiliſſ: Ampliſſ: & Prudentiſſimus Vir, Dominus CHRISTOPHORUS DERRERUS, ab Unterbürg Ordinem Seniorem Conſulum, & Præfecturæ Provincialis magna cum laude ſuſtinet; in quo etiam ut Sol inter ſidera egregiè micat.

Propoſitum igitur tibi fuit, Rempublicam Venetam & Noribergenſem

non quidem ratione provinciarum & latifundii, ſed aliis cauſis huic argumẽto inſerviẽtibus conferre: Cùm Veneti etiam noſtro ævo regnum Cretæ, Corcyræ, etiam alias Provincias & civitates (non dicam jure, vel aliorum injuria) poſſideant: Quorum ſimile Reſpublica noſtra nihil jactare poteſt.

Etiamſi verò in hoc illuſtri argumento multa & magna ordine breviter & dilucidè congeſſeris, tamen pro meo in te affectu unum & alterum addere placuit.

Rempublicam ſcilicet Venetam natales ſuos referre ad Annum CHRISTI 443. quo Attila Hunno-Avarus, flagellum totius mundi, è Pannonia inferiore & ultima Sarmatia Aſiatica, per agros Valerios, Carnos, Iſtros, ſuperiorem Italiæ partem (Aquilegia funditus everſa) igne & ferro aggreſſus eſt, & quando accolæ maris Adriatici, etiam Patavini, Veronenſes, & alii, patrio ſolo relicto, ſe cum uxoribus, liberis, denique cum

omni

omni fortuna in paludes Adriaticas conjecerunt, & primitus juxta Rivum altum principium civitatis in Reipubl. futuræ conſtituerunt.

An verò noſtra Reſpublica Norlbergenſis natales ſuos Romanorum Imperatorum, vel CAROLI Magni ævo debeat, cùm ex Italia, Gallia, Germania Magna, per Franciam Orientalem, & Noricum circa Annum CHR. 790. Bojohemiam & Marcomannos bello aggreſſus eſt; & an illo ævo veſtigia alicujus civitatis & Reipublicæ noſtræ fuerint, ignorare me ingenuè profiteor.

Sed veroſimile eſt, cùm circa Ann. CHR. 900. in 940. & ita ſub Imperio ARNOLPHI, LUDOVICI IV. CUNRADI I. HEINRICI I. OTTONIS I. Hunno-Avaros ob ſtipendia non ſoluta, (quæ ob officia militaria maximè ARNOLPHO Imperatori contra Marcomannos egregiè præſtita bona gratia obtinere non poterant) ſuperiorem Pannoniam, Noricum, Bojariam,

riam, Sueciam, partem Italiæ & Galliæ, imò Belgicam primam & ſecundam, ferro & igne latiſſima inundatione vaſtarent; & omnia cædibus, minis & aliis implerent, accolas hujus loci, exemplo aliorum provinciarum, juxta Pegneſum, Redniſum in Herciniæ ſilvæ partem, des Reichs Boden/ ſe conjeciſſe; & colli vicino (der Veſten oder Veſtenberg) ſpeculam aliquam, aut Caſtrum, primò tumultuario opere excitaſſe, & vel ædes vel teguriola ſua aliquo muro (cujus veſtigia adhuc apparēt) incluſiſſe, muniviſſe & ſubinde auxiſſe: Cujus beneficio ab Huño. Avarorum & aliorum incurſionibus cū uxoribus, liberis & tota familia immunes eſſe, & contra illos ſe tueri poſſint.

Et, niſi à veritatis linea abeo, fuerunt hæc Reipublicæ noſtræ (ut cum Medicorum ſchola loquar) principia originis & diſpoſitionis; quæ tractu temporis multa & magna incrementa acceperunt; donec DIVINI NUMINIS beneficio in eam formam, in qua etiam nunc vivimus, redacta eſt. Quem-

Quemadmodum verò Veneti pro Reipublicæ ſuæ noviter excitatæ commodis, à circumjacentibus civitatibus & provinciis, etiam à regno Longobardico leges mutuatæ ſunt: Ita etiam Respublica noſtra primas leges der Reichs-Vogtei accepit à CUNRADO I. Imperatore, A. CHR. 919. denato: Secundas verò à Jure Romano, Conſtitutionibus Imperii, & aliis: Leges verò Tutelares der Vormundſtuben ANNO CHR. 1504. à Venetis ipſis: [*Franciſcus Sanſovinus* ſagt/ daß die drey Ober-Pfleger der Witwen und Waiſen ihren Urſprung von den Venedigern haben. *Adde Zeilleri German. pag. 104. in fin.*] Montis pietatis, des Leihhauß A. CHR. 1618. pariter à Venetis & Auguſta Vindelicorum; [Wegen der Bancco hat der Rath allhier bey Venedig/ Amſterdam/ und Hamburg Bericht eingenommen. Es iſt aber das Bancco Ambt 1621. aufgericht worden/ und iſt

Herr Sigmund Gabriel Holtz-ſchuer erſter Deputirter Herr darzu geweſen. *Adde Zeilleri German. p. 104. in fin. Arca Norimbergenſium nummaria, vulgò* die *Banco, more Veneto diſpoſita eſt. Sprenger. in Statuum Imperii delineatione p. 448.*] Quas omnes Ampliſſimus Senatus pro Reipublicæ noſtræ commodis adaptavit. [*Venetiis tres ſunt montes pietatis, inibiq; tempore bellorum curſus ſiſtitur uſurarum.* Venediger Herrlichkeit/ *fol. 256. Varias rationes, cur pecunia publica accumulanda ergò mons pietatis erigi poſſit, recenſet Bornitius de ærario c. 7. De monte pietatis ex profeſſo agit Fl. Fortunatus, Venetiis impreſſus, A. 1498. Item Speidel. in Speculo Notabilium, Beſoldus in Theſauro Practico part. I. pag. 1172.*]

Quibus addi poteſt, [*Limn. in addit. ad I. P. lib. VII. cap. 35. n. 9. ibiq; allegati.*] quòd Ludovicus Guicciardinus (Franciſci Italiæ Scriptoris ex fratre nepos) pro commendatione Reipublicæ

Va-

Valencenæ Hannoniæ ſcribere non erubuit; Rempublicam noſtram ſolennibus Legationibus ab illis olim aliquas leges mutuaſſe. Et, ut ipſius verba ſonant: *Rempublicam Valentiniam in civilibus & criminalibus, cæterisq; partibus ita benè conſtitutam eſſe, ut exteri ſæpenumero exempla hinc ſibi petierint, quæ in patria ſua ſtatu conſtituendo ſequerentur: Inter alios NORIBERGENSES, cùm ad ſingulas penè urbes certos homines mitterent, ut, exemplo veterum Romanorum, viris prudentibus omni in re imitandum, bonas ac laudabiles aliorum leges in uſum ſuum transferrent; eas hic invenerunt conſuetudines, ut cupidè ſtatim nonnullas arripuerint, quæ hucusq; in excellenti illa optimeq; inſtituta Republica NORIBERGENSI obſervantur.* Quemadmodum etiam Veneti habent ſuum Ducem: Ita Noriberga noſtra ſuum Scultetum, den Reichs-Schultheis & cuſtodem Caſtri Imperialis, Pflegern der Reichs-Veſten/ & hoc tempore Nobiliſſ: Ampliſſ:

pliſſ: & Prudentiſſimum Dominum CHRISTOPHORUM FüRERUM, Senatus Principem. Venetorum Respublica cenſetur Ariſtocratica, ubi jura Majeſtatis ſunt penes Conſilium Magnum; ad quod non niſi Patricii admittuntur, non penes ſolum Principem, quippe qui dignitatem quidem & prærogativam habet quandam, non verò poteſtatem ſuperiorem, quæ tantùm penes Collegium Summum eſt: ut propter dignitatem illam & prærogativam ſit & rectè dicatur Dux Venetorum & Princeps Senatus ſive Collegii Magni, non verò Monarcha *Joh. Bodinus c. 7. method. hiſt.* mentionem facit Collegii Septemviralis Venetiis: Sic Norimbergæ totum Reip. ſidus ſeptem quaſi Planetarum innititur humeris. Die ſieben alten Herren ſind gemacht worden 1449. Die acht Handwercks-Herrn und acht alte Genanten 1380. Die Herren Loſunger 1397. Zuvor ſeynd ſie die oberſtē Haubtleute genennet wordē.

Et

Et quod nullo ſilentio involvendum, CAROLI Magni primi Imperatoris Germanici conventione cum Legatis Imperatorum Conſtantinopolitanorum Juvaviæ A. CHR. 790. inita, pro limite utriusq; Imperii ipſa Venetia poſita fuit: Cujus exemplo etiam noſtra Respublica in finibus Franciæ Orientalis & Bojariæ lege publica olim conſtituta eſt.

Quibus omnibus addi poteſt, apud Rempublicam noſtram, exemplo Venetæ, ſemper ratum & firmum fuiſſe, ne unius familiæ gentis & conſanguinitatis duobus aut tribus conjunctum unum & alterum officium, aut Magiſtratus committatur.

Quæ verò ſit *forma* Reipublicæ noſtræ, & qualiter illud Ariſtocraticum intelligendum ſit, & quibus partibus illa conſiſtat; quid etiam, quale, & quantum in ipſius laudem & alia proponi poſſint, hæc omnia ad hoc argumentum, à te propoſitum, non pertinent. Excepto privilegio Imperiali, auro contra plus æ-

ſtimãdo, aliquot abhinc ſeculis Reipublicæ noſtræ conceſſo, [Sic Henricus VII. peculiater mandavit, ne à civitate Norimbergenſi hoc caſtrum ſepararetur, id quod Nepos ejus Carolus IV. Rupertus, & Caroli IV. filius Sigiſmundus Imperatores confirmarunt. *Cluten. Syllog. rer. quotid. poſit. 26. lit. d.*] & à moderno Imperatore, Sacratiſſimo Dn. Dn. FERDINANDO III. confirmato: Ne ſcilicet Caſtrum Imperiale, die Reichs-Veſten/ ab ipſa Civitate, von gemeiner Stadt allhie/ hoc eſt, Caſtrũ cum civitate, nec utraq; vel altera pars avellatur. Ne per Imperatores ab Imperio in alios Electores, Principes, titulo pro donato venditi, & aliis rationibus, unquam alienetur. Et, ſi Hiſtoriis Gallo-Francicis credendum eſt, etiam *Rupella Santonum* conſimili privilegio munita eſt.

Certum verò eſt, & ab omni dubitatione remotum, Rempubl. noſtram à CAROLI Magni ætate etiam in ipſis

Impe-

Imperialibus diſſenſionibus, ſcilicet CUNRADI I. cum HEINRICO, Aucupe, HEINRICI IV. cum filio cognomine, HEINRICI V. cum LOTHARIO Saxone; PHILIPPI Suevi cum OTTONE Saxone; ALBERTI Auſtriaci cum ADOLPHO Naſſoviæ; LUDOVICI Bavari cum FRIDERICO Auſtriaco & CAROLO IV. WENCESLAI cum RUPERTO Palatino in ſtatu ingenuitatis, hoc eſt, ſemper civitatem manſiſſe liberam, Imperialem; nec ullo Principi, nec Electoribus quidem unquam fuiſſe obnoxiam. Venetorum Reſpublica virgo, ut Wittenberga, *Limn. lib. VIII. cap. 5. n. 13.*

Quanti verò te, & tua ſtudia, hactenus æſtimaverim, & in quo loco habuerim, explicatione nominis tui gentilitii DIETHERRI conteſtari volui, cujus nominis prima pars ſcilicet DIETH vel THEUT olim DIVINUM aliquod NUMEN deſignavit. Germani priſci filios ſuos appellarunt à Teut/Deut/

Dit/

Dit/ * quod ipſis fuit nomen divinum, fusè *Dn. Harsdörffer in Specim. Philolog. German. Disquiſit. II. in fine.*

E cujus fonte, adjecta una & altera ſyllaba, nata ſunt nomina MASCULA, *Dedo, Theodo, Dietman, Diet-mair, Diet-gremus, Theo-dorus, Theo-baldus, Theo-doricus, Theo-dobertus, Theo-doſius, Theo-pomus, Theut* vel *Diet-brecht.* FOEMINEA verò *Theo-berga*, vel *Diet-berga, Teut-burga, Theodo-linda;* Alterius verò generis *Teuto-burgum, Teuta-burgenſis* ſaltus, A. C. 10. clade Variana apprimè cognitus, *Tuitium* è regione Coloniæ Agrippinæ & dextra Rheni parte, etiam noſtro ævo poſitum, *Theonis-villa* vel Dieden-hofen/ *Thieta*, vel *Dieta*, alia.

A quo nomine *Theüt* vel DIET, cum adjectione HERR familia tua gentilitia

* *Unde* Ditbrecht/ Teutberg/ Teutgard/ Dithelm/ Dietherr/ Dietholdt/ Dietdegen/ Teutlieb/ Ditmar/ Deitram/ Dietrich/ Dietpold. *Nos hodiè expresſius dicimus*: Gotthart/ Gottſchal/ Gottlieb/ Gottfried. *Plura* Beſoldus in Theſauro Practico part. I. lit. D. n. 21.

tilitia multis abhinc ſeculis originem ſuam accepit. E qua DIETHERRUS aliquis circa Annũ CHR. 1200. ad ludos Equeſtres *Berbetomagi Vangionum* admiſſus eſt. Meminit etiam *VViguleus Hund in Metropoli Salisburgenſi, ſub tit. Monaſterii Steingaden* (à Welphone, Duce Spoleti, Lycationum & Ambroñum Tetrarcha ſive Comite fratris Heinrici, Ducis Bavariæ & Saxoniæ, cognomento nigri A. C. 1147. primitus excitati) DIETHERRI præpoſiti, ad hanc dignitatem A. C. 1281. evecti, & 1293. denati. Et in ipſa Metropoli ſub Imperio Matthæi Langi Archi-Epiſcopi mentionem fecit Chriſtophori DIETHERRI, illius ſcilicet, qui A. C. 1549. indictæ Synodo interfuit.

Cui geminum eſt teſtimonium *Nicolai Mamerani Lucelburgenſis*, Johannem [cujus conjux Dorothea Claneria de Stralheim nominatur in Oratione Revocatoria Pauli Helmreich, SS. Theol. Doctoris Witteb. A. C. 1622. memori-

ter

ter recitata, cui titulus: *Scala Jacobaa Chriſtiana, Evangelica, Lutherana*] ſcilicet & Seifridum DIETHERRUM in Schedling A. C. 1546. 47. inter Nobiles Aulicos CAROLI V. & FERDINANDI &c. dignitatem Provincialis, Capitanei ſummi & Conſiliarii bellici ſuſtinuiſſe.

Unde factum eſt, ut ex ipſis DIETHERRIIS filiis familiæ Patriciæ Noribergenſis Senatorii Ordinis, ſcilicet *Derreriis, Halleriis, Harsdörfferiis, Schlüſſelfelderiis, Tucheriis*: Filiabus verò *Reichiis, Rieteriis* & *Tucheriis*, juſta matrimonii copula junctæ fuerint.

Ut vel tacitus prætercam A. C. 1553. Chriſtophorum, 1563. Paulum, DIETHERROS, honoribus Judicialibus fuiſſe cumulatos; tres verò Georgios, duos Chriſtophoros, & Paulum DIETHERROS, Rebus monetariis Reverendiſſimi Maximiliani, Archiducis Auſtriæ, & Ordinis Teutonici Præſidis, Circuli Franconici, etiam Reip. noſtræ mercede

annuæ

annua non aſpernabili 200. annis * & Dominum PETRUM ENGELHART DIETHERR annis 23. rationibus Telonii publici præfuiſſe.

Quibus omnibus addere [*poſſem*] Parentes tuos utriusque ſexus ab ann. 1300. usque ad noſtram ætatem compendio genealogico incluſos. Benè Vale. Norib. 1644. auſpice die 1. Novembris &c.

* *Adde noviſſimè Theſaur. Pract. Beſoldi part. 1. p. 1164.*

DE ROMANÆ MONARCHIÆ RUINA EJUSQUE CAUSIS, ORATIO.

ILluſtres & Generoſiſſimi Domini Barones, admodum Reverende, Conſultiſſimi, Excellentiſſimi, Clariſſimi, Dn. Profeſſores, vosq; ceteri Nobilitate, Virtute & Eruditione Florentiſſimi Domini Studioſi.

IPſius experientiæ vox eſt, ſed ore Livii, ſcriptorum melliſtiſſimi, pronunciata: *Quæ olim acciderunt, etiamnum accidere poſſe.* (a) Nec abſurdum *obvia* in multis noſtrorum temporum *ſimilitudine ab iisdem cauſis pares exitus* (b) animo præcipere. Unde paſſim viri prudentes affirmare conſueverunt, eum, qui de futuris velit diſpicere, præterita intueri debere. *Nam,* inquit

(a) *Liv. l. 28. c. 41.* (b) *Tacit. l. 4. Ann. c. 33.*

inquit divinus Ariſtoteles, *Utiliora ad conſultandum; quæ ſunt ex rebus geſtis, quæ futura ſunt, plerunq́ paria ſimiliaq́ ſunt iis, quæ jam facta ſunt.* (c) Quorſum iſta? Ut ratio reddatur iis, qui quum ſubnixi ambulent in ſuperiorum facultatum columnis & periſtyliis, quum ſophismata aliquot texere & retexere ſciant, rerum, quæ ante nos fuerunt, notitiam & argumenta ex hiſtoria veteri petita, nugas eſſe credunt & nebulas in pariete pictas.

Nimirum infelicium temporum, in quæ incidimus, maximam hodiè partem faciunt ſiniſteriora illa judicia, ſolo contemtu fortaſſe refutanda; niſi calumnia velociſſima contagione manaret in omne forum, plateas omnes, & diverſæ conditionis homines; quosdam non malos quidem, ſed artium & ſtudiorum parum gnaros: quosdam non ignaros, ſed malos, arrogantes, & ſuper hominum capita incedentes.

Sic

(c) 2. *Rhet. cap.* 20.

Sic igitur exiſtimavi, quum, judice Philoſophorum aquila, non infirma ſit è conſideratione præteritorum collectio de futuris; nec alieni ſeculi argumentum eſſe, quod è Romanis memoriis peterem. Cornelium Nepotem, ſcribit Vir, (d) eloquentia nemini veterum recentiorumvè ſecundus, & ſuperciliis exterarum nationum à patria noſtra meritò opponendus, *quum coætaneis, & popularibus ſuis ſcriberet, veteres & alienigenas ita deſcripſiſſe, ut nec obſcuraret, quibus patriæ profuiſſent, nec diſſimularet, quibus patriam afflixiſſent; quæq; in Rep. vel ſolidam laudem, vel ſecuturam apud poſteros infamiam haberent, tanquam in luce humanæ conſcientiæ collocaret.*

Propoſitum verò mihi, dicere *de Romani Imperii veteris defectu, ejusque cauſis*, non quidem omnibus (quis enim breviori temporis ſpatio circumſcriptus id audeat?) ſed præcipuis; & quæ ſtatim ad manus mihi fuerunt. Quod dum facio, Vos, *Auditores omnium ordinum* dignit-

(d) *Boecler, Comm. in Corn. Nep. pag.* 13.

digniſſimi, etiam atque etiam quam obſervanter rogo, ut animos & aures accommodare mihi velitis propitias.

Vetus Imperium Romanum appello, quod devicto ad Pharſalum Pompejo, (e) *a. d. XIII. Cal. Sextiles* A. ab U. C. DCCV. liberum Reip. ſtatum excepit; & paulò poſt à C. Julio Cæſare, ſub nomine perpetui Dictatoris, & prænomine Imperatoris, præter exemplum & conſuetudinem majorum ſusceptum eſt. Fortaſſe enim, propter conſentientium multitudinem, nobis licere poſſit, huic inter Impp. Romanos primum locum aſſignare; qui quanquam antiquis Reip. vocabulis honoratus fuit, tamen rem alienam abſolutamq; poteſtatem obtinuit & exercuit: cui à Senatu (f) decretum, uti Dictator & Cenſor, etiam ſine collega, perpetuus eſſet; uti Imperatoris prænomine uteretur; uti poteſtas omnium magiſtratuum & plebejorum penes ipſū eſſet;

(e) *Diem cladis Pompejanæ prodit Calend. vetus apud Gruter. Op. Inſcrip. p. 133.* (f) *Dio l. 42. p. 218. ad. Xyl. l. 43. p. 262. & 267. l. 44. p. 274. 275.*

eſſet; uti, ſi quis ei filius naſceretur, ſummus Pontifex eſſet; uti ſolus imperium & pecuniam publicam haberet, ſolusq; ſummum in milites & exercitus Populi Rom. imperium obtineret; & quæcunque ubicunque gentium gererentur, ipſius geſta auſpiciis dicerentur, rei geſtæ gloria cum nemine communicata; item, ut ſacroſanctus & inviolabilis eſſet; ut magiſtratus inituri jurarent, ſe decretis ipſius neutiquam refragaturos. Sed tamen alii & accuratiores quidem, ab Imp. Cæſare Octaviano Auguſto monarchiam Rom. auſpicantur, quamvis inter initia Imperii Auguſtæi magna opinionum varietas ſit, & inter illos poëtæ quoque & inter poëtas Martialis: (g)

Romanos rerum dominos, gentemque togatam
Ille facit, magno qui dedit aſtra patri.

Sed & fragmentum (h) legis Regiæ hoc confirmat, dum ea concedit Veſpaſiano, quæ licuerant DIVO AUG. TIB. JULIO

(g) *lib. 14. Ep. 124.* (h) *Apud Grut. Op. Inſcr. p. 242.*

LIO CÆSARI. AUG. TIBERIOQ. CLAUDIO. CÆSARI. AUG. GERMANICO; ſcilicet à decretis Auguſto initium faciens, tanquam Monarcha primo, & abſoluta poteſtate prædito. Hoc igitur imperium, quod adamantinum fecerat Auguſtus, ut loquitur Julianus in Cæſaribus; *marmoreum*, ut dicebat ipſe apud Suetonium (i) huc enim illud epitheton referendum, non ad ſplendorem ædificiorum,) cujus majeſtatem (k) comiter conſervarunt omnes nationes & reges; ita ut Parthi Orientis domini Romanis *ceſſerint per reverentiam*, ſicut ſcribit Tacitus, (l) & *ſervire gaviſi ſint pro fide pacis, ſimul ut ſerviendo diſcerent ſuis imperare; obtulerint veſtes, monilia, elephantos, liberos, nobilitatem ſuam*, ut eſt apud Hegeſippum in Orat. Agrippæ regis, *cui veteri jure gentes aliæ amorem obſequiumq́; præſtabant*, ut jactat Senatus apud Herodianum; (m) cujus ſedes terrarum Dea

(i) *In Aug. 29.* (k) *Diol. 56.* (l) *lib. XII. c. 10. Ann. §. 4.* (m) *lib. VII.*

gentiumque aris & templis colebatur, quod præter Tacitum (n) nummi & marmora docent; hoc, inquam, imperium confectum, vigoreq; exhauſtum, ut alia humana omnia defecit & exaruit; „ non repente quidem, quum in tantum „ creviſſet, ut non minus difficile fuerit „ deſtrui, quàm effectum eſſe; ſtaretq; diu, ut verba Lucani huc traham,

- - magni nominis umbra,
Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuvias veteres populi ſacrataq; geſtans
Dona ducum: nec jam validis radicibus hærens
Pondere fixa ſuo eſt, nudosque per aëra ramos
Effundens, trunco, non frondibus efficit umbram.

Ac primum fatum mihi videte, ipſius illius, quæ *Romanorum contubernium, pacis æternæ conſervatio* Epicteto, *princeps urbi-*

(n) *lib. IV. Ann. cap. 37. §. 4. & cap. 55. §. 2. ubi vid. Lipſ.*

urbium Horatio, *arx gentium* Ciceroni, *Orbis compendium* Athenæo, *regina pulcerrima mundi*, & *inter ſidereos recepta polos* Rutilio; *magna, Martia, Auguſta, venerabilis, ſacra, ſacratiſſima, æterna* deniq; variis appellatur.

Annum agebat milleſimum centeſimum ſexageſimum primum, quum conſulatum iniſſent Fl. Tertullus, Fl. Varanus; quum Alarico Gothorum regi dedita, omnia incommoda paſſa eſt, quæ in Trojæ parentis ſuæ excidio poëtarum ingenia invenére; quod ex iſtis Hieronymi(o) lacrymis patet: *Dum hæc aguntur*, inquit, *incredibilis de Occidente rumor affertur, obſideri Romam, & auro ſalutem civium redimi, ſpoliatosq; rurſum circumdari; ut poſt ſubſtantiam vitam quoque perderent. Hæret vox, & ſingultus intercipiant verba dictantis: Capitur urbs, quæ totum cepit orbem; imò fame perit, antequam gladio; & vix pauci, qui caperentur, inventi ſunt: Ad infan-*

(o) *In epitaphio Marcellæ.*

dos cibos erupit eſurientium rabies, & ſua invicem membra laniarunt; dum mater non parcit lactenti infantiæ, & ſuo recepit utero, quem paulo ante effuderat;

(p) *Quis cladem illius noctis, quis funera fando*
Explicet, aut poſſit lacrymis æquare dolorem?
Urbs antiqua ruit multos dominata per annos,
Plurima perq; vias ſparguntur inertia paſſim
Corpora, perq; domos, & plurima mortis imago.

Hucusque Hieronymus; qui licet à Poëta verſus triſtiſſimos mutuatus ſit, nihil tamen ſupra fidem Hiſtoriæ dixit. Tanta enim in urbe, quamvis poſt deditionem reſpirante, rerum omnium inopia fuit, ut ille jam veriſſimus metus eſſet, fore, ut homines paſſim in ſeſe mutuò impetum facerent: adeò ut Circenſibus ludis populus exclamarit: *Pone pretium huma-*

(p) *Virg. lib. II, Æen. v. 361.*

humanæ carni, ſicut è Zoſimo Brunnerus (q) retulit. Nihil dicam de Genſerico, Attila & Totila, quàm ei larvam detraxerint; vaſtitatem, luem, mortes, & reliqua bellicarum calamitatum examina invexerint; ut S. Gregorius (r) quinquaginta annis poſt Totilam deſcriberet *immenſis doloribus multipliciter attritam, deſolatione civium, impreſſione hoſtium, frequentia ruinarum*; eumque ſecuti è poſteritate quàm plures illud ὀξύμωρον ingemiſcerent, *Romam in Roma quæri, nec inveniri*.

Et quid hæc ad imperium, inquies? Aliud Roma, aliud imperium Rom., cujus æternitatem in ſplendore Urbis Romanæ minimè conſiſtere, Otho jampridem apud Tacitum (s) dixerat, non ſine Politicorum ſuffragio. Nihil reſiſtimus; ſed illud diſſimulari non poteſt, vel ex hoc ipſo Imperii ſenium, fractas Imperatorum vires facilè conſtare. Alligata erat Romæ ſalus ſaluti totius Imperii;

(q) *lib. IV. Annal. p. 469.* (r) *Homil. 18. in Ezech.*
(s) *lib. I. Hiſt. cap. 84. §. 7.*

rii; nec poterat ulla tam ſæva tempeſtas imminere matri, quæ non inundaret totum Imperium. *Quid ſalvi eſſe poteſt* (verba ſunt Hieronymi) *ſi Roma perit?* ἐν ἐκείνῃ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη, *In iſta urbe ſita eſt imperii fortuna*, ait Maximus apud Herodianum. (t)

Et ſuprà jam diximus, Romam fuiſſe totius Orbis compendium; quod ſicut de florente pronunciatum eſt, ita contrà veriſſimum, quum fortuna Urbis mutaſſet vultum, fuiſſe Romam omnium totius orbis calamitatum compendium. Quod quidem latere neminem poteſt, qui hiſtoriam temporum Arcadii, Honorii, Valentiniani & ſequentium, vel ex „ epitomis (quas pro veteribus ac legi- „ timis hiſtoricis delicato iſto ſeculo „ plerique conſulere malunt) leviter „ cognitam habent.

Nulla provincia (u) fuit, quæ non infelicitatis contagione laboraret; Pannoniam, Noricum, Rhetiam, Mœſiam, Thra-

(t) *lib. VIII.* (u) *Onufr. in l. de Imp. Romano pag. 918. & ſeqq.*

Thraciarum & Illyrici partem occuparunt Hunni; Gallias Franci & Burgundiones; Hiſpanias Vandali, Suevi, Gothi; Africam iidem Vandali; Britanniam Picti, Scoti, Angli, & Saxones; Italiam denique varia barbatarum nationum colluvies. Videbatur quidem Imperium Romanum ſub Juſtiniano Principe ab inferis emergere, qui majeſtatem Romanæ Reip. labefactatam non minima cum laude ſuſtentavit; urbes, regna, provincias, atque regiones per florentiſſimos Duces Imperio reſtituit; exteras etiam ac barbaras gentes aut omninò delevit, aut repreſſit, aut denique ſocietati populi Rom. admovit; & (quo uno veterum Heroum omnium gloriam vel æquavit, vel ſuperavit) terrarum orbem ſanctiſſimis legibus temperavit; cunctis ſuperiorum temporum ſapientum reſponſis, ex immenſa congerie ſumma ſtudiorum facilitate ac brevitate digeſtis, totam poſteritatem æternum ſibi devinxit. Sed, ut canit Auſonius in Domitiano Cæſare,

 Do-

eſſet; uti, ſi quis ei filius naſceretur, ſummus Pontifex eſſet; uti ſolus imperium & pecuniam publicam haberet, ſolusq; ſummum in milites & exercitus Populi Rom. imperium obtineret; & quæcunque ubicunque gentium gererentur, ipſius geſta auſpiciis dicerentur, rei geſtæ gloria cum nemine communicata; item, ut ſacroſanctus & inviolabilis eſſet; ut magiſtratus inituri jurarent, ſe decretis ipſius neutiquam refragaturos. Sed tamen alii & accuratiores quidem, ab Imp. Cæſare Octaviano Auguſto monarchiam Rom. auſpicantur, quamvis inter initia Imperii Auguſtæi magna opinionum varietas ſit, & inter illos poëtæ quoque & inter poëtas Martialis: (g)

Romanos rerum dominos, gentemque togatam
Ille facit, magno qui dedit aſtra patri.

Sed & fragmentum (h) legis Regiæ hoc confirmat, dum ea concedit Veſpaſiano, quæ licuerant DIVO AUG. TIB. JULIO

(g) *lib. 14. Ep.* 124. (h) *Apud Grut. Op. Inſcr. p.* 242.

LIO CÆSARI. AUG. TIBERIOQ. CLAUDIO. CÆSARI. AUG. GERMANICO; ſcilicet à decretis Auguſto initium faciens, tanquam Monarcha primo, & abſoluta poteſtate prædito. Hoc igitur imperium, quod adamantinum fecerat Auguſtus, ut loquitur Julianus in Cæſaribus; *marmoreum*, ut dicebat ipſe apud Suetonium (i) huc enim il- " lud epitheton referendum, non ad " ſplendorem ædificiorum,) cujus ma- " jeſtatem (k) comiter conſervarunt o- " mnes nationes & reges; ita ut Parthi Orientis domini Romanis *ceſſerint per reverentiam*, ſicut ſcribit Tacitus, (l) & *ſervire gaviſi ſint pro fide pacis, ſimul ut ſerviendo diſcerent ſuis imperare; obtulerint veſtes, monilia, elephantos, liberos, nobilitatem ſuam*, ut eſt apud Hegeſippum in Orat. Agrippæ regis, *cui veteri jure gentes aliæ amorem obſequiumq; præſtabant*, ut jactat Senatus apud Herodianum; (m) cujus ſedes terrarum Dea

(i) *In Aug. 29.* (k) *Diol. 56.* (l) *lib. XII. c. 10. Ann. §. 4.* (m) *lib. VII.*

gentiumque aris & templis colebatur, quod præter Tacitum (n) nummi & marmora docent; hoc, inquam, imperium confectum, vigoreq; exhauſtum, ut alia humana omnia defecit & exaruit;
„ non repente quidem, quum in tantum
„ creviſſet, ut non minus difficile fuerit
„ deſtrui, quàm effectum eſſe; ſtaretq;
diu, ut verba Lucani huc traham,

- - magni nominis umbra,
Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuvias veteres populi ſacrataq; geſtans
Dona ducum: nec jam validis radicibus hærens
Pondere fixa ſuo eſt, nudosque per aëra ramos
Effundens, trunco, non frondibus efficit umbram.

Ac primum fatum mihi videte, ipſius illius, quæ *Romanorum contubernium, pacis æterna conſervatio* Epicteto, *princeps urbi-*

(n) *lib. IV. Ann. cap. 37. §. 4. & cap. 56. §. 2. ubi vid. Lipſ.*

urbium Horatio, *arx gentium* Ciceroni, *Orbis compendium* Athenæo, *regina pulcerrima mundi*, & *inter ſidereos recepta polos* Rutilio; *magna, Martia, Auguſta, venerabilis, ſacra, ſacratiſſima, æterna* deniq; variis appellatur.

Annum agebat milleſimum centeſimum ſexageſimum primum, quum conſulatum iniſſent Fl. Tertullus, Fl. Vararus; quum Alarico Gothorum regi dedita, omnia incommoda paſſa eſt, quæ in Trojæ parentis ſuæ excidio poëtarum ingenia invenére; quod ex iſtis Hieronymi(o) lacrymis patet: *Dum hæc aguntur*, inquit, *incredibilis de Occidente rumor affertur, obſideri Romam, & auro ſalutem civium redimi, ſpoliatosq; rurſum circumdari; ut post ſubſtantiam vitam quoque perderent. Hæret vox, & ſingultus intercipiunt verba dictantis: Capitur urbs, quæ totum cepit orbem; imò fame perit, antequam gladio; & vix pauci, qui caperentur, inventi ſunt; Ad infan-*

(o) *In epitaphio Marcellæ.*

dos cibos erupit eſurientium rabies, & ſua invicem membra laniarunt; dum mater non parcit lactenti infantiæ, & ſuo recepit utero, quem paulo ante effuderat;

(p) *Quis cladem illius noctis, quis funera fando*
Explicet, aut poſſit lacrymis æquare dolorem?
Urbs antiqua ruit multos dominata per annos,
Plurima perq; vias ſparguntur inertia paſſim
Corpora, perq; domos, & plurima mortis imago.

Hucusque Hieronymus; qui licet à Poëta verſus triſtiſſimos mutuatus ſit, nihil tamen ſupra fidem Hiſtoriæ dixit. Tanta enim in urbe, quamvis poſt deditionem reſpirante, rerum omnium inopia fuit, ut ille jam veriſſimus metus eſſet, fore, ut homines paſſim in ſeſe mutuò impetum facerent: adeò ut Circenſibus ludis populus exclamarit: *Pone pretium huma-*

(p) *Virg. lib. II, Æn. v. 361.*

humanæ carni, ſicut è Zoſimo Brunnerus (q) retulit. Nihil dicam de Genſerico, Attila & Totila, quàm ei larvam detraxerint; vaſtitatem, luem, mortes, & reliqua bellicarum calamitatum examina invexerint; ut S. Gregorius (r) quinquaginta annis poſt Totilam deſcriberet *immenſis doloribus multipliciter attritam, deſolatione civium, impreſſione hoſtium, frequentia ruinarum*; eumque ſecuti è poſteritate quàm plures illud ὀξύμωρον ingemiſcerent, *Romam in Roma quæri, nec inveniri.*

Et quid hæc ad imperium, inquies? Aliud Roma, aliud imperium Rom., cujus æternitatem in ſplendore Urbis Romanæ minimè conſiſtere, Otho jampridem apud Tacitum (s) dixerat, non ſine Politicorum ſuffragio. Nihil reſiſtimus; ſed illud diſſimulari non poteſt, vel ex hoc ipſo Imperii ſenium, fractas Imperatorum vires facilè conſtare. Alligata erat Romæ ſalus ſaluti totius Imperii;

(q) *lib. IV. Annal. p. 469.* (r) *Homil. 18. in Ezech.*
(s) *lib. I. Hiſt. cap. 84. §. 7.*

Thraciarum & Illyrici partem occuparunt Hunni; Gallias Franci & Burgundiones; Hiſpanias Vandali, Suevi, Gothi; Africam iidem Vandali; Britanniam Picti, Scoti, Angli, & Saxones; Italiam denique varia barbararum nationum colluvies. Videbatur quidem Imperium Romanum ſub Juſtiniano Principe ab inferis emergere, qui majeſtatem Romanæ Reip. labefactatam non minima cum laude ſuſtentavit; urbes, regna, provincias, atque regiones per florentiſſimos Duces Imperio reſtituit; exteras etiam ac barbaras gentes aut omninò delevit, aut repreſſit, aut denique ſocietati populi Rom. admovit; & (quo uno veterum Heroum omnium gloriam vel æquavit, vel ſuperavit) terrarum orbem ſanctiſſimis legibus temperavit; cunctis ſuperiorum temporum ſapientum reſponſis, ex immenſa congerie ſumma ſtudiorum facilitate ac brevitate digeſtis, totam poſteritatem æternum ſibi devinxit. Sed, ut canit Auſonius in Domitiano Cæſare,

\- - - *Dona bonorum*
Sunt brevia;
& ut alius,
\- *cœpit melius, quam deſiit; ultima primis*
Ceſſere:

Nam ubi conſenuit, vires animusq; defecerunt; & (ut ſcribit Menander Protector) non modò Perſis, Hunnis, Arabibus, Saracenis, Cortiguris, aliisq; barbarorum tributarium fecit Imperium: ſed & Gallicani & Veneti agri magnam partem Germani occuparunt; Sirmium, vicinamque regionem, Gepedes; & totus ille terrarum tractus, prorſus mortalibus viduabatur, partim lue morbisvè, quæ conſequi bella ſolent. Illyricum Thraciamque totam, Græciam, Cherſoneſum, & omnes quæ à faucibus Jonii maris ad Byzantiorum usque ſuburbana interjectæ regiones ſunt, Hunni, Sclabeni, Antæ, annuis incurſionibus crudeliſſimè depopulabantur: Romanorum ſupra ducenta millia ſingulis irruptioni-

bus

bus quà fuſa, quà in ſervitutem abacta; ut in provinciis nil niſi Scythicæ ſolitudines conſpicerentur.

Ut brevitatis cauſa ſileam, quomodo Oriens à Saracenis & Perſarum rege Choſroë vaſtatus, Africa, Juſtinianeæ victoriæ nuper pulcerrimum monumentum, exhauſta; & cætera, quæ in *arcana Hiſtoria* Procopius exequitur: " quam velut odii & malevolentiæ non- " nullis ſuſpectam ſilentio transmitte- " rem, ſimulq; quicquid ab eo ſcriptum " eſt, reliquis eminentiſſimis virtutibus " ac meritis occultarem, niſi Græci Lati- " niq; ejusdē ætatis graves hiſtorici Pro- " copio darent præclariſſima in iis, quæ " narrat, teſtimonia, quæ *Nicolaus Alle-* " *lemannus* magna collegit induſtria.

Mortuo Juſtiniano ſemper deformior Imperii facies; & confectis diuturno bello Perſarum ac Romanorum viribus, (ut multa contraham) totus Oriens, Ægyptus, Syria, Palæſtina, Armenia, & Meſopotamia *Omaris* Saraceni; Cyprus,

Rhodus & Creta *Othmenis*; Cappadocia, Cilicia, Galatia, aliæq; Aſiæ minoris provinciæ aliorum felicibus armis debellatæ ſunt; ſicut & Europæas provincias Impp. Byzantini univerſas perdidere. Atque hæc quidem de Imperii caſu hactenus; nunc de cauſis ſupereſt ut dicam, quod qua potero brevitate faciam.

Uti nullum Imperium ad ſummum perductum eſt, nullum ad infimum delapſum eſt ſine cauſis; ita nec Rom. imperium. Sed ſpernimus hîc fatalem illam neceſſitatem, in quam impia & veſana mortalitas omnia rejicere ſolet; & augurium illud Vectii, quod è Varrone Cenſorinus *de die natali* refert, ſtante hiſtoricorum (x) narratione de Romuli auguriis, ac duodecim vulturibus, quoniam centum triginta annos incolumis præteriſſet, populum Rom. ad mille & ducentos perventurum. Quod ſuperſtitioſum quendam fortaſſe commovere queat, legentem *in duodecimo ſeculo Romanum*

(x) *Grut. in fragm. hiſtoric. pag. 132.*

manum Imperium maximè corruiſſe, ipſam Urbem Romam aliquoties captam. Sed nos ut Chriſtianis ſacris initiati meritò ridemus vanitatem artis, nec quicquam movemur, ſi aliquando prædictioni eventus reſpondeat, cogitantes illud Ciceronis: *Quis eſt, qui totum diem jaculans non aliquando collineat?* (y) & quod ſapienter diſſerit Picus Mirandulanus: *eveniunt tamen interdum, quæ prædixerunt. At cum multò ſint plura, quæ non eveniunt; cur incidiſſe eos caſu in veritatem non arbitremur? Quid, quod nulla eſt ars tàm anilis tàm vanæ ſuperſtitionis, quæ non eodem argumento vera comprobetur, quia aliquando ſcilicet accidat, quod ex ea prædictum ſit?* (z) Neque immorabimur refutandæ calumniæ paganicæ, quæ olim virus ſuum adſpergere conabatur Chriſtianis ſacris, horum incrementum cauſam eſſe ruentis Imperii. Nam ita Symmachus, vir alioquin πολλῶν ἔμπειρος καὶ περὶ τὸ λέγειν γεγυμνασμένος (ut ex pul-

(y) *lib. II. de Div.* (z) *lib. II. cap. 9. ad Aſtrolog.*

pulcerrimo monumento, *(a)* quod hodieq; ſub Capitolio viſitur, ſed & aliunde conſtare poteſt) ad Valentinianum, Theodoſium, & Arcadium Impp. ubi de calamitatibus ſeculi: *Quid tale proavi pertulerunt, quum religionum miniſtros honor publicus paſceret?* *(b)* Eodem modo Zoſimus Comes, quicquid malorum ſua ætas vidit (vidit autem ferè omnia illa, quæ ſupra memoravimus) adſcribit neglecto & conculcato cultui Deorum. Ipſam denique Romam captam, incenſam, & ſpoliatam, plerique omnes ad Chriſtianam religionem referebant, quæ ſacra Numæ & priſcos illos Quiritium ritus conturbaſſet; & Deorum, quos putabant, iram provocaſſet: ut ſanctiſ-
,, ſimus Antiſtes Hipponenſis coactus
,, fuerit ſcribere libros de civitate DEI.

Cujus farinæ fuit & illa perſuaſio, *ludos ſæculares fatales* eſſe perpetuitatis Urbis & felicis ſtatus conciliatores, quibus à Conſtantino M. neglectis omnia illa

(a) *Grut. Inſcr. 3. p. 370.* (b) *Symm. lib. X. ep. 61.*

illa mala eveniſſe, ut à barbaris devaſtaretur Imperium, & ipſa Urbs in extremo discrimine ſita eſſet. Quod non ſolùm fuit Zoſimi *(c)* judicium; ſed etiam abjectiſſima hac opinione inductus Honorius Imp. ludos ſæculares reſtituit (quo nomine *Claudianus ſextum Honorii Conſulatum* carmine celebrat) verùm eo ipſo juſtam DEI vindictam ita commovit, ut, cujus æternitati ludis iſtis benè conſultum exiſtimavit, eam Gothis paucis annis poſt dederit capiendam atque diripiendam; quum contrà ſub Conſtantino, qui eos ludos ſapientiſſimo conſilio prætermiſit, extinctis Tyrannis, & debellatis barbaris, imperium omni ex parte florentiſſimum viſum ſit; nec unquam triſtiorem faciem induiſſet, ſi princeps ille in omnibus ſibi extitiſſet ſimilis.

Ut taceam ineptias circa *Palladium* & *Ancilia*, quæ dicebant Imperii pignora; & *ſtatuas (d)* τετελεσμένας, quibus magnam vim vaniſſimi dæmonum cultores

(c) *lib. II. pag. 671.* (d) *Salmaſ. ad Aurel. Vop. p. 359. Reineſ. lib. III. Var. cap. 17. pag. 631.*

res tribuebant ad repellendum hoſtem. Imò dum video noſtram religionem hac ipſa in re contumelioſè invadere, ſimul eò usque me deducunt, ut deprehendam *veriſſimam* ruentis Imperii *cauſam*, illa ipſa ſacra, quæ tanto in noſtros odio, tanta crudelitate, tot millium diurnis cædibus propugnabant.

Ipſa Urbs Roma *ſanguine colebatur more dea, nomenq; loci ceu numen habebatur*, verbis Prudentii. (*e*) Smyrnæi primi fecerant, ut eſt apud Tacitum; (*f*) quos teſte Livio, (*g*) ſecuti Alabandenſes, ludos eidem Divæ anniverſarios inſtituerant. Tum & Proconſulibus decernebantur templa, quod docet Suet. in Auguſto; (*h*) & tùm apud Valerium, (*i*) tùm in fragmentis hiſtoriæ Salluſtianæ legimus, *Metello in Hiſpaniam venienti ture quaſi DEO ſupplicatum.* Quod fortaſſe movit Urſinum, ut quum in gemma quadam reperiſſet literas T. K. Θ, eas interpretaretur Τίτ☉ Καίλιος Θεὸς, *Titus*

(*e*) *lib. I. contra Symm. v. 219. 220.* (*f*) *lib. IV. Ann. cap. 56.* (*g*) *lib. XLIII. c. 6.* (*h*) *cap. 52.* (*i*) *lib. IX. cap. 1. ex. 5.*

Titus Quinctius Deus, quaſi is à Græcis ingenioſiſſimis adulatoribus in Deorum numerum relatus eſſet; licet ea conjectura nullo modo probetur viris doctisſimis. (*k*) De cæteris res manifeſta, & tanquam à rara modeſtiæ laude ſeſe commendatum it Cicero, (*l*) quod *nullos honores ſibi niſi verborum decerni permiſiſſet: ſtatas, fana, τέθριππα, prohibuiſſet*,

Sed poſtea Cæſarum faſtus nihil honoribus DEI reliquit, quum per Sacerdotes ſeſe vellent coli; ſacerdotia ipſa ab improbiſſimis adulatoribus vi magna pecuniæ per urbem & provincias redimerentur; juramenta per genios Auguſtorum conciperentur; & iſti poſt mortem in DEOS relati, Divi etiam nuncuparentur. Quem impium morem nec abolebant Chriſtiani principes; & habemus numiſma Conſtantini, in quo anima Principis linteo amicta, quadrigis vecta in cœlum, porrecto brachio recipitur, alia manu è cœlo exiſtente cum inſcri-

(*k*) *Rutg. lib. IV. V. L. cap. 2. Rein. lib. II. V. L. cap. 2. p. 130.* (*l*) *lib. V. ep. ad Att. 21.*

ſcriptione CONS. i. e. CONSECRATIO. Quod ipſum eſſe paganicæ conſuetudinis, qua Imperatoris anima dextra Jovis porrecta exciperetur, diſcimus ex illis Panegyriſtæ: *Illi ſuperûm templa patuerunt; receptusq́ eſt conſenſu cœli, Jove ipſo dextram porrigente.* (*m*)

Nec deſiiſſe impiam conſuetudinem ad Placidium Valentinianum usq́;, Eutropius, Symmachus, & *appellatio Divi, non tam excuſabilis, quàm multi putant*, ſatis docere poteſt. Sicut nec à titulo PONTIFICIS MAXIMI Conſtantinus M. Conſtantius, Jovianus, Valentinianus Magnus & Valens abſtinuerunt; & quanquam Zoſimus *Gratianum* ſcribit *primùm* ab hoc inſtituto *defeciſſe*, adeoq; multi Philologorum exiſtimant, poſt Gratianum neminem Chriſtianorum appellatum Pontificem Maximum; tamen obſtare his videtur inſcriptio (*n*) Juſtinopolitana in Iſtria, in qua legitur D. N. CÆSAR. JUSTINUS. PIUS. FE-

(*m*) *Eumen. Pan, 9, cap, 7.* (*n*) *Grut. p, 164.*

FELIX. VICTOR. AC. TRIUM-PHATOR. SEMPER. AUGUST. PONT. MAX. niſi vel hæc poſtrema interpretari malumus de cognomine PONTICI MAXIMI, à Ponti accolis; ſicut mox dicitur FRANCICUS MAXIMUS, GOTHIC. MAX. VANDALICUS MAXIMUS: vel totam inſcriptionem parum genuinam credimus; quod nos multa ſuſpicari faciunt.

Hæc utcunque ſe habeant, nefas dubitare, quin verum ac ſupremum numen tàm abominabilem impietatem, blaſphemiam ac contumeliam dignis pœnis afficiendam ſusceperit. Quod ipſum, in Apocalypſi S. Joannes (o) prædixerat, fore ut gentes ſcortum Babyloniſcum *deſolatum faciant, & carnes ejus cōedant, & ipſam igne crement, cujus reges cum agno pugnare conati ſint.* Hæc enim diligenter cum hiſtoriis collata, facilè perſuadent, de antiquo illo Imperio

(o) *cap. 17. v. 16.*

rio idololatrico capienda eſſe; ut proinde nec illud obſcurum ſit, Romanum Imperium potiſſimum deſtruxiſſe *impietatem* & intolerandum *faſtum*.

Hæc verò illa ipſa fuit impietas, quæ infelicibus perſuaſit, ut inter Chriſtianorum cadavera infelicibus incedere, & prope ſanguini innatare, id demum & facinus Romanum & formoſum ſpectaculum crederent. Quo carnificinæ profluvio non tàm erubuit Orbis Romanus, quàm ſubmerſus eſt; tot millibus occiſis, quot nullæ externæ clades, nulla bella civilia, quamvis atrociſſima, nec aliæ calamitates abſtulerant; nemine præterea ad animum revocante, exhauriri provincias viris, quorum opera fideli Resp. uti potuiſſet. Id enim Chriſtiana religio docebat, fidem præſtare quantumvis truculentiſſimo Principi; nec ignorabant, ipſi gentiles, quorum ſaluti qui ſub Romanis militabant Chriſtiani, temporibus Marci Antonini Philoſophi, (*p*) opportunas

(*p*) *Scal. ad Euſeb. n. 2189.*

tunas pluvias, & adverſa in hoſtes fulmina, cœlo elicuerant. Quæ nova pugnandi ars ita Cæſari miraculo fuit, ut vetuerit quenquam religionis nomine ad tribunal rapi; ſicut nec M. Coccejo Nervæ ante Marcum Chriſtianorum laniena placere poterat. (q) A cujus judicio quum ſeceſſionem feciſſet ejus ſucceſſor Trajanus (adulatione Senatus potiùs, cui favebat; & hiſtoricorum, qui plerique ſenatorii ordinis erant; & ſuffragiis ſequentium quorundam nullius judicii ſcriptorum, qui pecorum ritu ſequebantur antecedentium gregem; quàm reipſa & verè Optimus Princeps planeque indignus tàm conſtanti poſteritatis benevolentia) iis miſeriis involvit imperium, quæ ſi ſub alio Senatuique parum gratioſo Principe eveniſſent, infra omnes Reip. peſtes hodieque dejectus eſſet. Imò tam manifeſtè ſe prodebat ira Numinis adverſus hunc Principem, ut in expeditione Ori-

(q) *Baron. in A. C. 98. n. 19.*

Orientali, quoties Romanus miles cum hoſte manus conſereret, *ictu fulminis* averteretur; totum exercitum fœda *muſcarum vis*, ſimilis Ægyptiacæ plagæ, mirum quantum vexaret. Et quæ alia non è Chriſtiano, ſed pagano ſcriptore, ac viro rerum civilium peritiſſimo, ſum̃isq; in dignitatibus conſtituto, Dione, inquam, Coccejo refert Xiphilinus.

Hujus exemplum quia ſecuti multi ſequentium Imperatorum, nec ipſi utiliores fuerunt imperio; ſed factum, quod ſupra in ebriam ſanctorum ſanguine Babylonem Joannes vaticinatus eſt: *Gentes, qui fornicariam odiſſe cœperant*, MAGNAM SOLITUDINEM FECERE; quum, ut ſcribit Procopius, quos reperirent, occiderent; & in eos etiam ſævirent, quos ſexus vel ætas periculis bellorum, & ſævitiæ victorum eximere ſolet; qua de ſolitudine & antea dixi. CARNEM BABYLONIS MANDUCARUNT, non tàm provincias ubertimas, & horrea populi Romani, occupan-

cupando, quàm ipſam urbem ad ultima humanæ patientiæ exempla compellendo; & animas, quæ ſupererant, vendendo; totumq; ærarium exhauriendo, ſicut Alaricus fecerat. BABYLONEM IGNI CREMARUNT, & ex iis Totila non quidem totam, ſed magnam tamen ejus partem; totam paſcuam & deſertam etiam facturus, niſi Beliſarii literæ mitigaſſent. Et quamvis imprecationes divinæ per Totilam non omnem Romam afflixiſſent; tamen quæ ſuperfuerunt, ex ſeſe poſtea diſſoluta & collapſa eſſe, arguit ſuprà laudati S. Gregorii locus, (r) quum ait: *In hac urbe diſſoluta mœnia, everſas domos, deſtructas Eccleſias turbine cernimus, ejusq; ædificia longo ſenio laſſata, quia ruinis crebreſcentibus proſternuntur, videmus.*

Qui caſus illuſtre documentum eſt omnibus Principibus & Monarchis, ruinam Imperiorum ſequi proſcriptiones, exilia, cædes ac lanienas piorum civi-

(r) *lib. II. Dial. cap. 15.*

„ civium; *nec quenquam excidio pro-*
„ *piorem eſſe, niſi qui prius in ſua viſcera*
„ *ſeſe armarit*; ferrumque ab externo
„ bello in cognatum ſanguinem ob reli-
„ gionem verterit, exemplo furentium,
„ manus ac membra ſua ipſe cæſurus.
Porrò univerſi Sapientes conſentiunt, *impietatem* nunquam ſolam fuiſſe, ſed *multis ſtipatam flagitiis* incedere; facilè
„ in omnibus peccare, qui DEUM ac
„ divina non vereatur; omne ſcelus à
„ ſuperis inchoatum in immenſum mul-
tiplicari.

Quod ipſum mores Imperii Romani exemplo muniunt clariſſimo. Mores enim omnium erant ſupra modum contaminati, & quos nemo brevius, nemo verius deſcripſit, ac S. Apoſtolus: *Maſculi exarſerunt in maſculos, repleti erant omni injuſtitia, ſcortatione, verſutia, avaritia, malitia, pleni invidia, cæde, contentione, dolo, malis præditi moribus, ſuſurrones, obtrectatores, contumelioſi, elati, glorioſi, excogitatores malorum, parenti-*

bus

bus immorigeri, expertes intelligentiæ, pactorum haudquaquam tenaces, alieni à caritatis affectu, neſcii fœderis, immiſericordes; *(s)* ut à lectione quorundam hiſtoricorum Romanorum tenellos atque infirmos animos Viri doctiſſimi non adeò malè abſterruiſſe videantur; & Caſaubonus *(t)* quidem à Tacito, nil niſi crimina, voluptates, flagitia, inceſtus abominandos, lamentabiles veneni propinationes, parricidia, aulicorum proditiones, mutuas criminationes, conſpirationes, & ſimiles artes, accuratiſſimè depingente: *Quarum rerum notitia*, inquit, *non tam poteſt eſſe fructuoſa, quam exemplum perniciosum. Veriſſimè enim de talibus dictum Plinio: parum abeſſe à docente eum, qui narret.*

Nec diverſæ conditioni fortuna Suetonium alligaverat, dum vel de Imperatoribus Romanis ſilendum ei fuit, vel pari licentia ſcribendum, qua illi vixerant. Quid Petronium dicam, flagitio-

(s) ad Rom. 1. v. 27. 29. 30. 31. *(t) Ep. ded. Polyb. pram.*

gitiorum Romanorum epitomen, & quam meritò vocare poſſis *obſcœniſſimam elegantiam*, aut *elegantiſſimam obſcœnitatem?* Quid Catullum, Tibullum, Propertium, Ovidium, Juvenalem, Perſium, Martialem, aliosque; quos quidem non indignos eſſe dicimus tot doctorum virorum commentationibus, aut perire debuiſſe, aut ,, caſtrari (quod inſciti & inficeti qui- ,, dam morum arbitri nuper auſi ſunt) ſed dignos tamen, qui è ſinu mollium ac cereorum evellentur.

At in robuſtis animis non magis labem iſti relinquunt, quàm olim in flumine veſtigium cymba; qui quum in Romano Imperio deprehendunt exilium omnis honeſtatis, Quirini propudia, Cæſarianas noctes, & quæ alia ſcriptoribus narrantur; deſinunt mirari, quei ferreus ille populus ſexcentis quadraginta quinque millibus militum, ut ſcribit Agathias, (u) circundatus, qui è vectigalibus ſupra

(u) *lib. V. pag. 144. Lipſ. lib. II. Adm. 3.*

pra centum quinquaginta milliones colligere ſolebat (ut ſileam immanes reditus è metallis, & argenti auri fodinis, pecuniam triumphalem & alia) convelli & collabi potuerit. Nam ut Salluſtius (*x*) ait, *fortuna ſimul cum moribus immutatur.*

Hinc etiam factum eſt, ut nomen civium Romanorum olim tàm magno æſtimatum emtumque, ſuo ævo vile & abominabile habitum fuiſſe ſcribat Salvianus. (*y*) Imò nationes extra Romanum Imperium quum contumelia graviſſima inimicos ſuos afficere vellent, ſolum illud dicebant, ROMANUS ES; eo nomine quicquid eſt turpitudinum comprehenſum rati, ſicut è Luitprando (*z*) novimus. Quo quidem ſimilem contumeliam experti ſunt cum Chiis illis, quorum cum nonnulli oletum feciſſent in ſedibus Ephororum, impune id tulerunt; quod Spartani dicerent, *Chios id feciſſe*; quod nomen ſufficere credebant, ad retundendum omne dedecus.

 Quum

(*x*) *in Catilin. c.* 2. (*y*) *lib. V de Gub. Dei.*
(*z*) *In legat. ad Niceph. Phocam.*

Quum igitur è contemtu plurimæ fiant everſiones, ut qui odium, rem aliàs inaudacem, ſolet armare; ita contemtus ſequebatur mores Romanos, contemtum incurſiones barbarorum, & Imperii calamitas.

Verum de iſtis communiter hactenus dixi, nunc prodita veterum de quibusdam nævis & cauſis deſtruentibus in ſpecie, ut vulgò loquuntur, delibabo. Dominabatur Impietatis proles, INJUSTITIA: quocunque intendebat, miſerorum opes depopulabatur; neq; ipſa nobilitas obſtabat, quo minus vi ſua penetraret. Eximii ducum non tàm Regum exterorum, quàm ſuorum Principum inſidias metuebant & experiebantur. Suſpicionum iniquitas ſuas columnas imperio ſubducebat, quum (ut è multis paucos nominē) Germanicus Alexandro M. comparatus, certè omnibus corporis animiq; virtutibus prędictus, & quantas nemini cuiquam cōtigiſſe ſatis conſtat, jaceret fraude *Tiberii*, miniſte-

niſterio *Cn. Piſonis*; Cn. Domitius Corbulo peritia rei militaris ac claritudine rerum in Oriente adverſus Parthos, & in Occidente adverſus Germanos geſtarum omnes ævi ſui duces longè præcellens, ſævitia *Neronis*; Ætius, quo Reſp. Romana præcipuo bellatore utebatur, manu *Valentiniani III.* qua de re Marcellinus in Chronico: *Ætius Patricius magna Occidentalis Imperii ſalus, & Regis quondã Attila terror, à Valentiniano Imp. cum Boëtio amico in palatio trucidatur, atq; cum ipſo Heſperium cecidit regnũ.*

Nihil omninò ex hac calamitate ſapientiores facti poſteri furore ſimili æterno cùm imperii detrimento, magno adverſariorum gaudio Marcellinum occidere, virum non tàm fortitudine, quàm fide in Romanos perinſignem, Patricium Occidentis & Dalmatiæ Præſidem, eo anno quo Fl. Anthemius Imp. Cæſar Aug. conſulatum gerebat iterùm ſine collega, ab V. C. MCCXIX. à C. N. CCCCLXIIX. Qua cæde cognita Gezeri-

chus Vandalorum Rex multùm exultans, & victoriam de Romanis facilem animo præcipiens, dixiſſe (a) fertur: *Romani ſiniſtra manu dextram amputarunt.*

Nimirum, ut eximiè philoſophatur Polybius: *Priorum caſus, à quibus in aliquo eſt offenſum, ut in numerato habeamus & ad manum, operam non ponimus; ſed frumenti quidem ac pecuniæ copiam, itemque murorum telorumq; fabricas, adverſus incerta & inopinata caſuum vexatione magna ſumtuq; nobis comparamus: rem verò omnium facillimam utiliſſimamque ſuiq; deq; habemus.* (b) Unde nec hac infamia caruit Juſtiniani imperium, dum
„ Beliſarius, non quidem excœcatus,
„ aut ad ſtipem actus (quod *Joannes*
„ *Tzetzes* timidè, *Petrus Crinitus*, &
„ *Raphaël Volaterranus*, & cætera turba
„ Hiſtoricorum recentiorum temerè
„ adfirmarunt, *confundentes Beliſarium*
„ *cum Joanne Cappadoce*, quem, cùm in
„ exilium iret, à ſatellitibus coactum panem

(a) *Damaſc. ap. Photium Cod. 242.*
(b) *lib. V. Hiſt. cap. 75.*

nem vel obulum ab obviis petere, ex "
Procopio obſervavit (c) *Nicolaus A-* "
lemannus) ſed tamen invidia ita ſubverſus, ut cum Imperator vereretur, ne majora augmenta caperet, occaſionem benè merendi de Imperio prorſus amitteret. Refert Agathias, (d) bonæ fidei ſcriptor, & accedit auctor Appendicis ad Chronicon Marcellini, quum ſcribit, *eum invidiæ ſubjacuiſſe*.

Nec ferè aliam rerum benè geſtarum gratiam retulit Fl. Narſes, qui Romanorum primùm odio, dein Auguſtorum ſuſpicionibus, & invidia conflagravit, ut illi *Juſtinus* ſucceſſorem daret; *Sophia* verò Auguſta inſignem inſuper contumeliam revocationi adjiceret, dictitans, ſibi ſemiviro in gynecæo opus eſſe; illic ad colum internentes jura daturum, & penſa in quaſillos diviſurum. Qua ignominia vir de Imperio meritiſſimus, & quem non ita pridem P. R. LIBERATOREM. URBIS. ROMÆ. ET

(c) *Not. Hiſt. ad Proc. Arc. Hiſt. p. 16.* (d) *lib. V.*

ET TOTIUS. ITALIÆ. RESTITUTOREM (e) celebraverat, irritatus: *Exordiar ſanè telam,* inquit, *quam nulla Penelope, nec quicquid uſquam eſt muliebrium Sophiarum, retexat.* Nec moratus Longobardos, ferociſſimam gentem, evocavit in Italiam.

Sic quum nulla vel incerta eſſent virtutis præmia, certa verò pericula, boni quàm mali ſuſpectiores, & verbis Dionis Chryſoſtomi, *non videretur utile monarchiæ quenquam bonum virum verſari apud ipſos, quique videatur magnifieri apud multitudinem*; vel hinc de alia ruentis Imperii cauſa ſatis conſtat. Cætera nobilitas, & illi ingentium virorum nepotes, illi poſteri libertatis obſcurabantur, & variè oppreſſi Romano ſolo excedebant. Ceu monſtrum refert Tacitus (f) quod Nero Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præpoſuiſſet, genere conſpicuum, rebus bello Germanico geſtis clarum, corpore ingentem, verbis magnificum, & ſuper experientiam ſapi-

(e) *Inſcr. 1. p. 161.* (f) *lib. XIII. Ann. c. 8.*

entiamq; etiam ſpecie inanium validum. *Videbatur*, inquit, *locus virtutibus patefactus*, tanquam aliàs ſepultæ & in tenebris jacerent, rerum potientibus, imperitia ſocordiaq;, iisq; præpoſitis, quibus, ut idem (g) ait, *nunquam cura decus publicum.*

Quid de plebejis, & infimæ conditionis hominibus, dicam? *Vaſtabantur pauperes*, inquit Salvianus, (h) *viduæ gemebant, orphani proculcabantur. Ita nobiles ignobiles confugiebant in ipſum hoſticum.* Qui & de nobilibus: *Multi eorum non obſcuris natalibus orti, & liberaliter inſtituti, ad hoſtes fugiebant, ne perſecutionis publicæ afflictione morerentur; quærentes ſcil. apud barbaros Romanam humanitatem, qui apud Romanos barbaram immanitatem ferre non poterant.* Sed & de omnibus: *Unum apud Gothos Romanorum votum eſt, ne unquam eos neceſſe ſit rurſus tranſire in jus Romanorum. Una & conſentiens illic Romanæ plebis Oratio, ut liceat eis vitam, quam agunt, agere*

(g) *lib. XII. cap. 48.* (h) *lib. V. p. 169.*

gere cum barbaris. (i) Oroſius ſcribit, *inveniri Romanos inter Gothos, qui malint ibi pauperam libertatem, quàm inter Romanos tributariam ſolicitudinem ſuſtinere.* (k) Et ut intelligatur, quam appellet *tributariam ſolicitudinem*, ſaltem Cedrenus conſulendus erit de Chryſargyro, quod erat, ut omnes viri, feminæ, pueri, ſervi, liberi, numum argenteum nomine excrementorum & URINÆ darent.

Acceſſit deniq; ad impietatem & ad iniquitates (quarum tantus numerus erat, quantus

- (l) *Libyſſæ arena*
Laſerpitiferis jacet Cyrenis
Oraclum Jovis inter æſtuoſi
Et Batti veteris ſacrum ſepulcrum;
Aut quam ſidera multa, cum tacet nox,
Furtivos hominum vident amores)

VARIA IMPRUDENTIA eorum, qui Reip. & Imperio præerant. Quid mirum? *Cujuscunq; fortunam mutare conſtituit DEUS, ejus conſilia corrumpit,* ut ſapi-

(i) *pag. 178.* (k) *lib. VII. cap. 41.*
(l) *Catullus ad Lesb. 7.*

ſapienter ait (m) Vellejus; ſive, ut Publius Syrus: *Stultum facit Fortuna, quem vult perdere.* Sed ut jam dixi, non repentè res Romana concidit: diu vexata eſt morbis, donec extingueretur; nec unius ſeculi, unius Imperatoris peccatum fuit, quibus interiret. Erat, auctore Tacito, poſt interitum Neronis evulgatum Imperii arcanum; *poſſe Principem alibi, quàm Romæ fieri,* (n) cauſa maximorum motuum & calamitatum per multa ſecula. Nam quum nullus exercitus concederet alteri, quiſq; quem volebat, creabat Imperatorem: unde bella civilia, & crebræ mutationes Principum. " Primus annus, quo arcanum illud ema- " naverat in vulgus, vidit quatuor Prin- " cipes, Galbam, Othonem, Vitelli- " um, Veſpaſianum; & ſequentibus ſeculis Imperii comitia adeò erant incerta, ut obſervarit (o) Caſaubonus, *intra centum & ſeptuaginta annos, ſeptuaginta & plures extitiſſe, qui vel juſtè vel injuſtè*

(m) *lib. II. cap 118. §. 4.* (n) *lib. I. Hiſt. c. 4. §. 2.*
(o) *Præf. in Aug. Hiſt. ſcriptores.*

Cæſarum, & Imperatorum nomen habuerint. Illud fuit tempus, quo quantum divinitatis ineſſet Salluſtii (p) judicio, eventus comprobavit: *Qua tempeſtate urbi Romanæ fatum excidii adventaturum ſit, cives cum civibus manus conſerturos; ita defeſſos & exſangues Regi aut nationi prædæ futuros*, exiſtimaverat. Factum eſt; & diſcordiæ, concertationes, cruentiſſima de principatu prælia orbem Romanum reſerarunt, ac propinarunt barbaris nationibus.

Adjecit ſolœciſmo (q) veteri Conſtantinus cetera verè Magnus, errorem inexcuſabilem, & opidò gravem, dum imperii ſedem transfert Conſtantinopolim, atq; ita omnes verſus Occidentem provincias hoſtibus nominis Romani proſtitueret; cujusmodi translationem quum noſtra memoria cogitaret *Oſman* Turcarum *Padiſchachus*, à ſuis novo & inaudito facinore interfectus eſt. Adjecit & alterum, quod indulgentia ſua majorem militum par-

(p) *Orat. 1. de Rep. ordin.* (q) *De hoc & aliis ſolœciſmis Leunclavii Apologia pro Zoſimo.*

tem

tem à limitibus ſubmovit, urbesque mediterraneas tranquillas & quietas militum peſte gravavit, auxilii indigas aut hoſtibus oppoſitas præſidio nudavit; quum interim veterani per urbes ac dominia ſua ſparſi, theatris & voluptatibus enervarentur. (r) Adjecere deniq; vel maximam Valens & Gratianus, recepta cis Danubium innumerabili barbararum gentium multitudine à Marcomannis & Quadis longiſſimo terrarum tractu ad Pontum usq;, cujus numerum comprehendere illi ipſi, qui transvexere, ſæpè conati, nunquam potuere; cum diligens navaretur opera, uti graviter Ammianus (s) queritur, ne quis everſurus rem Romanam in adverſa ripa relinqueretur. Patriis ea pulſa ſedibus agrum per legatos petebat, quietam & innoxiam pace vitam bello fortem & utilem inter auxilia operam pollicita. Impoſuit ignaviæ ſperatum laborum ſumtuumq; compendium, & ſpecioſus viſus inter-

(r) *Grut. diſc. 38. in Tac. Pigh. in Herc. Prod. pag. 42.*
(s) *lib. XXXI. Hiſt.*

inertibus color, civium ſanguini parcere, ſtipendia lucrifacere, bella hoſtium & periculo, & in utrumq; caſum damno conficere. Verum res, gliſcentibus barbarorum viribus atq; proinde audacia, in Romanorum perniciem perbrevi vertit. Romanos quos defenſum venerant, novi ipſi accolæ reliquis exuere agris, urbibus & præſidiis, & totis deniq; pellere provinciis. Longè cautius antiquiores (t) Romani, qui petentibus Cimbris, ut Martius populus aliquid terræ ſibi daret, impudentiſſimas preces bello refutarunt.

Atq; hæc de cauſis extincti veteris Imperii, quibus licet alias etiam accumulare poſſem complures, tamen jam temp⁹ eſt, ut cum veteri Comico dicamus ΠΑΞ, & de tabula tollam⁹ manum, patientia veſtra, *Auditores omnium ordinum ſplendidiſſimi*, ſatis abuſi. Quamobrem finio in illis Symachi (u) leviter imutatis: *Hi fuerunt Romanorum lapſus; corrigat noſtrum ſeculum ſuos, & de reprehenſione antecedentis exempli naſcatur emendatio.*

TRI-

(t) *Flor. lib. III, cap. 3* (u) *lib. X. ep. 61.*

TRICIPITINA,
ſive

DE TRIUMVIRATU M. AIMILII M. F. Q. N. LEPIDI C. ANTONII M. F. M. NEPOTIS JULII C. F. C. N. CÆSARIS OCTAVIANI ORATIO.

Ad Numum V. aureum Octavii Strada à Rosberg.

M*Agnifice Domine Rector, admodum Reverende, Cõſultiſſimi, Experientiſſimi, Clariſſimi Dnn. Profeſſores, tuq; Nobilitatis decore, & ingenii dotibus florentiſſima Studioſorum corona:*

Thomam Aquinatem referunt, quũ jam in vires ſummis rebus maturas exſurgeret, nihilominus ſcientiæ ſuæ velut immemorẽ linguam tàm arcto carcere vin-

culiſque coërcuiſſe, ut tanquam Bœotiæ colonus, aut civis è vervecum patria à pluribus contemtus, tandem etiam petulanti convitio BOS MUTUS nuncuparetur. Quo quidem nihil aliud ab iſtis actum eſt, quàm ut ſe ſimiles probarent canibus, qui lunam allatrant; ipſe verò, cujus virtutem ſolidiſſimis radicibus ſubnixam nullæ procacitatis machinæ expugnare potuerunt, non tàm ab ingenii capitalis monumentis, quàm ab hac juventutis ſuæ modeſtia robur & incrementum acciperet, totiq; nobiliſſimum exemplum imputaret poſteritati. Sic namq; ſapientibus videtur, nullum aliud in aures Juventutis, quæ intempeſtivis loquendi cupiditatibus indulgere, ac per inconſultæ fiduciæ & ſecuritatis æſtum abripi ſolet, frequentiùs inſonandum eſſe, quàm manſuetudinis & verecundiæ ſpecimen, ſapientiſſimo viro nullo tempore pœnitendum.

Unde non parum caliginis animo meo nunc offunditur, & in hac cathedra,

velut

velut in præcipitio conſtitutus, trepidare ac deficere mihi videor; quod tantò potiores ſilendi cauſas habeo, quantò ad uberiorem doctrinam & eloquentiam, quam ferè ſola beneficii ſui facit, Natura minus propitia mihi fuit; & quantumvis admoventi deſideria mea triſti quodam ſupercilio ſeſe ſubduxit. Quum autem hujus generis querelæ jam in conſuetudinem abierint, conſuetudo in riſum, & faſtidium; eas licet in me juſtas & ſine fuco candidas, in gratiam veſtram, *Auditores honoratiſſimi*, porrò ingeminare ſuperſedeo, & in excuſationem conatus mei adduxiſſe ſatis habeo illud, quo ſolicitæ ſeveritatis legem deprecari voluit Auſonius, quum de juſſu Theodoſii Aug. hunc in modum (a) cecinit:

Invalidas vires ipſe excitat: & juvat idem,
Qui jubet; obſequium ſufficit eſſe meum.

Non

(a) *Praef.*

Non tutum renuiſſe DEO. Laudata pudoris
Sæpè mora eſt : quoties contra parem dubites.

Utut enim nullius arduæ molis capax, ſolius imbecillitatis meæ conſcius, adeoque procul omni confidentia, procul oſtentandi libidine, pericuioſum iſtud vadum lubens declinarim; tamen quum ingenio ſuperioribus ſim obnoxio, facilisque præcipientibus, & inobedientia velut inſolenti prodigio exterrear; nec potui nec debui locum hunc averſari, vel inverecundo timore, quod injunctum erat, in ulterioresannos differre. Benè, ut omnia Romanns ſapiens, (b) *quæ quis fugit, damnat*; & dum nimis cavet, ne immodeſtus videatur, in ipſius immodeſtiæ ſcopulum præceps impingitur.

Quamobrem nec de veſtra humanitate dubito, quin hoc alienis imperiis ſusceptum ſimplicius æſtimaturi ſitis, & in hæc

(b) *Ep. 14.*

in hæc prima ſtudiorum meorum omina benignis interpretationibus ituri; vel audiendi benevolentia, qua non aliud majoris facio, dicentem proſecuturi. Quod mearum erit partium, ita brevitati ſtudebo, ut & obſervantiæ, quam vobis debeo; & negotiorum, quæ privatim quemque expectant, rationem habuiſſe videar.

Quum ex orationibus, de hoc ipſo loco recitatis, jam aliquoties cognoviſſem, nullum non eruditorum in veterum Romanorum numiſmatis utiliſſima contemplatione verſatum eſſe, neque ad curioſam tantùm voluptatem illa facere (quod hominum quorundam inepta " natio, & velut ad barbariem nata, ju- " dicet;) ſed hiſtoriam Romanam tàm malè habitam mutilatamque nobis reducere, quid aliud niſi penum civilis doctrinæ? me quoque videndorum id genus monumentorũ blandum deſideriũ ſubiit, & acceptis, quæ Octavius de Strada (c) quon-

(c) *Num. 5. pag. 5. Reperitur & ap. Goltz. t. de Aug. c. 1. n. 12. & c. 3. num. 8.*

quondam publicavit, inter alia quam plurima conſpectum aureũ numiſma dicendi argumentũ obtulit. Videbam in antica



caput Octaviani Cæſaris, qui poſtea A. V. C. 726. ſeipſo VII. M. Vipſanio L. F. Agrippa III. Coſſ. Auguſtus cognominatus eſt, cum inſcriptione: C. CÆSAR. DIVI. F. IMP. COS. III VIR. R. P. C. & in poſtica *tres dexteras complicatas, cum faſce & caduceo*; nec non *ſecurim cum Orbe* illo, quem Univerſalis Imperii ſignum inferioris ævi ſcriptores (d) mo-

(d) *Freher. Not. in Andl. lib. II. cap. 6. 8.*

dò

dò *globum*, modò *pomum*, modò *pallam*, Græci *μῆλο*, & qui eum Principi præferebat, *μηλοφόρον* appellarunt.

Cuſum fuit eo tempore, quo ex regno C. Julii Cæſaris Dictatoris utcunq; tolerabili Triumviratus multò violentior crudeliorq; Romanæ Reip. primùm incognitus natus eſt, & *Octavianus* Cæſar ſubito impetu effuſus in diverſa; quippe nuper publicæ libertatis vindex, inita cum *Lepido* & *Antonio* hoſtibus ejuſdem ſocietate, Brutum Caſſiumque, ac reliquum Senatum docuit, quàm nihil Idibus Martiis profectum eſſet. Credebant enim non perfunctoriè imprudentes, illo die depulſam cervicibus ſuis ſervitutem, (c) *poſtremum malorum omnium*; nec ullam libertati publicæ, quam ut Deam venerabantur, cui Bruti, Ahalæ, Decii vitam ſuam devoverant, opimiorem victimā mactari poſſe, quàm quem Tarquinium redivivum exiſtimabant; & in his ipſis erat ille, in quo nunquam pie-

(c) *Cic. Phil. 2. Urſin. in num. Lælii Palihani.*

pietatem in patriam, aliquando prudentiam conſtantiamq; deſideres, cœleſtis eloquentiæ conſularis, & imperii Romani magnitudini ſolo ingenio par; quum remoto velo diceret, percuſſores Cæſaris Dictatoris (f) *eam gloriam conſecutos, quæ vix cœlo capi poſſe videretur*, item *cædem illam divinum in Remp. beneficium, ſeq, ad illam tanquam ad epulas pulcerrimas invitatum velle*. Hinc tot numi, (g) velut recuperatæ libertatis monumenta, quibus Brutus, imaginem ſuam cum pileo ac duobus pugionibus incidit inſcripſitq; memorandi facinoris diem EID. MAR. Ad quod exemplum Henricus II. Galliarum Rex, plauſibili arguméto bellum ſuum Germaniæ Principibus commendaturus, A.S. cIↄ Iↄ LII. numiſmata (h) percuſſit, inſignita pileo, ac duobus pugionibus, cum inſcriptione: LIBERTAS, &, VINDEX LIBERTATIS GERMANIÆ. Sed & iidem Roma-

(f) *Cic. d. Philipp. 2. lib. X. ep. fam 28.* (g) *Vrſin. in gente Iunia p. 127. & 128. Goltz. in t. de Iul. Caſ. Dio lib. XLVII. ed. Xyl. p. 389.* (h) *Luck. in num. pag. 144.*

Romani Proceres (i) opinabantur, conſilio Ciceronis, quo ad condonandas mutuò injurias inducendamq; oblivionem offenſarum univerſos cohortatus eſt, exarmatas fuiſſe civiles iras, conditos bona fide gladios, reſtitutum aureum ſeculum, mores antiquos, Rempublicam veterem. Sicut olim Thraſybulum legem tuliſſe, præter alios Cornelius Nepos (k) auctor eſt, *ne quis ante actarum rerum accuſaretur, neve mulctaretur, eamque Athenienſes LEGEM OBLIVIONIS appellaſſe*: & in ipſa Rep. Romana Senatus, Annibale digreſſo, Italicis populis omnibus, qui ad Pœnum defecerant, veniam dedit; resq; omnes anteactas, oblivione ſempiterna dolendas cenſuit: qua humanitate per validiſſimas nationes diffuſa, mox univerſæ in unum corpus redierunt; & ipſa Roma vim majeſtatemque ſui imperii, juſtitia & æquitate fultam, brevi annorum ſpatio, per Africam, Europam,

(i) *Vell. lib. II. cap. 58. Dio lib. XLIV. Flor. lib. IV. cap. 7. §. 3. Cic. Phil. 1.* (k) *In vita Thraſybuli c. 3, §. 2, Appian. ſ. Punic.*

ropam, atq; Aſiam, quodam quaſi torrente vel æſtu fortunæ quàm latiſſimè propagavit.

Ceterùm recentiores iſtos Romanos veterum exempla non benè ad ævum ſuum aptaſſe; ſed confuſa temporis, perſonarum & omnium rerum ratione, ſemetipſos peſſundediſſe, non tam alii judicant, qui politicorum conſiliorum cenſuram ſuſtinere poſſunt; quam L. Annæus Seneca, ὁ πάντας μὲν τοὺς καθ' ἑαυτὸν ῥωμαίους πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους σοφίᾳ ὑπεράρας, *qui omnes ævi ſui Romanos, multos etiam alios exterosq́; ſapientia exſuperavit*, (l) adeoq́; ut ſapiens nihil æſtimavit ex eventu, nihil ex ambitione temeraria: *Mihi*, inquit ille (m) de M. Bruto, *cùm vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer erraſſe, nec ex inſtitutione Stoica ſe geſſiſſe: qui ſperavit ibi libertatem futuram, ubi tàm magnum præmium erat & imperandi & ſerviendi; aut exiſtimavit civitatem in priorem for-*

formam

(l) *Dio lib. LIX.*
(m) *lib. II. de Benef. cap. 20.*

nam poſſe revocari, amiſſis priſtinis moribus; futuramque ibi æqualitatem civilis juris, & ſtaturas ſuo loco leges, ubi viderat tot millia hominum pugnantia, non an ſervirent, ſed utri. Nimirum aliud erat fugare Tarquinium, cujus ſcelera vindictam abſtulerant; aliud ferire Cæſarem, cui vitam ſuam debebāt illi, qui vitam eripuerant. Nec jam Optimatibus aderat populus ad omne ſervitutis ac tyrannidis veſtigium ferox, nec animus tantorum facinorum capax, nec provinciarum favor; quas Proconſulum, Prætorum, Proprætorum, Procuratorum aliarumq; harpyiarum jampridem tædebat; quum invalidum eſſet omne legum auxilium, venundati magiſtratus, fas & æquum infra pecuniam poſitum, forum & tribunalia ipſis prædonibus inſeſſa, & hinc vel lenta judicia vel nulla; omnes deniq; injuriæ provincialibus illatæ viles ac pœnè indignæ vindicari. Nullo namq; ævo turpior Reip. facies fuit; & ut olim in virtutes, ſic tùm in vitia naſcebantur, ſuf-

ſuffocatis honeſtioris ævi ſeminibus. Deleta Carthagine, victis magnis Regibus, iſta morum lues Romanos animos invaſit, & ipſa victoria de virtutum faſtigio victores præcipites dedit. Statim enim illa nimis bona Fortuna intulit opes, opes luxum & ambitũ, luxus avaritiam & rapinas. Opibus non tàm honores quàm ſcelerum impunitatem, velut ſub haſta venalem, redimebant: Opibus, quodcunq; in plebejis libertatis erat ſtudium, adulterabant: Opibus continuationem magiſtratuum contra morem majorum obtinebant & ſervitio aſſuefaciebant feroces illos animos. Quamobrem in tam corrupto ſtatu libertatem cogitaſſe quosdam per animi magnitudinem, & ſtrictis mucronibus invaſiſſe Cæſaris caput, paulò aliquid ſupra dementiæ malũ fuit.

Quid, quod ſupererat (n) *fax & turbo ſequentis ſæculi, ſcopulus atq; nodus publicæ ſecuritatis* Antonius? quid, quod M. Lepidus, magnum & ipſe publicæ ſervi-

(n) *Flor, lib, IV, cap. 3. §. 2, & cap. 9. §. 1.*

ſervitutis inſtrumentum? quos ſimul è medio tollendos eſſe, Caſſii conſilium erat: ſed quum Brutus non afferret violentiam, ſemel ſuſcepto negotio parem, & conjurationes crudelitate perficiendas eſſe *philoſophi ſenatoris ſimplicitas* ignoraret; factum, ut ſublato libertatis hoſte, nihilominus ſuperſtes tyrannis eſſet. Nec levi deliberatione tranſmittendum erat Optimatibus, *quid credere deberent* C. Julii Cæſaris Octaviani *ætati*, *quid nomini, quid hereditati, quid κατηχήσει.* (o) Ceterum quod his inſuper habitis parum conſideratè ſuſceptum erat, nec ſervitutem profligavit, nec animorum ulcera cum infinitis miſeriis ſuſtulit.

Illa ipſa Amneſtia, quæ tempeſtatem in malaciam, noctem in diem, luctum in lætitiam commutatura videbatur, ambitioſos illos ſpiritus accendit potiùs, vere animadvertentes, non ex virtute, ſed timore ac neceſſitate temporum proficiſci, quæ Optimates decer-

(o) *Cic. lib. XV. ad Att. ep. 12.*

decernerent. Ut multa, quæ *Dioni* memorata ſunt, *ſcriptori ſceptris, aulis & curiis digniſſimo, qui conſiliorum ſecreta magna dexteritate pandit & aperit*, errores utrinq; commiſſos diligenter indicat, brevitatis cauſa prætercam; nondum biennium à cæde C. Julii Cæſaris ſeſe circumegerat, quum Octavius immemor tot beneficiorum, tot Senatus-conſultorum, quibus tantum-non abinfantia recens contra morem majorum honoratus erat, ejusq; ſocietatis, quam nuper cum Optimatibus coluerat, cum hoſte Antonio & M. Lepido clàm per internuncios egit. Ferunt juſtas cauſas habuiſſe, quod Senatus poſt victoriam Mutinenſem potentiam ac dignitatem ejus variis artibus imminutum iviſſet; alii maligno & tumido livore juventam ſuam deſpexiſſent, alii *ornandum & tollendum* dixiſſent; quem *ambiguum* Ciceronis *jocum* in triſtiorem ſententiam ille deducebat.

Sed ut conceſſerim, magnum in hoc Senatus peccatum fuiſſe, qui, ut ſcribit mo-

modò laudatus hiſtoricus, (p) *quos contra certos homines ſumma potentia inſtruxerant, rebus feliciter geſtis & ipſos aggrediebantur, ut proinde amicum neminem, inimicos omnes haberent*: ita nec ille tam excuſabilis, qui unam vel alteram Senatus contumeliam, & peccantem tantùm intra verba jocantis benefactoris libidinem, in totius libertatis omniumq; civium injuriam convertit. Miſſi Romam, qui Antonianis impunitatem; Cæſari conſulatum peterent: quod novo ambitus genere nec in campo Martio unquam uſurpato prius, factum armatis precibus. Mox admotus exercitus, occupata patria, comitia per vim habita. Creatus Conſul cum Q. Pedio, è tanto rerum ſucceſſu ſpes majores complexus, & augurio confirmatus, quod Romulo quondam oblatum erat, milites conciliavit donariis, & pecunia publica, ceu legato patris, animos plebis ſubegit; quo facto de libertate Romana primùm triumphavit.

(p) *lib. XLVI. p. 356.*

Tum longiùs provectus, acceptam potentiam ad opprimendos percuſſores C. Julii Cæſaris parentis adoptivi repentè traduxit, & lege Pedia non ſolum damnati ſunt, qui Cæſari violentas manus attulerant; ſed & facinoris minimè conſcios, & quos Idibus Martiis Roma procul egiſſe conſtabat, ejusdem damnationis atrocitas involvit. Sic uſitatiſſimo ambitioſorum velo, callida ſimulatione pietatis erga patrem, ſuſpicionem affectatæ dominationis vel abſcondidit, vel mitigavit. Hinc profectus ab urbe velut illaturus bellum Antonio & Lepido (de quorum conſiliis cum Octaviano Cæſare initis nihildum Senatui conſtabat) paulò poſt in illos ipſos ab amore Senatus, & Reip. tanquam à Caſſio & Bruto, in quibus Senatus libertatem ſuam fovere credebatur, apertè deflexit ac propè Bononiam *nullo bono more*, ut judicant (q) qui Octaviani laudibus nihil aliàs detrahunt, *Triumviratus invaditur*,

Diem

(q) *Flor. lib. IV, cap. 6, §. 3.*

Diem illum, quo non Cremerenſis, nō Allienſis nō Cañenſis, non alius Reip. Romanæ fœdior magisq; pudendus illuxit, notavit Colotiani marmoris (r) fragmentum: M. ÆMILIUS. M. ANTONIUS. IMP. CÆSAR. IIIVIR. R. P. C. EX, A. D. V. K. DEC. AD. PR. K. JAN. SEXT. quæ quinto āño finito inſtabant. Atque hinc in numo noſtro



conſpicimus tres illas dexteras invicem conſertas, fidei, ſecuritatis concordiæq;

(r) *Ap. Grut. Inſcr. t. p. 298. A. V. 710.*

inter Triumviros ſinceræ ac conſtantis ſymbola, ut eas multæ veterum auctoritates explicare nos jubent. Notum illud præſtantiſſimi poëtarum:

Dat dextram, atq; animum præſenti pignore firmat,

id eſt, ſecurum reddit Achæmenidem Anchiſes dando dextera fidem. Nec quenquam latere poteſt iſtud Darii Codomanni apud epitomatorem (t) tralatitium: *In quam rem unicam pignus fidei regiæ dexteram ſe ferēdam Alexandro dare;* Vel illud Mamertini: *Dignatus oſculo oris illius divinis afflatibus conſecrati dexteram dedit, illam dexteram immortale pignus virtutis & fidei.* Sed & *in annulo pronubo dexteras,* ſi fidei & concordiæ maritalis inſignia, jampridem animadverſum eſt; & de virgine ruſtica ſcribit è Johanne Nidero Pignorius, (u) quum diu optaſſet annulum in ſignum Chriſtiferæ deſponſationis, reperiſſe quendam coloris argentei & in clauſura, ubi jungeba-

(s) *Virgil. lib. III. Æn. v. 611.* (t) *Iuſt. lib. XI. cap. 15. §. 19. Paneg. 11. c. 28.* (u) *Pignor. Symb. Ep. 29.*

gebatur in circulum, duas manus artificioſè inſculptas extitiſſe, arctè ſeſe conſtringentes. Invenimus (x) etiam ſymboli loco Henricum VII. Imp. Aug. Comitem Lüzelburgenſem in monetis exprimi curaſſe manus, inter ſe devinctas, cum caduceo Mercuriali & inſcriptione, FIDE ET CONSILIO. Ne reponam, quæ huc facientia quam plurima obſervarunt Viri de Summatibus Reip. literariæ, Juſtus Lipſius (y) Hugo Grotius, (z) Philippus Camerarius, *(a)* Matthias Berneccerus, *(b)* Johannes Freinshemius. *(c)*

Sed quàm Triumviri noſtri vel *Sullæ diſcipuli tres*, ut Juvenalis *(d)* falsè nominavit, ipſi ſacroſanctæ Fidei petulantibus ac perfidis dexteris illuſerint, paulò poſt videbimus. Nunc revertor ad Trium-

(x) *L. Hülſ. in Num. Imp. pag. 279.*
(y) *Lipſ. ad lib. II. Ann Tac. cap. 71.* (z) *Grot. lib. II. de I. B. ac P. cap. 13. § 22.* (a) *Camer. cent. 1. c. 35. cent. 2. c. 46.* (b) *Bern. ad Iuſtin. lib. XI. cap. 15 §. 13.* (c) *Freinsh. ad Curt. lib. III. cap. 6. §. 13; & lib. VI. cap. 4. §. 14.* (d) *Iuv. Sat. 2.*

virorum fœdus, cujus ſumma erat de confirmanda cujusq; potentia, & delendis inimicis; & ne totum Imperium in trium poteſtatem conceſſiſſe videretur, uti Cæſar haberet *Africam utramq;, Sardiniam & Siciliam*; Lepidus *Hiſpaniam & Galliam Narbonenſem*; Antonius *reliqua Galliarum*, tum *Ciſalpina* tum *Tranſalpinæ*. Convocati præterea milites, ut pactorum teſtes; & oratio habita, quæ nominibus honeſtis, ſpecieq; juſtæ aſſertionis ambitioſarum mentium verſutiam oculis vulgi militaris ſubduceret. Et hac velut præfatione in atrociſſimarum rerum cœpta, tanquam in ſcenam & tragœdiam intrabant.

Primus cum exercitu patriam ingreditur Cæſar, in quem prodiga tot laudes nuper effuderat; eumq; cum copiis ſuis ſequuntur Lepidus & Antonius, ipſiſſimæ tres Furiæ, Rempublicam Romanam una face crematuræ. Ut legitimum facerent, quod violentum erat; & jure palliarent, quod injuſtum; opera Tribuno-

bunorum uſi ſunt. Qui quum olim publicæ libertatis aſſertores fuiſſent, (unde PALIKANUS, quo auctore populo Tribunitia poteſtas à Cn. Pompejo Magno reſtituta fuerat, in denariis argenteis *(e)* tum Roſtra P. R. tum Libertatis imaginem ſignavit) nunc publicæ libertatis oppreſſoribus cum ſacrata poteſtate conſcientiam proſtituebant. Ita publicatæ ſæviſſimæ proſcriptionis tabulæ; quarum una 140. Senatorum, altera equitum aliorumq; hominum innumera capita, velut in arenam deſcripta, continebat: & ſtatim juſſi milites temerare domuum ſecreta, venari, optimos cives, nobiliſſimos viros, ipſos magiſtratus Populi Romani,

Horum augeſcente licentia (ut, poëta teſte, *gladiorum ferocium vecors libido eſt*) omnia facta, quæ in captis urbibus ſolent; nec tantum dare ſanguinem coacti ſunt, qui Cæſarem interfecerant, vel qui Optimatum dignitatem aſſerturi

 crede-

(e) Vrſin, in gente Lollia pag. 143.

credebantur; ſed & in prædam & ad ferrum correpti, qui vacabant omni crimine, & illa generoſioris animi ſuſpicione; quum iſti Triumvirorum ſatellites, & è Sullæ ſeminario ſuperſtites hirudines, nõ tàm dominis inimicorũ cædibus ſatisfacere cogitarent, quàm locupletiſſimorum civium everſione ſibi. Ergò nihil illicitum, aut inconceſſum; nocentes juxta atq; innocentes exturbabantur de domibus, de vita. Stupendum, quod refert Dio, *(f)* eò avaritiæ quoſdam progreſſos, ut ipſius Atiæ, matris Octaviani Cæſaris, nuper defunctæ, ac publico funere honoratæ bona poſcerent.

Magis ſtupendum, *(g)* proſcriptionis acerbitatem in ipſos Triumvirorum amicos intonuiſſe; ut qui Octavianum contra Antonium juviſſet, Antonii lictoribus præberet cervicem, nihil protectus amicitia Cæſaris; & qui Cæſarem offendiſſet, nihil juvaretur amicitia vel Antonii vel Lepidi. Hinc Ciceronis caput,

(f) lib. XLVII. pag. 384. (g) Ib. pag. 375.

pit, & illa divinæ eloquentiæ miniſtra dextera; quæ ut Philippicas æterna cum auctoris gloria, ſic Antonium multorum flagitiorum reum infamia perenni ad omnem poſteritatem deduxit, amputata pro Roſtris conſpecta eſt, ut ſatiaret crudeles Antonii oculos. Nec quicquam profuit Octavianus, tot meritis à Cicerone cumulatus; quamvis *intercesſione frigida* ſimularet, nolle ſe ſuſtinere ingratitudinis infamiam, vel proditi per ignaviam tanti benefactoris.

Sed maximè ſtupendum *(h)* Antonium non ſolùm avunculum ſuum L. Julium Cæſarem, Virum Conſularẽ, & ab eodem proavo Sex. Julio Cæſare Cos. A. V. 596. pari gradu deſcendentem cum C. Julio Cæſare Dictatore, quod è nummis & Tabb. Capitolinis facilè conſtat, proſcripſiſſe; ſed & L. Munatium Plancum fratrem ſuum C. Plotium Plancum, M. Lepidum fratrem L. Æmilium Paullum; nec inhibuiſſe crudeliſſimum co-

(h) Vell. lib. II, cap. 67. Plin. lib. XIII. cap. 3. Val. Max. lib. VI. cap. 8, ex. 5, Dio lib. XLVII. pag. 274.

natum, quod eodem patris ſanguine concreti, in iisdem viſceribus ejusdem matris velut domo habitarint. Ita loquimur, qui fratres germanos fuiſſe credimus è militari joco, quo triumphus Lepidi & Planci adſperſus erat: *De Germanis, non de Gallis, duo triumphant Conſules*: neq; veloci fide conſentimus Rutgerſio *(i)* aliisq;, qui per Germanos latiſſimo ſignificatu fratres adoptivos hic intelligunt. An enim L. Paullum adoptatum potiùs ſuſpicemur in Æmiliorum Lepidorum gentem, quæ vigens & ampliſſima tum temporis: nec ullis adoptionibus fulcienda fuit, quàm ex Æmiliis Lepidis in Æmilios Paullos? Quid? ſi L. Paullus M. Lepidi frater adoptivus eſt, h. e. à M. Lepido III viri patre adoptatus, cur nemo veterum ex Romana conſuetudine adpellat adoptantis prænomine M. Æmilium Lepidum Paullum? Omninò veriſimile eſt, *L. Paullum è Lepidis adoptatum in Paullos, non è Paullis in Lepidos*, h. e.

(i) lib. I. Var. cap. 9.

h. e. M. Lepidi IIIVIRI fratrem germanum in ſuo ſignificatu, non adoptivum, à fratre germano proſcriptum eſſe ſummo ſcelere. Idem facinus *Munatii* Planci in *Plotium* Plancum; quem qui credunt illius fratrem adoptivum fuiſſe, ex ὀνοματοθεσίας Romana dicere debebant L. Munatium Plancum Plotianum; quo modo quum nemini deſcribatur veterum, quidni opinemur Munatii germanum germaniſſimum fuiſſe, *& è Munatiis tranſiiſſe in Plotios?*

Hic, *Auditores honoratiſſimi*, Triumviratus fuit; hæc in cives, in Senatores, in conſanguineos, in fratres immania facinora, quibus Nemeſin credebant placari debere; nec cum ſcriptoribus quibusdam (k) Octavianum Cæſarem excipere poſſumus, qui & ipſe talem ſe geſſit, ne mater de natalibus ipſius mentita videri poſſet, *dracone fuiſſe genitum.* Nonne Romanus Sapiens (l) candidè

(k) *Vell. lib. II. cap. 86. Dio lib. XLVII. pag. 377. Suet. in Aug. cap. 94.*

(l) *lib. I. de Clem. cap. 9.*

ac Neroni abnepoti in os? *Divus Auguſtus fuit mitis Princeps, ſi quis illum à principatu ſuo*, h. e. victoria Actiaca, *æſtimare incipiat. Cùm hoc ætatis eſſet, quo tu nunc es, duodevicesimum egreſſus annum: jam pugiones in ſinu amicorũ abſcondiderat, jam fuerat collega proſcriptionis*. Et mox: *M. Antonio proſcriptionis edictum inter cœnam dictarat*. Nonne Suetonius (m) *inceptam proſcriptionem utroq; collegæ acerbius exercuiſſe*? Quæ ipſa movére divinum illum Julium Cæſarem Scaligerum, (n) ut interrogatus judicium de Octaviano reſponderit, *canem fuiſſe Syllanarum reliquiarum*.

Igitur frontis ferreæ fuit, & de poſteritatis judicio nimis ſecurus, qui nummo noſtro imprimi curavit: SALUS. HUMANI. GENERIS. cum *Orbe*, *Faſcibus*, *Securi* ac *Caduceo*; quibus ſymbolis indicat *Imperium orbis*, *Pacem* & *Juſtitiam* Reip. Romanæ hac Triumvirorum conſpiratione reddita; quum *Salutem*, *Pa-*

(m) *in Aug. c. 27. cum quo conferendum c. 13. 14. 15. & Lipſ. lib. II. de Conſt. c. 24.* (n) *Iohannes Bergius Rutenus Medicus in* dictis Scaligeri.

Pacem, Juſtitiam ipſe Octavianus Cæſar tantum non enecarit. Nimirum ita ſuperbia ſibi favet in horrendis flagitiis, ut candorem rectè ſentientium ſubſtratum ſibi putet; &, verbis Thucydidis, *uſitatam vocabulorum ſignificationem in rebus arbitratu ſuo immutet & corrumpat.* (o) Quomodo Galbam deſcribit Otho apud Tacitum: *Quæ unquam provincia, quæ caſtra ſunt, niſi cruenta aut maculata? aut, ut ipſe prædicat, emendata & correcta? Nam quæ alii ſcelera, hic remedia vocat: dum falſis nominibus ſeveritatem pro ſævitia, parſimoniam pro avaritia, ſupplicia & contumelias diſciplinam appellat.* (p) Et Galgacus ille, Britannorum fortiſſimus heros, Romanos omnes apud eundem: *Auferre, trucidare, rapere falſis nominibus IMPERIUM, atq; ubi ſolitudinem faciunt, PACEM appellant.* (q) Quæ & civilis querela fuit de iisdem Romanis; *miſeram ſervitutem PACEM vocare.* (r)

Sed

(o) *lib. III. B. Peloponn.* (p) *lib. I. cap. 37.*
(q) *in Agr. cap. 30.* (r) *Idem lib. IV. Hiſt. cap. 17*

Sed acceſſerunt adulatores, quorum decretis Cæſar Octavianus ſupra ſe, ac meritum ſuum, ceu tormento quodam, rotatus eſt. Nam ut ſcribit Dio, *Triumviris honores decreverunt, qui benefactoribus ac conſervatoribus patriæ ſolent; & coronas quoq; civicas.* (s) Quemadmodum in numo æreo, quem adſervat Nobiliſſimus Dn. Parens meus, ab altera parte agnoſco Caligulæ caput cum Inſcriptione: C. CÆSAR. DIVI. AUG. PRON. AUG. P. M. TR. P. IV. P. P. ab altera coronam quernam, ſivé civicam, ſic inſcriptam: S. P. Q. R. P. P. OB CIVES SERVATOS. Is ſcilicet honos debebatur Caligulæ, *quem rerum natura in exitium opprobriumq; humani generis edidit, à quo imperium everſum eſt funditus*, ut liberè ſcripſit, quantumvis exul, Seneca (t) rerumque potiente patruo Caligulæ Ti. Claudio, qui *Senatores, & Equites Romanos flagellis cæcidit & torſit, non quæſtionis ſed ani-*

mi

(s) *lib. XLVII. pag. 381.* (t) *Conſol. ad Polyb. c. 36. Id, lib. III. de Ira cap. 18. & 19.*

Digitized by Google

mi cauſa; qui de toto Senatu trucidando cogitabat & crebrò deſiderabat, Populum Romanum unam cervicem habere, ut ſcelera ſua tot locis ac temporibus deducta, in unum ictum & unum diem cogeret. Fuerunt ejusdem Senatus Romani, jam in obſequium ſervile ac projectam patientiam ſubmiſſi (cujus illos ipſos tædebat, (u) *qui libertatem publicam nollent*) planè geminæ temporibus Neronianis ſententiæ, dum poſt interfectam Octaviam Imperatoris filiam, Imperatoris conjugem, nullius criminis convictam, dona templis decreverũt gratias egere Diis, *ut quæ rerũ ſecundarũ olim tum publicæ cladis inſignia eſſent.* (x) Paulò poſt detecta conjuratione Piſoniana: *Compleri interim urbs funeribus, Capitolium victimis: alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, grates agere Diis, ornare lauru domum, genua Neronis advolvi, & dextram oſculis fatigare.* (y) Quod ſtultus ille gaudium ſincerum credidit.

Decre-

(u) *Tac. lib. III. Ann. cap. 65.* (x) *Id. lib. XIV. Ann. cap. 64.* (y) *Id. lib. XV. Ann. cap. 71.*

Decretus etiā propriꝰ honos Soli apud Circum, qui occulta conjurationis numine retexiſſet, ut menſis Aprilis Neronis cognomentum acciperet: templum Saluti extrueretur eo loci, ex quo Scævinus ferrum promſerat. (z) Ut alia innumera taceam adulatione nova, patientia poſtrema; inprimis quæ de appellationibus & honoribus, Commodo decretis, poſt occiſam magnam ipſius Senatus partem & adulterum matris Conſulem deſignatum ſcripſit Lampridius; & ad Octavianum Cæſarem ejusq; collegas revertar, de quibus poſt tot facinora, *quæ fatigant animum & mæſtitia reſtringunt*, (a) & omnem humanitatis oblivionem, dicendum erit, quomodo inter ſemetipſos vixerint.

Dico paucis: Fidem, Concordiam, Sinceritatem, tum ad Bononiam, ubi fabam cuderunt in tot nobilium capita, tum in monumentis & numo noſtro ROMANIS DEXTRIS promiſſam colu-

(z) *Id. cap. 74.* (a) *Tac. lib. XVI. Ann. cap. 16.*

coluerunt PUNICA FIDE. Poſtquam enim plerique nobilium proſcriptione ſæviſſima ciciderant, ſed & mox A. V. 711. Brutus & Caſſius in campis Philippẽſibus cum exercitu & libertate periére, veteris odii & æmulationis memoria Triumvirorum animos rurſus ſubibat. *Inſociabilis eſt enim nimia poteſtas, & ambitioſos ingenii ſui præcipitatio ad funeſtiſſimas diſcordias facilè propellit.*

Sed occaſionem novorum motuum nunc præbebat Fulvia, ex eo mulierum genere, quas Juvenali ait (b) *à ſexu fugere*, animal impudens, ferum & dominationis avidum, nunc L. Antonius (c) inepto cognomine appellatus *Pietas*, ut poſteà Vitellius (d) Imperator *Concordia*, vocatus eſt. Illa Sycione mortua, adeóq; ſublata è medio diſſidiorum face, reſtituta pax; & provinciæ diviſæ, ut *transmarinas ab Illyrico ad Euphratem usque* M. Antonius; Cæſar *Gallias, Hiſpanias, Sardiniam atq; Dalmatiam*; Lepidus *Africam*

(b) *Sat. 6.* (c) *Dio lib. XLVIII. pag. 411.*
(d) *Suet. in Vitell. cap. 15.*

fricam haberet; Cæſar Sex. *Pompejum*, Antonius *Parthos* debellaret, quod factum A. V. 713.

Nec ultra quadriennium Orbi terrarum à Furiis Superbiæ Triumviralis quies fuit. Nam victo apud Siciliam Sex. Pompejo (e) ſtatim M. Lepidi poteſtas in Cæſarem Octavianum (f) ceſſit; quem temerè ſecum litigantem, eoq; ſuperbiæ provectum, ut victoriæ Siculæ laudem ſibi tranſcriberet; deniq; ad diſceptationem ſeſe provocantem, *ferrea eloquentia refutandum* cenſuit; & uſus jure, quod olim in gladio geſſit, cum Conſulatum peteret, in caſtra Lepidi venit, ut Lepido perterrito milites ejus ſibi adjungeret. Quod primum fruſtra & cum periculo tentatum, altera vice admoto Lepidi caſtris univerſo exercitu feliciter execut⁹, collegā hunc & imperio & Africa ſua exegit; vivum tamen ſervavit, ut mox infinitis ludibriis perfunderet; adeoq; cotidiè videret mori. (g) Exarmato

(e) *Dio lib. XLIX. pag. 455.* (f) *Suet. in Aug. cap. 26.* (g) *Dio lib. LIV. p. 607. 608.*

mato Lepido, fœnum adimendum erat Antonio; ſed Cæſar velut perſona ſcenica abſcondens id, quod erat, nunc Antonii proſpera laudibus & honorificis decretis proſequi, nunc adverſis ſolatia vel ſilentium commodare; donec vicinas quasdam nationes, quæ bellum moverāt, feliciter debellaſſet.

Tum illa odia ſoporata ſæpiùs quàm extincta, in majorem flammam cœperunt erumpere; & illud pacis ſimulacrum potiùs, quàm pax, & *extemporalis*, ut ita dicam, *concordia* in apertum bellum deſiit; quum uterq; potentiam ſuam ſtabilire cogitaret æmuli funere. Interim legationibus ſpecioſis id unicè actum, ut quisq; publicæ pietati potiùs, quàm ambitioni privatæ ſuas vires ſuamq; virtutem parare videretur; & Cæſari objecta vis in Lepidum, iniquitas in Antonium, quem communibus ſpoliis fraudaſſet; ſed Antonii cauſa majoribus odiis premebatur, cunctis monſtrum illud hominis deteſtantibus, in quod omnia externa

vitia

vitia confluxiſſent; cujus libidine in Cleopatram, perfidia in Artavasdam Romana majeſtas non parum dehoneſtata eſſet, & quæ alia ſcriptores referunt. Ita tanquam gladiatores ad arma damnati, accenſis odiis, armiſq; civilibus ad nova patriæ discrimina commiſſi ſunt & utrumque æmulatio ad Actium, velut ad feralem ludum, invitavit. Ibi Antonius toties afflictæ patriæ juſtiſſimas pœnas dedit, nec cuiquam calamitatibus ſuis indignus viſus eſt, qui de omnibus bonis ita fuit meritus, ut nihil gravius acciderit, quàm adeò ſerò cecidiſſe.

Hæc, Auditores omnium Ordinum ſplendidiſſimi, Ambitionis & Superbiæ DEXTRA FIDESQUE eſt; hæc ſub tyrannide HUMANI GENERIS SALUS; hæc eorum, qui patriæ libertatem extulerunt, juſtiſſima merces; cujus atrocitatem an tàm difficile eſt habere in meliorem ſtudiorum cautionem? an Epimethei quàm Promethei eſſe malumus? Imò *quando perituris bonam men-*

tem

tem ademit ira Numinis, ſilere præſtat, quàm monitorum ſalubritatem prodigere; & eamus quæſo, Lepidosq; & Antonios noſtros Fortunæ ſuæ relinquamus, *quos inhoneſta & pernicioſa libido tenet, aliena potentia decus & pecunias & provincias & ſanguinem ſuum gratificari.* (h)

(h) *Sall. in Iug. cap. 5.*

K*RESSI, progenies magno donata PARENTI,*
Atq; idem verè noſtri Heliconis amor,
Ecquid amas ſtudii? nebulas in pariete pingis?
Et nimius labor eſt in faciendo nihil?
Conflarique iterum dignos terræve ſepulcro
Scrutaris nummos, commemorasq; Viris?
Scilicet hoc patriæ ſanctum & venerabile nomen
Poſtulat! hoc tritum eſt nobilitatis iter!

Quin

Quin memor ipſe tui melioribus attere tempus:
Cui placet hæc caries, affricat ipſe ſibi.
Et viden', ut reliquos Romana pecunia nummos
Devoret? ut precii nil tua gaza ferat?
At ſic vulgus ait; ſic mens deliberat amens,
Et frons fronte carens, faxque inimica Diis.
Longè aliter Phœbi chorus, heroũq; Senatus;
Barbariæ nubes hoc pepulere ſitu,
Et dedit ærugo lucem, vultuſq; priorum
Temporis ingenium nos docuêre novi.
Fallor, an hoc ipſum præſtas? non fallor. Imago
Teutoniæ in Roma conſpicienda datur;
Heu quàm non uni ſors eſt famulata tyranno!
Quàm fera civili ſanguine DEXTRA rubet!
Exitiumq; volunt, qui promiſere SALUTEM!
MERCURII VIRGAM ſtricta SECURIS agit!

Ergò

Ergò benè eſt, KRESSI! Pedibus calcabis aduncum
Barbariæ naſum, noctivagũq; gregẽ.
Nõ eſt, crede mihi, ſtudiorũ injuria merces;
(Et quum ſit, pœnas ille vel ille dabit)
Sed patria æterni reddent tibi præmia faſti,
Præmia, divitiis nobiliora Tagi.

Chriſtoph. Adamus Rupertus,
Hiſtoriar. P. P.

PArente magno digne fili, *ſanguinis*
Priſciq; proles invidenda, mellea,
Molem ruentis Imperî Quiritium, &
Securitatis publica nodos, moras,
Scopulosq; cujus Suada dixit, & trium
Virûm ſuperba facta & inſolentiam,
Et demta libertatis aurea bona.
Quid ominemur? ingenî velocius
Cœleſtis annis entheus currit vigor,
Matura dotes geſtit exerere ſuas
Virtus, ſagaxq; mens acumẽ pandere,
Ita perge non ignobili Muſas jugo
Sociare claro ſanguini: Phœbus tibi
Jam ſerta Pindo nectit in bivertice.

Chriſtoph Joachimus Cleewein.

PROGRAMMA.

QUod Orator ille vetus adfirmare conſtituit, *ſæpè velociorem eſſe curſum virtutis, quàm amorum*; id ut credam ex tripode fuiſſe dictum, facit præter alios, ſed opidò paucos, *Juvenis Nobiliſſimus & Præſtantiſſimus, Dn. Chriſtophorus Joachimus Cleevvein, Noribergenſis.* Quum enim illi à naturæ benignitate ſit dos & cenſus ampliſſimus; nihilominus eam induſtria juvandam ratus, tum alia tum hiſtoriarum ſtudia complexus eſt; atq; in iis adeò fecit operæ pretium, ut plus quàm juvenilem in juvene doctrinam & eruditionem mirer, & optimo jure deprædicem. Neq; hîc ludere placet cum illis, qui ſe minus amicos fore arbitrantur, niſi laudes toto ſacco ferant. Ipſe hoc, quod dixi, ſatis manifeſtum faciet die craſtini *hora nona matutina, ex indultu Magnifici Rectoris Univerſitatis hujus*, Viri *admodum Rev. &*

Exc. Dn. Georgii König, SS. Theol. D. & P. P. Patroni noſtri ut benè meriti, ita plurimùm obſervandi, exhibiturus publicè Speculum mali Principis, Nervam Trajanum. Licet autem hoc ingenii ſui ſpecimen, ut hiſtoricum, cenſuræ meæ ſubjecerit; tamen exiguum fuit, quod monere vel conferre potui: quum improbo labore id effeciſſet, ut de auctorum locis, quæ collegerat, non infeliciter judicaret. Unde nec de benevolentia Virorum magnorum, qui hæc ſcitè ſciunt, dubitabam, quod contra Trajanum, tot Scriptorum, tot ſeculorum benevolentia circumfuſum, diſſeret. Nunquàm tàm benè cum literis actum eſt, ut à Sapientibus falſum pronunciaretur illud Coi ſenis: πολλοὶ θαυμάσουσι, ὀλίγοι γινώσκουσι, *multi admirantur, pauci intelligunt.* Quod igitur unum ſupereſt, *Magnificum Dn. Rectorem, Illuſtres ac Generoſiſſimos Dnn. Barones, Conſultiſſimos, Experientiſſimos, admodùm Reverendos & Clariſſimos Dnn. Profeſſores,*

Digitized by Google

Nobiliſſimos, Præſtantiſſimos, & Doctiſſimos Dnn. Studioſos, etiam atq; etiam rogo, ut honorifica præſentia ſua recitaturum magis magisq; animare velint; illosq; nos putare, qui tantam gratiam, benevolentiã, honorem & æſtimaturi ſint, & grata memoria ſemper veneraturi.

Chriſt. Adamus Rupertus,
Hiſt. P. P.

SPECULUM MALI PRINCIPIS NERVA TRAJANUS,

cum interpretatione numi LXXIX. arei, ab Octavio Strada pag. LVII. publicati.

MAgnifice DN. Rector, Illuſtres & Generoſiſſimi Dnn. Barones, Conſultisſimi, Experientiſſimi, admodum Reverendi, Clariſſimi & Excellentiſſimi Dnn. Profeſſores, Nobi-

Nobiliſſimi Præſtantiſſimi & Doctiſſimi Dnn. Studioſi:

Quanquã à temeritate & oſtentatione omni alieniſſimus, quarum etiam cauſas procul habeo, non tàm facilè in hunc locum, Muſarum ſaltem veteranis premendum, deſcendere cogitarim; Veſtra tamen fultus benevolentia, & qua alios hactenus æqualium meorum conatus proſequuti eſtis, æquitate ductus, non parũ ad hoc ipſum animari me ſentio. Quin, quod prodigio ſimile videri poteſt, ſed veriſſimum tamen eſt, ipſe metus animoſitatis cauſa mihi fuit, quum vererer, ne ſin unquam auditus publicè hinc diſcederem, nunquam etiam in hoc Athenæo fuiſſe dicerer, nam & Socrates eum, qui taceret; videre ſe diſsimulabat; & conſentiunt ferè Sapientes omnes, *non* (a) *oculorum ſed mentis acie & animi obtutu homines conſiderandos eſſe.* Ut hîc Apollonii (b) Tyanei reſponſum neminẽ

(a) *Apul. 1. Fl.*
(b) *Phil. lib. I. de vita Apoll. cap. 11.*

excuſare queat, qui rogatus, cur nullum ingenii ſui ſpecimen literis mandaret, repoſuit: *Atqui ego nondum tacere didici.* Dignum verò hoc loco, hoc Ampliſſimorum Virorum conſeſſu, denique eruditiſſimorum juvenum frequentia circumſpicienti dicendi argumentum, coṁodùm ſe obtulit æreũ numiſma apud Octavium de Strada, in cujus altera parte



conſpiciebã Trajani caput, cum inſcriptione IMP. CÆS. NERVA. TRA-

JAN-

JAN. AUG. GERM. DAC. PARTH. PONT. MAX. TR. POT. COS. VI. (c) P. P. in altera



Forum Trajani cum inſcr. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Illud enim decantatiſſimum forum eſſe, *illam ſingularem ſub omni cœlo ſtructuram, etiam numinum aſſenſione mirabilem*, ut deprædicat Ammianus, (d) perſuadebant non pauca auctorum loca, cum numo diligenter collata. Etenim quum in faſtigiis

(c) *ita leg. non VII. tantum enim ſexies Coſ. Trajanus.*
(d) *lib. XVI. pag. 71. edit. Valeſ.*

fori Trajani *ſimulacra circumundiq́, inaurata equorum ac ſignorum militarium* ponat Agellius, (e) & inter cetera duas inſignes ſtatuas, unam Auguſti Cæſaris ex electro, alteram Nicomedis Bithyniæ Regis ex ebore Pauſanias in Eliacis; (f) agnoſcebam hæc ipſa ferè in numiſmate; ſicut etiam locatum in atrii medio equũ, vectorem Principis, (quem quum poſterioribus temporibus vidiſſet Conſtantius, imitariq́; ſe velle dictitaret & poſſe, reſpondit aſtu gentili Hormiſdas Perſa Saporis Regis frater, *Antè, Imperator, ſtabulum capax & idoneum extrui jubeto, ſi vales,* ut eſt apud eundem Amian. (g) ſed & præter hæc illam ſtupendæ altitudinis columnam cochlidem, dicatam à S. P. Q. R. ſub qua & oſſa ejus in urna aurea collocata ſunt, ut eſt apud Eutropium, Dionem, (h) & Victorem; deniq́; venationes, quas in foris etiam datas ex ejuſdem Dionis (i) hiſtoria didicimus.

Cete-

(c) *lib. XIII. cap. 13.* (f) *l. priore p. 310.* (g) *d. l.*
(h) *Dio lib. LX p. 778. edit. Leuncl Inſc. 4. pag. 247. Op. Grut. lib. VIII.* (i) *lib. LXIX. pag. 788. lib. LVI. pag. 588.*

Ceterùm, nihil in toto numo tam in ſe convertit animum, quàm elogium OPTIMI : non quòd illud tum primùm cognoſcerem(*nam cui non dictus Hylas!*) ſed, quòd aurem mihi vellicaret de urgendo veteri propoſito diligentiùs inquirendi, num tantum elogium, quo, Valerio Max. (k) judice, *nihil ſpecioſius reperiemus, quamvis totos explicemus faſtos, & conſtituamus currus triumphales omnes*, quod, verbis Livii. (l) *magis expetendum, quam ulla Imperia bonoresve ſuffragio ſeu patrum ſeu plebis delati*, quod *melius majusque triumphis*, ſicut laudatorum hiſtoricorum floſculis inſidens apis Muſarum Silius Italicus (m) canit; num, inquam, elogium illud OPTIMI reverà meruiſſet, an ſicut aliorum Principum ambitioſæ majeſtati, ſic huic ipſi falſum titulum adſtruxiſſet atq; ita ſimplicitati poſterorum fucum feciſſet degeneris Senatus adulatio.

Id quod non immeritò me in dubium vocaſſe tandem deprehendi; & nunc

(k) *lib. VIII. cap. 15. ex. 3.* (l) *lib. XXIX. cap. 14* (m) *lib. XVII. v. 7.*

quidem earundem cogitationum mearum judices conſtituo Vos, quorum uti doctrina ſolida, ita judicium incorruptum eſt. Nam ſi apud alios verba facerem, qui affectuum mancipia pecorum ritu ſequuntur antecedentium gregem, pergentes non quà eundum eſt, ſed quà immenſa ſcriptorum multitudo ivit, nihil ſanè reſtaret aliud, quàm ut caput plangerem. Quid enim moleſtiarum, convitiorum, ſibilorum, ab hominibus malè diſcentibus & communis famæ ludibrio velut faſcinatis experiantur ii, qui ſtudium veritatis ante ſcriptorum gregem & affectus publicos habent, & improbis ſtolidisq; commentis, quibus non uni ſeculo illuſum eſt, larvam detractum eunt, infinitis exemplis conſtat. Nec miramur; quum ſuperiorum temporum conditionem ad animum revocans Romanus Sapiens, nil aliud ſperare juſſerit poſtfuturos, quàm in cauſa veritatis fremitum & clamorem diſſonum ad multitudinem ſubindè vocantium. *Non tàm*

benè

Digitized by Google

bene cum rebus humanis agitur, inquit, (n) *ut meliora pluribus placeant. In omnibus illud diſceſſionum more reſpondere ſolet* : HÆC PARS MAJOR ESSE VIDETUR.

Verùm, ut dixi, apud Vos loquor, quorum benevolentiam pluribus verbis ambirem, niſi hujus ipſius vadem & ſponſorem haberem præſentiam veſtrā, ac prætereà ſcirem, de ſucceſſu in cauſa Veritatis deſperare; qui nimis anxiam petitionem attentionis, in ſupplementum orationis ſuæ vocant.

Obvertuntur quidem nobis horrendæ Gorgones: AUCTORITAS SENATUS ET ENCOMIA MAXIMORUM SCRIPTORUM; nec diffitemur, quantum Senatus de Trajano fuerit judicium. Hinc enim recepta in Rep. ad Cæſares acclamatio; (o) *ſis Antonino ſanctior*, TRAJANO MELIOR, *felicior Auguſto.* Inter ſcriptores illorum

(n) *lib. de Vita Beata cap. 2.*

(o) *Eutrop. lib. VIII. Sarisb. 5. Policr. 8. Gunth. lib. III, Lig. v. 445, Inſc. 3. p. 454.*

rum temporum, vel unus Plinii Panegyricus, quàm ſupra humanam conditionem collocat! Plinii, quem propter multos inſignes magiſtratus & auctoritatem in Rep. ſummam ne joco quidem credent mentiri voluiſſe; ſed vel ideò *πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων* contra nos pronunciabunt: quum veriſſimè judicarit Plato, (p) eos qui teſtes claros in judicio producunt, adverſarium conviciſſe ſibi videri. Jam Tacitus, (q) Nervæ quidem Principatum, *beatiſſimi ſeculi ortum*: Trajani verò, (r) *beatiſſimi ſeculi lucem* vocat: Florus (s) *ſenectutem Imperii ſub Trajano Principe quaſi reddita juventute reviruiſſe* ſcribit.

Volunt Viri docti, Plutarchum in l. de Rep. ger. paſſim velificatum laudibus Trajani, quod ceu minus clarum, in medio relinquimus. Sed longè recentiores iſtis Eutropius, Victor, Suidas, Oroſius, alii, qui in Trajani laudes omnes effuſiſſimè feruntur. Quin eò usq; invaluit

luit

(p) *in Gorgia.* (q) *in vita Agr. cap. 3. §. 1.*
(r) *Ibid. cap. 44. §. 6.* (s) *in prol. §. 1.*

fuit de hoc Principe virtutis opinio, ut quum Theodoricum Gothorum Regem maximè laudare vellent Romani, TRAJANUM dicerent, ut eſt apud auctorem anonymum de Conſtantio, Conſtantino & aliis Impp. quem primus nuper è Bibliotheca Sirmondi cum orbe literato communicavit Valeſius. (t) Sed & de Valentiniano Ammiani (u) judicium eſt, *ſi virtutibus vitia temperaſſet, vixiſſe ut Trajanum & Marcum*; & Trebellius Pollio commendaturus Claudium, (x) *in eo Trajani virtutem, Antonini pietatem, Auguſti moderationem, & magnorum Principum bona ſic fuiſſe* ſcribit, *ut non ab aliis exemplum, ſed etiamſi illi non fuiſſent, hic ceteris reliquiſſet exemplum.* Nec diſpar Athalarici Regis judicium apud Caſſiodor. (y) *Ecce Trajani veſtri clarum ſeculis reparamus exemplum &c.* His ipſis adſidet argutia illa, ſed Sidoniana, (z) h. e. frigidiuſcula: *C. Plinius Ulpio*

(t) *ad Ammian. p. 481.* (u) *lib. XXX. p. 432.*
(x) *in ejus vita p. 202.* (y) *lib. VIII. Var. Ep. 8.*
(z) *Sidon. lib. VIII. ep. 10.*

incomparabili principi comparabilem panegyricum ſcripſit. Quem locum uti Lipſio (a) non intellectum, ſic ſcalpello criticô tentatum, nobis explicavit Caſaubonus in epiſtolis, (b) *Trajanum nulli principum eſſe comparabilem; ſed illi ipſi comparari poſſe Plinii librum*; ſive, *ut inter omnes ſui ordinis excelluerit Trajanus, ita inter omnes Panegyricũ Plinianum.* Ac ſi fortè privatis concedere nolumus, non deerunt, qui Principum ipſorum majeſtate inviolabili conatum noſtrum omnẽ diſjicere ac deſtruere ſuſtinebunt; quum ex illis Marcus Imp. (c) ὃς καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας εἶχε καὶ ἄριστα δὴ ἁπάντων τῶν ἐν κράτει τινὶ γενομένων ἦρξε, (h. e. vir omnium qui principatum unquam tenuerunt optimus) Trajani quàm honorificam mentionem faciat, (d) in ep. ad Corn. Balbum: nec diu poſt Peſcennius Niger, quum de Principibus animi ſui ſenſa promeret, *Auguſtum, (e) Veſpaſianum,*

(a) *ad Paneg. Plinii in eleg.* (b) *ep. 138. ad Hœſchel.*
(c) *Dio in Exc. Peir. pag. 721.*
(d) *Spart. in Peſc. Nigro pag. 75.*
(e) *Spart. ibid. pag. 78. ex emend. Salmaſii pag. 254.*

num, Titum, Trajanum, Pium, Marcum ſolos æſtimarit, reliquos fœneos vel venenatos vocans.

Fuerunt etiam è noſtris, qui Trajani animam precibus S. Gregorii ab inferis liberatam magna contentione adſererent: ſed ejus tamen commenti (nec enim aliud ei merci pretium ponendum eſt) primus architectus fuit Joannes Damaſcenus. *(f)* Et hi ſunt illi obices, ad quos movendos contis opus videtur & clavis trabalibus. Ceterùm, SENATUS JUDICIUM non pluris faciendum exiſtimamus, quàm hiſtoricorum, qui & ipſi tum è Senatu; atque adeò quod de hisce ſtatuimus, idem ſimul dictum volumus de alteris. Romana hiſtoria, ſive, ut vocat Barthius, *(g) hiſtrionia laudum Romanarum ad numeros eloquentiæ pro ſeculo ſuo compoſita*, omnibus ſeculis fuit longè corruptiſſima.

Livius, *(h)* ubi tollenda Romani nominis gloria, benignum officioſæ linguæ

(f) *Baron. in A. C. 604. n. 36.* (g) *60. Adverſ. 6.*
(h) *V. Alb. Gentil. 1. de Arm. Rom. 1.*

guæ exemplum ubiq; præbet; at ubi occurrit patriæ clades, hoſtium virtus, aut ſi quod aliud ad extollendam Romam minus faciens, ſepulta eſt omnis ejus rei memoria. *Adeò (i) bonus ille vir non tantum eloquentiam, ſed in tempore etiam ſilentium videtur accommodaſſe.* Salluſtius (k) non bono animo videtur ſubticuiſſe, quæ Ciceroni à Senatu, ob deprehenſam oppreſſamq; Catilinæ conjurationem ſumma cum laude & benevolentia decreta fuerunt, quod ab Anton. Viperano, Franc. Robortello & Frid. Tilemanno animadverſum eſt. Et quàm blanda epiſtola Lucejum rerum Romanarum ſcriptorem demulcet Cicero, (l) *ut ſui cõſulatus acta literis mandet, ornetq; vehementius etiam quàm ſentiat, & in eo leges hiſtoriæ negligat. Quæ urtica hunc Virum ſi momordit,* inquit Añalium Boicorum conditor, (m) *multò magis communem illorum temporum morbum arguit,*

(i) *Brunn. lib. I. Ann. Boic. pag. 53.*
(k) *Erich. Ber. in diſc. de hiſt. pag. 34.*
(l) *lib. V. epiſt. famil. 12.* (m) *lib. I. pag. 81.*

guit, & neſcio quomodo infirmam ſubinde hiſtoriam facit. Apud Polybium *(n)* tales hiſtorici occurrunt Zeno & Antiſthenes Rhodii, Philinus *(o)* atq; Fabius, quos veritatem, qua fide opportuit, nequaquam retuliſſe ſcribit.

Quin & ipſe Polybius, *(p)* verecundatus eſt accedere Romanis ſcriptoribus, de Hannibale judicantibus: & tamen illius hiſtoriæ, quæ de libera Rep. ſcripta eſt, laudem & integritatem inferioris ævi ſcriptores nullo modo aſſequi tum ipſi Romani fatentur, & ratio teſtatiſſimum facit. Quod ſi enim Princeps vim dominationis exerceret; ſtatim infeſtis ſcriptorum calamis configebatur: ubi remiſiſſet, & indulſiſſet multa Senatui; eadem facilitate ac caliditate ſtyli, qua memoriam inviſi damnaverant, alterius in ſe propenſioni ac ſtudiis veritatem condonabant & ſtatim lapis è ſepulchro coli cœpit pro Deo.

Non

(n) in Exc. Peireſ. pag. 70. 71.
(o) lib. I. cap. 14.
(p) in Exc. Peireſ. pag. 10.

Non diſſimulavit Tacitus, (q) *Tiberii Caiiq; & Claudii ac Neronis res, florentibus ipſis ob metum falſas; poſtquàm occiderant, recentibus odiis compoſitas eſſe*: & quanquàm ibidem adjicit, *ſe ſine ira & ſtudio Tiberii principatum traditurum*, vix tamen eſt, ut ubiq; præſtiterit, aut æquo illum calamo tractarit, quod oſtendere nobis in proclivi eſſet, ſi hoc ageretur. In Neronem principem eandem ſcriptorum iniquitatem Joſephus deprehendit, contra quem & impudentia & aperta extitiſſe mendacia conteſtatur in Antiquitatibus; (r) & hoc ipſum argutè tetigit Martialis: (s)

Dic Muſa, quid agat Canius meus Rufus?
Utrumne chartis tradit ille victuris
Legenda temporum acta Claudianorum?
An quæ Neroni falſus adſtruit ſcriptor?

Hoc cùm ad animum revocarent multi principes, fecerunt idem ferè, quod ſuperiori ſeculo Chriſtiani Reges, qui quē nos-

(q) *Annal. lib. I. cap. 1. §. 5.*
(r) *lib. XX. cap. 5. adde Tacit. lib. XVI. Annal. cap. 6. §. 2.* (s) *lib. III. epigr. 17.*

noſſent virulentiſſimæ linguæ hominem eſſe Petrum Aretinum, (*t*) multa indulgentia, obſequiis & muneribus ejus ſilentium redemerunt. Eodem modo callidiores Romanorum Principum, ut famæ ſuæ apud poſteros conſulerent, id unum agebant, ne offenderent Senatum. Certè Tito (*u*) feliciter ceſſit, nullum Senatorem occidiſſe; quem æmulaturus Trajanus, (*x*) juravit palàm *ſe neminem occiſurum*, idq; poſteà conſtanter ſervavit, tametſi quorundam inſidiis appetitus: imò vitæ ſuæ jus contra legem Imperii ſive legem regiam permiſit illis ipſis; quum quidem L. Licinio C. F. Suræ (*y*) præf. præt. homini toti Senatui addictiſſimo gladium traderet cum his verbis: (*z*) *Accipe gladium, quem pro me, ſi bene atq; ratione imperavero, diſtringes: ſin minus, eo ad interitum meum utere.*

Functo Trajano promiſerat & Hadria-

(*t*) *Boiſſ. in Icon. Viror. Illuſt. pag. 267. 268.*
(*u*) *Dio in Exc. Peireſc. p. 707.* (*x*) *Ibid. p. 711. Eutrop. lib. VIII.* (*y*) *ita vocat inſc. 1. pag. 199.*
(*z*) *Dio lib. LXVIII. pag. 778.*

drianus in epiſt. quadam ad Senatum, (a) *ſe neminem ex illo ordine interfecturum*, diras execrationes capiti ſuo imprecatus; ſi migraret: ſed quum illum neceſſitas impuliſſet in quorundam illuſtrium cædes, æterna hodiè infamia laborat, cetera magnus, laudabilis, totiq; orbi Romano præ Trajano ſalutaris Princeps, ut mox patebit. Idem promiſerat Septimius Severus, (b) eaq; de re SCtum fieri juſſerat; ſed & ipſe violavit. Servavit autem Alexander Mammeæ F. & nulli Senatorum necem intulit, teſte Lampridio, (c) ideò dicitur ἀναιμωτὶ [ſine ſanguine] imperaſſe tum Joanni Antiocheno, (d) tum, quem ille paſſim exſcripſit, Herodiano: (e) quum aliàs eſſet durus & tetricus Princeps, nec non SEVERUS (f) appellatus à militibus ob auſteritatem & ſævitiam. Et hic eſt Alexander ille, cujus hiſtoria vel ſola cautiorem lectorem

(a) *Dio in Exc. Peireſc p. 712.* (b) *Valer. ad d. Exc. p. 105.* (c) *in ejus vita p. 132.* (d) *in Exc. Peireſc. p. 830.* (e) *lib. VI. cap. 9. pag. 285.*
(f) *Lampr. in ejus vita pag. 122. Baron. in martyr. d. 1. Ianuar. pag. 7.*

Digitized by Google

rem facere poteſt, & id, quod volumus, manifeſtum dare, tantos fuiſſe Romanos Principes, quantos videri voluerunt Senatorum ingenia, penes quos tum temporis hiſtoriæ ſcribendæ officium fuit. Is enim in Faſtis antiquariorum noſtrorum Onufrii & Goltzii (labuntur paſſim eruditi, qui Onufriana ſupplementa pro veteribus Faſtis accipiunt) triumphans deſcribitur

Imp. Caſ. M. Aurelius D. Antonini F. Divi Severi N. Severus
Alexander Pius, Felix. Auguſtus. Pont. Max. Tr. Pot. XIII.
Cos. III. P. P. ProCos. Imp. De Perſeis & Rege Artaxerxe.

Nam extat ipſius Alexandri epiſtola ad Senatum, (g) ubi de hac victoria magnificè gloriatur: *Centum & viginti millia equitum fudimus: cataphractariorum decem millia interemimus. Multos Perſarum cepimus & vendidimus: Artaxerxem potentiſſimum Regem tam re quàm nomine fuſum*

(g) *ap. Lampr. in ejus vita pag. 133.*

fuſum fugavimus, ita ut eum terra Perſarum fugientem viderit: & quà ducta fuerant quondam ſigna noſtrorum, eà Rex ipſe ſignis effugerit relictis. Hæc ſunt P. C. geſta. Milites divites redeunt, laborem in victoria nemo ſentit. Sequuta eſt acclamatio Senatus, tam vera, quàm epiſtola principis fuerat: *Perſice maxime, dii te ſervent, verè Parthicus, verè Perſicus &c.* At Orientalium libri, quorum narrationes magno bono publico vulgavit in Tarich (h) Guil. Schickardus, longè aliud loquuntur; Alexandrum Severum tot ſtragibus affectum eſſe, ut Perſis cederet terra Elam, Hamat & Sinear cum parte Jon, item terra Iſraël usq; ad Arabiam. Quæ narratio eò firmiori baſi ſuſtinetur, quod nec Herodianus (i) hanc cladem diſſimulare potuerit, imò tantam dicat fuiſſe, *quanta non facilè memorata ſit ab ullo alio ſcriptorum veterum.*

Eſt igitur hæc potiſſima cauſa, cur non tàm religioſè ſequar ſcriptores illos συγκλήτους Senatores de Trajano, qui nimi-

(h) *pag. 109.* (i) *lib. VI. cap. 5. pag. 271.*

mirum minus, gratos ſe putarunt, ſi pro indulgentia, quam toti Senatui præſtiterat, calamum ſuum illius famæ non addicerent, fidem hiſtoricam poſt privata beneficia haberent, atq; adeò quibus poſſent mòdis ſecus facta obtegerent. Unde nimis mihi Plinium & Tacitum crepanti reſpondeo: SENATORES SUNT. Quanquam & in Plinio animadvertendum eſt illud, ORATOREM ESSE, hoc eſt, ejusdem ferè cum Poëta fidei; quod quum aſtutiores Principum non fefelliſſet, noluerunt ſibi ſcribi Panegyricos, tanquam parùm firma apud poſteritatem teſtimonia. Nam ita Peſcennium Nigrum cuidam reſpondiſſe ferunt, Panegyricum recitaturo: *ſcribe laudes Marii, vel Annibalis, vel alterius ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, ut eum nos imitemur.* Idemq; judicium fuit Alexandri Severi, ſi Lampridio credimus, qui *oratores & poëtas panegyricos dicentes admittere, ſtultum eſſe dicebat.* Sed eſto, Plinium ſtuduiſſe veritati;

tati, tamen & illud novimus, Panegyricũ ſuum ſcripſiſſe A.V. 852. (k) hoc eſt, ſub initium Imperii Trajani. At nullius ille judicii, qui ex initiis judicat de toto imperio. Noluerunt Senatores initiis Tiberii, flagelli ſui, [quibus liberalitatem in familias nobiles, (l) & civitates terræ-motu collapſas, (m) civilitatem intra privatum modum, (n) ſapientiam ſingularem in repudiandis nimiis honoribus, (o) magnanimitatem in ſpernendis adulationibus, (p) ſummam in calumniatores & maledicos patientiam, (q) humanitatem ergà Senatum, (r) juſtitiam contra præfectorum avaritiam, (s) ſtudium utilitatis publicæ, (t) & frugalitatis, (u) & tuendæ pacis, (x) abſtinentiam ab alienis hereditatibus, etiàm quum heres inſtitutus eſſet, (y) aliasq; magnas virtutes exercu-

(k) *Lipſ. in argum. Plin. Paneg.* (l) *Tac. 1. Annal. 75. 2, 2. Annal. 37. 1. & 48, 1. 3. Annal. 8, 2, & 18, 2,*
(m) *Tac. 2. Annal. 47, 3.* (n) *Suet. in Tiber. c. 26.*
(o) *Suet. ibid. nec planè diſſimulante Tac. 1. Annal. 72, 2, & 4. 37, 2.* (p) *Suet. c. 27.* (q) *Suet. c. 28, Tac. 2. Ann. 50. §. 2.* (r) *Suet. c. 29. & 30.*
(s) *Id. c. 30. & 32.* (t) *Id. c. 33.* (u) *Id. c. 34.*
(x) *Id. c. 37. Tac. lib. II. Ann. cap. 65. §. 1.*
(y) *Tac. lib. II. Ann. cap. 48. §. 1. & 2.*

ercuit] obliterare flagitia Caprearum. Noluerunt iidem alteri Neronis quinquennio, quo bonum & laudabilem Principem egit, condonare illud alterum, quo in multa ſcelera ac dedecora prorupit. Nec quiſquam æſtimavit principia Philippi, Perſei, Ptolomæi Philopatoris, Caligulæ, Valentiniani I. & aliorum. Quippe ſic fieri amat, (z) *ut potentia adhuc incipiente, bonis conſiliis noteſcere velint principes*, ſed tamen Imperii diuturnitate, copia, licentia & adulatione, perpetuis magnorum imperiorum comitibus, à recto curſu abripiantur. Atq; ita proniores in diverſam ſententiam, contra nos parùm robuſtè argumentari poterunt è Plinii Panegyrico.

Neq; verò Flori tanta auctoritas, tanta fides, ut ad illius judicium expaveſcere debeamus. Homo (a) elogiorum valdè liberalis, & qui pæanem victoriarum Romanarum deſaltavit, in cladibus etiam anquirens præconia, vibrans ſen-

(z) *Tac. lib. IV. Annal. cap. 7. §. 1.*
(a) *Barth. lib. LX. Adverſ. pag. 1878.*

tentiolas, erigens infortunia, & malos mores abolere ſatagens ex memoria, ſi heic quoque antiquum ſuum obtinuit, quid inde concludendum erit? Conſtat præterà inter eruditos, ex illo genere hominum fuiſſe, quos Divus Julius Cæſar Scaliger (*b*) facetè dixit *aulæa parietum pretioſorum*, quod veritatem tegant, h. e. ſomniaſſe in bicipiti Parnaſſo: & præter illos Anacreonticos ad Hadrianum, quos in Spartiano reperire eſt, amœniſſimum quoddam illius carmen de roſis è vetuſtiſſimo codice publicavit Salmaſius. (*c*) Hinc in hiſtoriarum compendio tumores illi poëtici, qui fidem narrationis plerunq; ſuſpectam faciunt. Breviter; quod in alia cauſa reſpondet Seneca, (*d*) id nos in præſenti: *Non magna molitione detrahenda eſt auctoritas*; POETA EST! Deniq; & illud animadvertendum, quum *difficilis ſit vivorum cenſura*, ut loquitur Vellejus Paterculus, (*e*) & *ſuſpecta ſemper haber-*

(*b*) *In conſ. fab. Burd. pag. 419.*
(*c*) *ad Spartian. pag. 44.*
(*d*) *7. N. Quæſtion. 16.* (*e*) *lib. II. cap. 36. §. 3.*

habeantur rerum geſtarum monumenta, quæ de ſpirantibus adhuc principibus literis conſignantur, *(f)* hucusq; memoratos ſcripſiſſe, quum adhuc Trajanus in vivis eſſet.

Sequentium temporum Scriptores utinam nobis ſupereſſent Marius Maximus, Fabius Marcellinus, Aurelius Verus, Statius Valens, quos Trajani vitam ſcripſiſſe Lampridius auctor eſt, *(g)* & alii (nam ſupra decem ſeſe collegiſſe ait Lipſius,) *(h)* certiora utiq; & veriora haberemus: nam poſtremos quod attinet, ſequuti ſunt illi Panegyriſten & commune Senatus judicium. Projnde non ſemper verum illud Taciti; *(i) ſuum cuiq; decus poſteritas rependit*; quum ſæpiùs errores ad poſteros transmiſſos non tàm pertinaciter retentos eſſe quàm auctos, oſtendere facilimum ſit. Judicia verò Principum quod attinet, alterum Marci domeſticum fuit (nam ipſe per

(f) Forſtn. ad Tac. pag. 29. *(g) in vita Alex. Sev. pag. 121.* *(h) ad Paneg. Plin. cap. 13.*
(i) lib. IV. Annal, cap. 35. §. 1.

adoptionem Trajani pronepos) alterum Peſcennii Nigri militare, qui prudentiæ civilis & togatarum artium judex parùm idoneus, &, ut pleriq; militum; (*k*) ſubtilitate deſtitutus, Marium, Annibalem, & alios id genus, præ Scipionibus venerabatur. Igitur nec iſtis nominibus deterritus, ſed animatus potiùs, auctoritatum, quæ omnibus orationis noſtræ partibus obverti potuerunt, velo remoto, penitius & ſine affectu ex aliorum ſcriptorum reliquiis & alicubi per denſam falſitatis nubem penetrantibus veritatis radiis, deniq; ex totius Imperii ſtatu (quale namq; Imperium, talis Imperator eſt) Trajanum principem conſiderabimus.

Vitam ejus, & quæcunq; vel Plinius, vel alii tradidére, paucis lineolis includit Sex. Aurelius Victor: *Cùm duo ſint*, inquit, *quæ ab egregiis Principibus expectentur:* SANCTITAS DOMI, IN ARMIS FORTITUDO, UTROBIQUE PRUDENTIA; *tantus erat in* *Tra-*

(*k*) *Tac, in Agric, cap. 4. §. 1.*

Trajano maximarum rerum modus, ut quaſi temperamento quodam virtutes miſcuiſſe videtur. Hoc ipſum filum ſequi placet. Et quoniam per DOMUM tum palatium principis totamq; ejus aulam, tum ipſam urbem Romam intelligit; quæſo ingrediamur palatium, & curioſo adſpectu ſingula luſtremus. Quid aliis in mentem ſit, neſcio; mihi quidem obverſatur illud poëtæ veteris: *(l)*

Ædibus in totis gemmæ licet omnia claudant,
Turpe eſt, nil Domino turpius eſſe ſuo:

& illud Madaurenſis Philoſophi: *(m) In tanta affluentia rerum, nihil eſt præterquam ipſe Dominus pudendum.* Ecce enim non Spardanapalum aliquem ſedentem inter ſcortorum greges, *patranti fractum ocello, (n)* ſed inter pathicos ſuos, *probroſæ*, ut vocat Valerius, *(o) patientiæ corpora*, καὶ παραβαίνοντα τὰ κοινὰ νόμιμα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ut elegan-

(l) ap. Scal. in Catal. Vett. Poët. lib. I. pag. 191.
(m) de Deo Soc. *(n) Perſ. Sat. 1.*
(o) lib. IX. cap. 1. ex. 8.

ter loquitur de hoc vitio Dionyſius Halicarnasſeus.(*p*) Tzetzes Chil. 2. aliquot autores citat, qui Trajanum de hoc vitio taxant, & alludens ad etymologiam nominis, laſcivium eum facit & petulantem, ut hircum:

Οχευλικὸς γὰρ ἀνὴρ δίκην ἀυτῶν τῶν τράγων
Κἂν συνητῶς μετήρχετο καὶ τὰς τοιαύτας μίξεις.

Undè facetè Julianus in Cæſaribus (*q*) Silenum introducit, conſpecto Trajanum etiam in cœlo eſſe, hunc in modum loquentem: *Hoc tempore maximè cura & diligentia eſt adhibenda domino Jovi, ut intactum ab hoc novo cœli hoſpite præſtet Ganymedem ſuum.*

Quanquam autem vanæ gloriæ ſtudio cunctos ante ſe Cæſares Julianum ſugillaſſe velit Socrates (*r*) ſcriptor Eccleſiaſticus; tamen de veritate exprobrationis hujus dubitare nos non ſinunt etiam illi ipſi, qui ex cloaca fecerunt arcem, ex Trajano principem incomparabilem. Nam

(*p*) *in Exc. Peireſc. pag. 337.* (*q*) *pag. 12.*
(*r*) *lib. III. cap. 1.*

Nam & Lipſius, qui Trajanum in Admirandis, (s) SUO ET PROPRIO ELOGIO OPTIMUM MAXIMUMQUE dicere ſuſtinuerat, quum ad iſta verba Pliniani Panegyrici (t) commentandum eſſet. *Adventum tuum non maritus quisquam expavit; affectata aliis caſtitas, tibi ingenita & innata, interq; ea quæ imputare non poſſis*, dictum hoc voluit ſalva veritate; *excepe*, inquit, *quod* περὶ μειράκια ἐσπουδάκει, [*circa puerorum amores baſis*] quæ verba Dionis (u) ſunt; licet is ſcriptor excuſatione mirifica crimen immaniſſimum elevare ſtudeat, *nemini moleſtum fuiſſe*, h. e. nihil per vim, dum obſequitur voluptati, molitum. (Sicut ferè Spartianus recenſens voluptates Ælii Veri: *quæ etſi non decora, non tamen ad perniciem publicam promta ſunt.*) *Egregiam laudem*, exclamat Baronius, (x) *ſi volentes tantum habuit in deliciis; quaſi reperiri poſſit, qui non in omnibus aſſentiretur Imperatori? qui non absque culpa*

(s) *lib. IV. cap. 4.* (t) *cap. 20.* (u) *lib. LX. p. 772.*
(x) *in A. C. 100. n. 14.*

vel pœna præſtari putaret, quod tàm bonus peteret Imperator?

Miror ego, Dionem *exemplo divinitatis non excuſaſſe licentiam,* (y) quemadmodum illa apud Ovidium (z) fratrem ſuum ad inceſtum provocans, ſequi ſe ait - *magnorum exempla deorum.* Et id genus excuſationibus uſos ut plurimùm flagitioſos illos idololatras è Clemente & Theodoreto jampridem Viris doctiſſimis animadverſum (a) eſt. Potuiſſet fortè etiam Trajanus comparatione ſuperiorum Imperatorum, & inprimis Tiberii, monſtroſis libidinibus pleniſſimi, continentiæ ſibi laudem acquirere: Ita certè Leonem X. excuſat Jovius: (b) *Non caruit infamia, quod parum honeſtè nonnullos è cubicularis (erant enim tota Italia nobiliſſimi) adamare, & cum his teneriùs atq; liberè jocari videretur. Sed quis vel Optimus atq; Sanctiſſimus Princeps in hac maledicentiſſima aula lividorum aculeos vitavit? & quis ex adverſo*

(y) *Sen. de brev. vitæ c. 16.* (z) *lib. IX. metam v. 556.*
(a) *Grot. N. ad lib. II. de ver. Chriſt. Rel. pag. 394.*
(b) *in ejus vita lib. IV.*

verſo tam malignè improbus ac invidiæ tabe conſumtus, ut vera demum poſſet objectare, noctium ſecreta ſcrutatus eſt? At ſi aliqua ex parte eo nomine ſugillari inclyta virtus potuit, Leo certè cum ſuperiorum Principum (Sixti IV. Innocentii IIX. Alexandri VII.) *famâ comparatus. æſtimatione rectiſſima continentiæ laudem feret.*

Jam illud ipſum quod Julianus dixit, confirmat Spartianus, (c) qui ex illis delicatis pueris, quos Trajanus impensè diligebat, & quibus Gallum præfectum dederat, etiam Hadrianum conſobrini filium fuiſſe ſcribit. *En caſtum & ſanctum & Diis ſimillimum principem!* ut laudat Plinius. (d) Ita Jupiter Optimus Maximus Deorum, ut Trajanus principum, amavit Ganymedem abnepotem ſuum; ita Divus Julius Cæſar, tanquam non alios haberet orbis terrarum dominus, in Octaviano ſororis nepote flagitium ſuum exercuit, (e) & poſteà hæredem non

(c) *in Had, p. 1,* (d) *in Pan, c, 1,* (e) *Suet, in Aug, c. 68.*

tàm bonorum quàm exempli nobiliſſimi fecit, ut & ipſe *nova divorum cœnaret adulteria*, (f) & Apollinem agens diſcumberet inter ſex catamitos totidemq́; puellas. Inter homines fecerat idem Philippus Macedo Alexandri; M. pater, qui Arrybam Regem Epiri & uxori ſuæ Olympiadi arctiſſima cognatione junctum regno expulit, ſuffecitq́; Alexandrum privignum ejus, quem omni ſtudio ſolicitatum ad ſtupri conſuetudinem perpulerat. De Jove judicium Lactantii (g) tale eſt: *Illud verò ſumma* IMPIETATIS *ac* SCELERIS, *quòd regium puerum rapuit ad ſtuprum. Parum enim videbatur, ſi in expugnanda feminarum pudicitia maculoſus ac turpis eſſet, niſi etiam ſexui ſuo injuriam faceret. Hoc eſt verum adulterium, quod fit contra naturam. Hæc qui fecit, viderimus an* MAXIMUS, *certè* OPTIMUS *non eſt: quod nomen à corruptoribus, ab adulteris, ab inceſtis abeſt, niſi fortè nos erramus homines,*

(f) *Id, ib, cap, 70,* (g) *lib. I, cap. 10.*

Digitized by Google

mines, qui talia facientes SCELERATOS *vocamus, ac perditos omnibusq; pœnis dignißimos judicamus.* Philippum verò Junianus Juſtinus epitomator Trogi, (h) homo ſimplex, qui ſcapham ſcapham, ficum ficum appellat; ait SCELESTUM fuiſſe IN UTROQUE. *Nam nec in eo jus cognationis ſervaſſe, cui ademit regnum, & eum cui dedit, impudicum feciſſe ante quàm regem.*

Quod ſi antiquæ ſimplicitatis ſtudioſi ſumus, idem dicendum erit de Trajano, BIS SCELERATUM fuiſſe, ſemel IN REMP. cui ſucceſſorem reliquit impudicum à ſe factum, iterum IN SANGUINEM, conſobrini filiumque ipſo quum Naturæ ſanctiſſimas leges impiè contaminarit, quàm benè ſuprà dixerit Plinius, *caſtitatem Trajani inter ea eſſe, quæ imputare non poſſit*, h. e. non judicio uſurpatam, ſed naturæ inſtinctu, nemo non videt. Quin hac in parte Caligula, Nerone & Elagabalo, quorum ra-

(h) *lib. VIII. cap. 6. §. 8.*

Digitized by Google

tamen memoriam damnavit Roma, Trajanus SCELERATIOR, quod illi juvenes eſſent & per ætatem gravioribus vitiis καὶ νεωτερικαῖς ἐπιθυμίαις (i) obnoxii; Trajani ea fuit ætas, quæ, ut loquitur Tacitus, (k) *cupiditates adoleſcentiæ jam effugere poterat.* Plinius ait, (l) quum ad principatum veniſſet, *ſingulari munere deûm feſtinatis ſenectutis inſignibus*, ſive, interſperſa canitiei nive, *ad augendam majeſtatem ornatam fuiſſe cæſariem*; ſed & illi Senatores in Tacito Vopiſci (m) ſenem faciunt: *Et Trajanus ſenex ad Imperium venit*; licet, ut ingenuè fatear, pro re longius videantur provecti: nam ſecundum exactam aliorum ſupputationem, quum adoptaretur à Nerva, annum ætatis XLIV vix ſupergreſſus erat. Nihilominus hujus ipſius ætatis fuit ingens opprobrium, cujus indeflexam maturitatem, quod & vim juvenilium affectuum tranſcendiſſet, nec dum attigiſſet fa-

ſtidia

(i) *Paul, 2. ad Timoth. 2. v. 22.*
(k) *lib. 1. hiſt. cap. 15. §. 4.* (l) *cap. 4. Paneg.*
(m) *pag. 227.*

ſtidia & languorem ſenectutis, L. Villius Annalis (n) ejusque ſcitum ſequuta Resp. unicè aptam crediderunt gerendo conſulatui, cujus uti ſummus honos, ita graviſſimum officium fuit. Quæ quum ita ſint, in eam ferè cogitationem venio, non de alio amore explicandum eſſe Dionem, (o) quum Arbandum Abgari Ædeſſæ reguli filium, adoleſcentem eleganti forma ac venuſtate oris præditum, Trajano inprimis carum fuiſſe ſcribit, adeò ut Abgarus, quum tranſeunti per Ædeſſam opidum Trajano obviam veniſſet, facilè veniam impetrarit *quòd ei filius maximè gratioſus deprecator adeſſet.*

Vidimus, *Auditores*, caſtitatem tot laudibus ab Oratore commendatam. Ceterùm individui plerunq; comites ſunt Ebrietas & Libido. Altera alterius ſeminarium eſt. Apulejo (p) quidem, *Veneris hortator & armiger Liber*, Terentio, (q) *Venus ſine Libero frigida*, Varroni (r)

(n) *Liv. lib. XL. cap. 43.* (o) *in Exc. Peireſ. p. 710.*
(p) *lib. II.* (q) *in Eun. A. 4. ſc. 5.*
(r) *in Menipp.*

Veneris ſuſcitabulum vinum dicitur. Nihil igitur miremur optimum principem puerilem verecundiam obſediſſe, qui & onuſta celox & venter probè ſaburratus & Bacchi ſacrorum callentiſſimus hierophanta extitit. Hinc iterum ſalsè Julianus (s) dicturum coràm Jove, *non quidem dicendi facultate planè deſtitutum, ſed propter vinolentiam ſæpenumero hebetiorem* facit. Idipſum fateri coactus eſt Dio; (t) & aliud agens prodidit Lampridius, (u) Alexandrum Severum *retinuiſſe conſuetudinem Trajani potandi uſq; ad quinq; pocula poſt ſecundam menſam.* Ita conſtanter habent membranæ, quas inſpexit Caſaubonus, (x) ut locum non habeat, quod Lipſius (y) cogitabat de tribus poculis. Etiam Spartianus (z) auctor eſt, *Hadrianus, ut benevolentiam Trajani magis magiſq; ſibi conciliaret, indulſiſſe vino*; qua morum ſimilitudine Neroni placebant Otho, & Ofonius Tigelli-

(s) *in Caſ. p. 39.* (t) *lib. LXVIII. p. 772.*
(u) *in ejus vita p. 127.* (x) *pag. 168.*
(y) *ad Paneg. Plin. c. 49.* (z) *pag. 2.*

gellinus. *(a)* Veriſſimum enim illud Theocriti: *(b)*

Formica formicæ, cicadaq́ꝫ grata cicadæ,
Accipitri accipiter. - -

Sed quemadmodum nullum vitium fuit ſine patrocinio, judice Seneca: *(c)* ita nec Trajani vinoſitas. Qui enim ſuprà παιδομανίαν excuſavit Dio Coccejanus, hunc in modum loquitur: *(d) Vini duntaxat appetens citra calumniam habitus eſt. Nam qui illud uſq́ꝫ ad ſatietatem biberet, ſobrius tamen erat, neq; in crimen pra[illegible]vante vino propulſus eſt.* Cui ſubſcribens Victor: *Vinolentia augebatur, ſed quam prudentia molliverat.* Nimirum excœcatæ ſemel mentes honeſta atq; inhoneſta perinde habent: quo ingenio fuerunt è vetuſtate plurimi. Tales apud Lamprid. (*e*) qui Alexandri M. ebrietatem & crudelitatem in amicos defenderunt. Tales apud Polyb. *(f)* qui benevolen-

(*a*) *Tac. lib. I. hiſt. cap. 13. §. 4. Suet. in Oth. cap. 2. Tac. lib. XIV. Ann. cap. 57. §. 2.* (*b*) *Eid. 9.*
(*c*) *epiſt. 116.* (*d*) *d. p. 772.* (*e*) *in Alex. Severo.*
(*f*) *in Exc. Peireſ. pag. 19, 20.*

volentia in principes aut metu, impietatem ac crudelitatem illam, qua in Meſſenios ſævìit Philippus, non modò vitio non verterunt, verum etiam tanquã præclarũ facinus laude proſequuti ſunt. Talis Timæus, (*g*) qui quoties laudare aliquem aut vituperare ſtatuit, repentè ſui ipſius oblivìſci, atq; omnes officii ſui leges excedere non erubuit. Talis apud Diod. Sic. (*h*) Callias Syracuſanus, qui cùm ab Agathocle opibus auct⁹ fuiſſet magnoq; auctoramento interpretem veritatis hiſtoriam vendidiſſet, nullum laudat[illegible] muneratoris ſui in hiſtoria finem fecit. Tamen nec Lipſio (*i*) diſplicuit id genus interpretationis, *vinoſum aliquantulum fuiſſe Trajanum: ſed & viros alios magnos, cum excuſatione juſtiſſima ad diluendas curas.* Lipſium, qui ob ſummam in Remp. literariam merita non ſuſpicit & amat, eum nec Muſæ amant; ſed tamen illud quoque notavimus, eos quos ama-

(*g*) *Id. ibid. pag. 44. Diod. Sic. in ibid. pag. 259.*
(*h*) *Ibid. pag. 260.* (*i*) *in Pã. cap. 49.*

amare ſemel cœperat, amaſſe nimiùm. Hinc omnia dicta & judicia Taciti oracula: hinc omnia Dionis falſa & Græcæ levitatis ſuſpecta, vel à Xiphilino inſerta, quæ Senecæ famam minuere videbantur; (k) hinc Trajanus optimus maximusque & unicum decus veri principatus eſt. Rigorem quidem nolumus, & leviora videre nos diſſimulabimus, ſi magnis virtutibus ea compenſentur: ſed hîc concentus maximorum vitiorum deprehenditur, quæ unam vel alteram virtutem, adobruunt obliterantq́;, nec patiuntur illud ſplendidiſſimum cognomentum, quod omnes ſuperiorum virtutes continet, agnoſcere ut Trajani proprium.

Nihil hîc dicam de ingenti levitate & ſupina negligentia, quæ illam ipſam ebrietatem matrem habet, quum unius L. Licinii Suræ fidei omnia committeret. Nam fugitans laboris, epiſtolas omnes & orationes de majori re dictandas Suræ reli-

(k) *Ph. Carol. lib. I. Var. Lect. cap. 3.*

reliquit: *(l)* ſimilis hac in re Commodo, de quo Lampridius: (*m*) *Ipſe tardus & negligens, in epiſtolis plurimis* VALE *tantum ſcribebat. Agebanturq́; omnia per alios, qui etiam condemnationes in ſinum vertiſſe dicuntur.* Hoc quàm periculoſum ſit, nemo non intelligit, quum admodum ſit in proclivi *falſum committere ſub alieno nomine*: tùm quod Politicorum conſenſus tradat, *Principem non debere uni totum ſe committere*, & quod apud Tac. (*n*) callidiſſimus Imperatorum: *In magno Principatu aut civitate pluribus illuſtribus viris ſubnixa, non ad unum omnia deferenda; plures faciliùs munia Reip. ſociatis laboribus exſequuturos.* Næ tædet pigetq́; nos palatii; & jam in tota civitate ac Rep. oculos circumferre fas eſt, numquid in ea fortè Trajanus tantum ſe geſſerit, ut cognomentum ſuum contra omnes Romani imperii principes tueri queat.

Heic

(l) Iul. in Caſ. pag. 31. Caſaub. ad Spart. pag. 9.
(m) pag. 51.
(n) lib. I. Ann. cap. 11. §. 4. Pisc. d. 15. obſ. c. 9.

Heic quidem, ſi doctrinæ civilis interpretes ſequimur, primùm conſideranda ſunt capita Reip. ſive primores, quos more majorum dividebant in Senatores & Equites; deinde *minora membra*, h. e. eos qui paruerunt; ac denique opera vel ædificia. De SENATU jam ſuprà faſſi ſumus, quàm pronus in eum Trajanus fuerit. Remiſit crimina majeſtatis; ſumma comitate proſequebatur omnes; domos eorum ſalutandi cauſa frequentabat; convivia jocis atq; dicteriis condiebat: inter principem Senatumq; mutua caritate certabatur: eadem Cæſar, quæ Senatus, probabat improbabatq;; præſentes abſentesq; in conſilio habuit; & quod rariſſimum erat illis temporibus, tertiò Conſules fecit, quum ipſe nondum hunc numerum exceſſiſſet: provinciæ commiſſæ ordinis Senatorii hominibus: nobilitas & illi poſteri libertatis honoribus & ſacerdotiis aucti; deniq; juramentum quod præſtiterat religioſè ſervatū: *Nemo Senatorum ab illo occiſus eſt*, (o) uno ex-

(o) *Eutrop. lib. VIII.*

cepto,

cepto, quem Senatus damnavit inſcio principe. Poſſumus ob id PATRONUM SENATUS dicere; ſed conſentire in cognomen OPTIMI, quod moribus datur, quod, ipſius Plinii *(p)* verbis, tantũ eſt, *ut nemo videri poſſit Optimus niſi qui eſt omnibus optimis, in ſua cujusq; laude, præſtantior*; id verò non poſſumus. Eo tum ingenio Senatores erant, quod in Athenienſibus & Demoſthene reprehendit Polybius, (*q*) qui utilitate propria cuncta permenſi, idq; perſuaſum habentes, ſe tantùm ſpectari debere, totius Græciæ fideles appellabant, qui partes ſuas ſequerentur; ceteros proditores omnes. Ita Senatoribus Romanis optimus Princeps, qui Senatorius erat & nihil amplius licere ſibi volebat, quàm Senatoribus; ut viciſſim, qui Senatus licentiam coërcebat, peſſimus.

Non ignoramus magnificas illas voces, quibus Senatoriæ factionis hiſtorici cauſam Senatus cauſam communem faciunt.

(p) in Paneg. cap. 88. (q) in Exc. Peireſc. pag. 91.

ciunt. *Senatus nobiſcum eſt*, exclamat Otho apud Tac. (r) *ſic fit ut hinc Reſp.*, *inde hoſtes* Reip. *conſtiterint. Æternitas rerum & pax gentium, & mea cum veſtra ſalus, incolumitate Senatus firmatur.* Vocat ibidem *caput imperii & decora omnia provinciarum*, tanquam è provinciis honeſtiſſimi quiq; in Senatum Romanum legerentur; ſed nunquam in tantum extollere potuerunt, ut non ex eorundem narrationibus veritatis ſol per partes ac velut radios, emicaret. Etenim (s) *Natura veritati, quam mortalibus conſtituit, etiam vim maximam atribuit, ut quando ab omnibus oppugnatur, atq; adeò omnes nonnunquam veriſimiles conjectura à mendacio ſtant; ipſa per ſe neſcio quomodo in animos hominum ſeſe inſinuet, & repentè illam vim ſuam exerat: modò tenebris obtecta longo tempore, ad extremum vincat obtineatq; & de mendacio triumphet.*

Lege omnes, quos temporis & barbarorum injuria non abſtulerunt, & fatebere

(r) *lib. I. hiſt. cap. 24. §. 6. §. 8.*
(s) *Polyb. lib. XIII. cap. 3.*

litum: *O homines ad ſervitutem paratos!* (e) Et tamen adhuc ſemi-libera Reſp. tùm erat, quum Tiberius tempeſtatem imperii novi temperaret, ac multa per Senatum, nonnulla etiam per populum adminiſtrari & fieri pateretur, nec ad ſeſe ſolum omnium rerum jus revocaret. Quos ætate Plinii & Taciti Senatores fuiſſe credimus, quum altero liberè fatente, (f) *vidiſſent, quid ultimum eſſet in ſervitute?*

Nolo hic commemorare tot poſtremæ vilitatis SCta, quibus etiam ſcelera inaurabantur (unde facilè conſtaret, quantum pretium ſtatuendum ſit illi ejuſdem Senatus judicio, quo Trajanum in OPTIMI cognomentum adoptavit) en illi ipſi Senatores, quos tantùm non in cœlum laudibus ferunt, ſi rem arbitrari quàm auctoritates ſequi malumus, à laude probitatis ac virtutis longiſſimè abeunt. Helvidium Priſcum in quantum commendavére Tacitus & Plinius! At totum

(e) *Tac. lib. III. Ann. cap. 65. §. 3.*
(f) *Tac. in Agr. cap. 2. §. 3.*

totum hominem ſinceriùs nobis depinxit Dio: (g) *Satis conſtat Veſpaſianum offenſum fuiſſe Helvidio Priſco, non tàm ob injurias ac contumelias, quibus ille & Veſpaſianum & amicos ejus laceſſebat, quàm quod is factioſus ac popularis auræ nimium appetẽs eſſet, quodq; principatũ aſſiduè vituperans popularem ſtatum laudibus extolleret: cœtus etiam cogeret, aliaq; his conſentanea faceret, prorſus ac ſi proprium eſſet Philoſophiæ, principes conviciis inſectari, concitare plebem, & ſtudio rerum novarum quietem publicam turbare.* Hæc ille, cujus auctoritas tantò potior apud nos eſſe debet, quàm Plinii & Taciti, quod nullam mẽtiendi cauſam habebat, centum & triginta ferè annis poſterior, nec Helvidio quicquam obnoxius,

- - - *cùm præmia falſi*
Nulla, ratam teſtis debet habere fidẽ,

ait Ovidius. (h) Quid multis? Qualis Senatus & Senatorium judicium eſſet, qui potuit, in curia liberè profeſſus eſt L.Se-

(g) *in Exc. Peireſc. pag. 702.*
(h) *3. Triſt. el. 10. v. 35.*

Veneris ſuscitabulum vinum dicitur. Nihil igitur miremur optimum principem puerilem verecundiam obſediſſe, qui & onuſta celox & venter probè ſaburratus & Bacchi ſacrorum callentiſſimus hierophanta extitit. Hinc iterum ſalsè Julianus (s) dicturum coràm Jove, *non quidem dicendi facultate planè deſtitutum, ſed propter vinolentiam ſæpenumero hebetiorem* facit. Idipſum fateri coactus eſt Dio; (t) & aliud agens prodidit Lampridius, (u) Alexandrum Severum *retinuiſſe conſuetudinem Trajani potandi usq; ad quinq; pocula poſt ſecundam menſam.* Ita conſtanter habent membranæ, quas inſpexit Caſaubonus, (x) ut locum non habeat, quod Lipſius (y) cogitabat de tribus poculis. Etiam Spartianus (z) auctor eſt, *Hadrianus, ut benevolentiam Trajani magis magisq; ſibi conciliaret, indulſiſſe vino*; qua morum ſimilitudine Neroni placebant Otho, & Oſonius Tigelli-

(s) *in Caſ. p. 39.* (t) *lib. LXVIII. p. 772.*
(u) *in ejus vita p. 127.* (x) *pag. 168.*
(y) *ad Paneg. Plin. c. 49.* (z) *pag. 2.*

gellimus. *(a)* Veriſſimum enim illud Theocriti: *(b)*

Formica formica, cicadaq́; grata cicadæ,
Accipitri accipiter. - -

Sed quemadmodum nullum vitium fuit ſine patrocinio, judice Seneca: *(c)* ita nec Trajani vinoſitas. Qui enim ſuprà πιθομανίαν excuſavit Dio Coccejanus, hunc in modum loquitur: *(d) Vini duntaxat appetens citra calumniam habitus eſt. Nam qui illud neq; ad ſatietatem biberet, ſobrius tamen erat, neq; in crimen præ* [illegible] *vante vino propulſus eſt.* Cui ſubſcribens Victor: *Vinolentia angebatur, ſed quam prudentia molliverat.* Nimirum excœcatæ ſemel mentes honeſta atq; inhoneſta perinde habent: quo ingenio fuerunt è vetuſtate plurimi. Tales apud Lamprid. (*e*) qui Alexandri M. ebrietatem & crudelitatem in amicos defenderunt. Tales apud Polyb. *(f)* qui benevolen-

(*a*) *Tac. lib. I. hiſt. cap. 13. §. 4. Suet. in Oth. cap. 2. Tac. lib. XIV. Ann. cap. 57. §. 2.* (*b*) *Eid. 9.* (*c*) *epiſt. 116.* (*d*) *d. p. 772.* (*e*) *in Alex. Severo.* (*f*) *in Exc. Peireſ. pag. 19, 20.*

volentia in principes aut metu, impietatem ac crudelitatem illam, qua in Meſſenios ſævĳt Philippus, non modò vitio non verterunt, verum etiam tanquã præclarũ facinus laude proſequuti ſunt. Talis Timæus, (*g*) qui quoties laudare aliquem aut vituperare ſtatuit, repentè ſui ipſius oblivíſci, atq; omnes officii ſui leges excedere non erubuit. Talis apud Diod. Sic. (*h*) Callias Syracuſanus, qui cùm ab Agathocle opibus auct⁹ fuiſſet magnoq; auctoramento interpretem veritatis hiſtoriam vendidiſſet, nullum laudan[illegible] muneratoris ſui in hiſtoria finem fecit. Tamen nec Lipſio (*i*) displicuit id genus interpretationis, *vinoſum aliquantulum fuiſſe Trajanum: ſed & viros alios magnos, cum excuſatione juſtiſſima ad diluendas curas.* Lipſium, qui ob ſummam in Remp. literariam merita non ſuſpicit & amat, eum nec Muſæ amant; ſed tamen illud quoque notavimus, eos quos ama-

(*g*) *Id. ibid. pag. 44. Diod. Sic. in ibid. pag. 259.*
(*h*) *Ibid. pag. 260.* (*i*) *in Pã. cap. 49.*

amare ſemel cœperat, amaſſe nimium. Hinc omnia dicta & judicia Taciti oracula: hinc omnia Dionis falſa & Græcæ levitatis ſuſpecta, vel à Xiphilino inſerta, quæ Senecæ famam minuere videbantur; (k) hinc Trajanus optimus maximusque & unicum decus veri principatus eſt. Rigorem quidem nolumus, & leviora videre nos diſſimulabimus, ſi magnis virtutibus ea compenſentur: ſed hîc concentus maximorum vitiorum deprehenditur, quæ unam vel alteram virtutem, adobruunt obliterantq;, nec patiuntur illud ſplendidiſſimum cognomentum, quod omnes ſuperiorum virtutes continet, agnoſcere ut Trajani proprium.

Nihil hîc dicam de ingenti levitate & ſupina negligentia, quæ illam ipſam ebrietatem matrem habet, quum unius L. Licinii Suræ fidei omnia committeret. Nam fugitans laboris, epiſtolas omnes & orationes de majori re dictandas Suræ

reli-

(k) *Ph. Carol. lib. I. Var. Lect. cap. 3.*

reliquit: (*l*) ſimilis hac in re Commodo, de quo Lampridius: (*m*) *Ipſe tardus & negligens, in epiſtolis plurimis* VALE *tantum ſcribebat. Agebanturq́; omnia per alios, qui etiam condemnationes in ſinum vertiſſe dicuntur.* Hoc quàm periculoſum ſit, nemo non intelligit, quum admodum ſit in proclivi *falſum committere ſub alieno nomine*: tùm quod Politicorum conſenſus tradat, *Principem non debere uni totum ſe committere*, & quod apud Tac. (*n*) calliſidiſſimus Imperatorum: *In magno Principatu aut civitate pluribus illuſtribus viris ſubnixa, non ad unum omnia deferenda; plures faciliùs munia Reip. ſociatis laboribus exſequuturos.* Næ tædet pigetq́; nos palatii; & jam in tota civitate ac Rep. oculos circumferre fas eſt, numquid in ea fortè Trajanus tantum ſe geſſerit, ut cognomentum ſuum contra omnes Romani imperii principes tueri queat.

Heic

(*l*) *Iul. in Caſ. pag. 38. Caſaub. ad Spart. pag. 9.*
(*m*) *pag. 51.*
(*n*) *lib. I. Ann. cap. 11. §. 4. Pice. d. 15. obſ. c. 9.*

Heic quidem, ſi doctrinæ civilis interpretes ſequimur, primùm conſideranda ſunt capita Reip. ſive primores, quos more majorum dividebant in Senatores & Equites; deinde *minora membra*, h. e. eos qui paruerunt; ac denique opera vel ædificia. De SENATU jam ſuprà faſſi ſumus, quàm pronus in eum Trajanus fuerit. Remiſit crimina majeſtatis; ſumma comitate proſequebatur omnes; domos eorum ſalutandi cauſa frequentabat; convivia jocis atq; dicteriis condiebat: inter principem Senatumq; mutua caritate certabatur: eadem Cæſar, quæ Senatus, probabat improbabatq;; præſentes abſentesq; in conſilio habuit; & quod rariſſimum erat illis temporibus, tertiò Conſules fecit, quum ipſe nondum hunc numerum exceſſiſſet: provinciæ commiſſæ ordinis Senatorii hominibus: nobilitas & illi poſteri libertatis honoribus & ſacerdotiis aucti; deniq; juramentum quod præſtiterat religioſè ſervatũ: *Nemo Senatorum ab illo occiſus eſt*, *(o)* uno ex-

(o) *Eutrop. lib. VIII.*

cepto,

cepto, quem Senatus damnavit inſcio principe. Poſſumus ob id PATRONUM SENATUS dicere; ſed conſentire in cognomen OPTIMI, quod moribus datur, quod, ipſius Plinii (p) verbis tantũ eſt, *ut nemo videri poſſit Optimus niſi qui eſt omnibus optimis, in ſua cujusq; laude, præſtantior*; id verò non poſſumus. Eo tum ingenio Senatores erant, quod in Athenienſibus & Demoſthene reprehendit Polybius, (q) qui utilitate propria cuncta permenſi, idq; perſuaſum habentes, ſe tantùm ſpectari debere, totius Græciæ fideles appellabant, qui partes ſuas ſequerentur; ceteros proditores omnes. Ita Senatoribus Romanis optimus Princeps, qui Senatorius erat & nihil amplius licere ſibi volebat, quàm Senatoribus; ut viciſſim, qui Senatus licentiam coërcebat, peſſimus.

Non ignoramus magnificas illas voces, quibus Senatoriæ factionis hiſtorici cauſam Senatus cauſam communem faciunt.

(p) *in Paneg. cap. 88.* (q) *in Exc. Peireſc. pag. 91.*

ciunt. *Senatus nobiſcum eſt*, exclamat Otho apud Tac. (r) *ſic fit ut hinc Reſp.*, *inde hoſtes Reip. conſtiterint. Æternitas rerum & pax gentium, & mea cum veſtra ſalus, incolumitate Senatus firmatur.* Vocat ibidem *caput imperii & decora omnia provinciarum*, tanquam è provinciis honeſtiſſimi quiq; in Senatum Romanum legerentur; ſed nunquam in tantum extollere potuerunt, ut non ex eorundem narrationibus veritatis ſol per partes ac velut radios, emicaret. Etenim (s) *Natura veritati, quam mortalibus conſtituit, etiam vim maximam attribuit, ut quando ab omnibus oppugnatur, atq; adeò omnes nonnunquam veriſimiles conjecturæ à mendacio ſtant; ipſa per ſe neſcio quomodo in animos hominum ſeſe inſinuet, & repentè illam vim ſuam exerat: modò tenebris obtecta longo tempore, ad extremum vincat obtineatq; & de mendacio triumphet.*

Lege omnes, quos temporis & barbarorum injuria non abſtulerunt, & fatebere

(r) *lib. 1. hiſt. cap. 84. §. 6. §. 5.*
(s) *Polyb, lib, XIII, cap, 3.*

bere è ſexcentis illis viris (nam ad hunc numerum Auguſtus Senatum redegerat) vix unum vel alterum virtuti ſeriò litaſſe. Alii ſtudio magnificentiæ prolabebantur in luxum: (*t*) nulla terræ quies, & adhuc illorum gulæ Romanus orbis anguſtus erat, quum epulæ non ſapore, ſed ſumtu & periculis longi itineris æſtimarentur. Alii attritis opibus & lubrico ſtatu in obſcœnam partem ludi fugiebant, & locati ad mortem, infamiæ armabantur. (*u*) Notatum eſt, ſub Nerone flagitioſam in arena pugnam depugnaſſe quadragenos Senatores. (*x*) Alii Chaldæorum artibus, carminibus magicis & evocationi manium & ſomniorum interpretationi ingenium ſuum addixére. (*y*) Alii nefandis libidinibus pudicitiam ſuam ſubſtravére, vel in meritorios ac delicatos (pudet dicere!) ſine more modoque effuſi ſunt,

(t) *Tac. lib. III. Annal. cap. 55. §. 2.* (u) *Ioan. Antioch. in Exc. Peireſc. p. 88. Sen. ep. 87. & 99. Tac. lib XV. Ann. c. 32. §. 3. Suet. in Caſ. cap. 39.*

(x) *Suet. in Ner. c. 12. ex emend. Lipſii 2. Saturn. 3.*

(y) *Tac. lib. II. Annal. cap. 27. §. 2. & lib. VI. cap. 29. §. 6. Scip. Gentil. in Apol. Apul. p. 162.*

ſunt. (z) Alii veſtibula pantomimorum frequentabant, adhærebant egreſſibus, latus cingebant, (a) & in eosdem ſæpè tota patrimonia prodigebant. (b) Alii vias & maria latronum more obſidebant; & aliquando SCtum factum legimus, (c) *ne quis Senatorii ordinis latrocinii cauſa in ius vocaretur: unde atrociſſimi criminis impunitatem conſequuti ſunt, & in poſterum eorum maleficiorum licentia permiſſa eſt.* Alii novum vitæ genus commenti, (d) amicos & affines ſuos accuſationibus aggrediebantur; nec quicquam in Augusta hiſtoria frequentius, quàm Senatorum delationes & exitia. Univerſi denique adulatores, ſervi & mancipia, quorum illos ipſos pigebat, qui libertatem publicam nollent. Memoriæ proditur, Tiberium, quoties curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui ſolitum:

(z) *Val. Max. lib. III. cap. 5. ex. 4. Sen. lib. IV. de benef. cap. 30.* (a) *Tac. lib. I. Annal. cap. 77. § 4. ibq. Lipſius.* (b) *Vales. ad Ammian. p. 332.* (c) *Dio lib. XLIX. p. 477.* (d) *Tac. lib. II. Ann. cap. 27. §. 2. lib. IV. cap. 69. §. 2. lib. VI. cap. 7. §. 5. lib. I. hiſt. cap. 2. §. 6.*

Digitized by Google

litum: *O homines ad ſervitutem paratos!* (e) Et tamen adhuc ſemi-libera Resp. tùm erat, quum Tiberius tempeſtatem imperii novi temperaret, ac multa per Senatum, nonnulla etiam per populum adminiſtrari & fieri pateretur, nec ad ſeſe ſolum omnium rerum jus revocaret. Quos ætate Plinii & Taciti Senatores fuiſſe credimus, quum altero liberè fatente, (f) *vidiſſent, quid ultimum eſſet in ſervitute?*

Nolo hîc commemorare tot poſtremæ vilitatis SCta, quibus etiam ſcelera inaurabantur (unde facilè conſtaret, quantum pretium ſtatuendum ſit illi ejusdem Senatus judicio, quo Trajanum in OPTIMI cognomentum adoptavit) en illi ipſi Senatores, quos tantùm non in cœlum laudibus ferunt, ſi rem arbitrari quàm auctoritates ſequi malumus, à laude probitatis ac virtutis longiſſimè abeunt. Helvidium Priſcum in quantum commendavére Tacitus & Plinius! At totum

(e) *Tac. lib. III. Ann. cap. 65. §. 3.*
(f) *Tac. in Agr. cap. 2. §. 3.*

um hominem ſincerius nobis depin-
Dio : (g) *Satis conſtat Veſpaſianum enſum fuiſſe Helvidio Priſco, non tàm ob jurias ac contumelias, quibus ille & Ve- aſianum & amicos ejus laceſſebat, quàm uod is factioſus ac popularis auræ nimi- m appetēs eſſet, quodq; principatū aſſiduè ituperans popularem ſtatum laudibus xtolleret : cœtus etiam cogeret, aliaq; his onſentanea faceret, prorſus ac ſi proprium eſſet Philoſophia, principes conviciis inſe- ctari, concitare plebem, & ſtudio rerum novarum quietem publicam turbare.* Hæc ille, cujus auctoritas tantò potior apud nos eſſe debet, quàm Plinii & Taciti, quod nullam mētiendi cauſam habebat, centum & triginta ferè annis poſterior, nec Helvidio quicquam obnoxius,

- - - *cùm præmia falſi*
Nulla, ratam teſtis debet habere fidē,

ait Ovidius. (h) Quid multis? Qualis Se- natus & Senatorium judicium eſſet, qui potuit, in curia liberè profeſſus eſt L. Se-

 ptimi-

(g) in Exc. Peireſc. pag. 702.
(h) 1. Triſt. el. 10. v. 35.

ptimius Severus Imp. *Illum ipſum ſcilicet, qui Commodi memoriam damnavit, vixiſſe turpius ipſo Commodo.* (i) Et teſtimonium hic dixit magnus reverà Princeps, qui multa reformavit in melius, & ob id jure merito nuncupatus FUNDATOR IMPERII. (k) Quamobrem quum hujus farinæ tum fuerint

Romulidum proceres dilecti, PRIMA VIRORUM, (l)

næ benevolentiam, qua Trajanus Senatum proſequutus eſt, non tàm indecoram principi, quàm adverſam juſtitiæ pronunciare poſſumus. (m) Juravit enim *nullius Senatoris cædem ſeſe imperaturum*; quod quid aliud eſt, quàm ejurare juſtitiam, frenum laxare ſceleribus & obliviſci ſeſe principem eſſe, cujus præcipuum officium præmiis afficere bonos, coërcere malos? Juravit abq; exceptione non tantùm bonis, ſed omnibus, h. e. luxurioſis, fœdis, maculoſis, proſtitutis

(i) *Spart. in Sev. p. 68. Dio lib. LXXV. pag. 853.*
(k) *ita judicat Caſaub. ad Spart. p. 121.* (l) *è Lucret. lib. I. v. 86.* (m) *Grot. N. ad lib. II. de I. B. ac P. cap. 21. §. 2.*

Digitized by Google

domi ac foris, latronibus, magis, &
vitiis contaminatiſſimis, quorum in
a major numerus erat quàm bono-
; ſcilicet ut magis magisq; ſe diffun-
nt. *Creſcit enim multitudo peccan-*
, quum redimendi peccati ſpes datur
acilè itur ad culpas, ubi (in promtu)
noſcentium gratia. (n) Jam jam igi-
ſtrare volumus ipſorum Senatorum
onſularium judiciis, dum Trajanus
ratis impunitatem oſtendit, omni-
yrannorum immanitatem explevit,
b id mehercle dignus fuerat, qui lani-
ur in ſpoliario, qui ad ſcalas Gemo-
vel ad Tiberim unco traheretur, cu-
tatuæ dejicerentur, aboleretur me-
ria. Etenim OMNIBUS IGNO-
ERE, TAM CRUDELITAS
T, QUAM NULLI, ut cenſet ſa-
tiſſimus veſter. (o) cui ſubſcribens
iſtes Hipponenſis: *Sicut eſt aliquan-*
iſericordia puniens, ita & crudelitas
cens. Ita Trajanus pro cognomento

 OPTI-

n) *Arnob. lib. VII. contr. gent.*
o) *Sen. 1. de clem. 2.*

OPTIMI ex clementia, tyranni potius improbi nomen ex indulgentia ſibi peperit.

Sed ſatis de Senatu, ſatis de hoc ipſo, quod potiſſimum videbatur. Nihil jam in civitate geſtum, quod tàm illuſtri cognomento eum dignum faceret. Τῷ δὲ δήμῳ μετ' ἐπιεικείας συνεγίνετο, (cum populo humaniter verſabatur) inquit Dio. (p) Sed hæc ferè com̃unis ars fuit omnium Romanorum Principum, & ab iis didicerat Vonones Phrahatis filius, de quo Tacitus: (q) *Prompti aditus, obvia comitas, ignotæ Parthis virtutes.* De Tiberio Suetonius: (r) *quorundam illuſtrium exequias, usq; ad rogum frequentaſſe, ac parem moderationem perſonis quoq; minoribus exhibuiſſe.* De Caligula: (s) *incendiſſe ſtudia hominum, omni genere popularitatis.* De Claudio: (t) *tantum amoris favoriuq; humanitate ſua ſibi collegiſſe, ut cùm profectum eum Oſtiam periiſſe ex inſidiis nunciatum eſſet, magna conſternatione po-*

ne po-

(p) *lib. LXVIII. p. 772.* (q) *lib. II. Annal. c. 2. §. 6.*
(r) *cap. 32.* (s) *cap. 15.* (t) *cap. 12.*

ꝑulus & militem quaſi proditorem &
tum quaſi parricidam diris execrati-
us inceſſeret. De Nerone quæ pro-
ſunt, jam collegit Hieron. Cardanus;
n conſtat poſt mortem etiam deſide-
imum principem fuiſſe populo. (u)
a Otho Imp. ſpe vulgum alliciendi
elebranda Neronis memoria agita-
x) Sed & Domitianum auræ popu-
elificatum eſſe, patet ex eodem Sue-
o, (y) *muneribus ita ſemper interfu-
ut populo poteſtatem faceret bina paria
o ſuo poſtulandi*, quo ipſo Trajani po-
itatem æquavit; de quo Panegyri-
(z) *dediſſe quod poſtularetur, obtuliſſe
non poſtularetur.* Ut igitur facilè
imur, pulcrum eſſe, ſuperbiam de-
re rebus per ſe ſuperbis,

*ternos cum plebe jocos dilectaq; ferre
rgia, (a)* - - - - -

tate, alloquio, benignitate provo-
cives: id tamen Trajano proprium

Hh 3 non

Suet. in ejus vita c. ult. (x) Tac. I. hiſt. 78. §. 2.
cap. 4. (z) cap. 33.
Claud. in VI. Honor. Conſ. v. 6a.

non fuit, imò proter ſuperiorum temporum exempla neceſſarium fuit, ùt quid hîc jactare poſſit, non videam. Ejusdem ferè momenti eſt quod pueros & puellas alimentarias (*b*) primus inſtituerit. Quid enim hîc commemorem etiam peſſimorum principum liberalitatem, non à virtute ſemper profectam, ſed à metu, ne ſi parciores eſſent, imperio ſuo facilius exciderent? Adeò ut cum Alphonſo Neapolitano Rege illorum temporum αὐτο-
,, κράτορας ciſternæ rimoſæ comparare
,, poſſimus. Nam quemadmodum illam
,, nullus explet imber; ſic nec iſtos prin-
,, cipes maximi imperii maximi reditus,
,, quos ſtatim profundebant in vulgus &
milites. Sed demus Trajanum hîc veram virtutem exercuiſſe, quantum ſuperatus eſt ab Auguſto! quantum ab Hadriano, Antonino Pio, Divis Fratribus! quos magnum incrementum adjeciſſe Trajani liberalitati ex Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptoribus jã ſatis demonſtratum (*c*) eſt.

Ne

(*b*) *Spart. in Hadr. p. 4. Dio lib. LXVIII. p. 771. Plin. in Pan. cap. 26. & numi, quos ibi cit. Lip.*

(*c*) *Salmas. ad Capit. p. 83, Caſaub. ad Spart. pag. 16.*

Ne hoc loco cōmemorem, impēdia Trajani alimentaria deniq; ſuſtuliſſe Pertinacem, ut Reip. nimis gravia. (d) Jam verò ad opera & ædificia Trajani flamines nos deducunt, jubent æſtimare & mirari, quæ in Dionis animum adeò ſeſe inſinuarunt, ut quamvis multa & magnifica vidiſſet, tamen Trajani magnificentiam omnibꝰ præferret, eandemq; documento eſſe diceret, *nihil reperiri quod ingenio humano non poſſit effici.* (e) Miramur animo, quamvis *caduca illa & inanima!* (f) ſed ſi illa bonum efficiunt, quidni ob auream domum Neronem, (g) quidni Domitianum, quem Midam ob id appellat Plutarchus in Poplicola, *quod omnia aurea & gemmea optare videretur*, quidni omnes illos togatos Xerxes in BONORUM numerum recipimus? Tamen & hoc aliquid eſſe putaremus, niſi gravioribus vitiis id meruiſſet, ne benefactis quidem gratia ſit.

(d) Capit. in Pertin. pag. 57.
(e) Dio lib. LXVIII. (f) Tac. I. hiſt. 14. §. 7.
(g) Alex. Dion. lib. I. de Rom. cap. 26.

Digitized by Google

Hannibalem à Romanis Scriptoribus non memini inter bonos relatum, nam *magnas virtutes ingentibus vitiis æquaverat*: (h) nec Philippum Macedoniæ Regem, *quod nemo è superioribus Regibus plures virtutes & plura vitia attuliſſet.* (i) De Alexandro Magno eleganter Seneca: (k) *Hoc eſt Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet. Nam quoties quis dixerit: Occidit Perſarum multa millia: opponetur, & Calliſthenẽ. Quoties dictum erit, occidit Darium: opponetur, & Calliſthenem. Quoties dictum erit, omnia Oceano tenus vicit, ipſum quoq; tentavit novis claſſibus, & imperium ex angulo Thraciæ usq; ad Orientis terminos protulit: dicetur, ſed Calliſthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum regumque exempla tranſierit, ex his, quæ fecit, nihil tam magnum erit, quam ſcelus Calliſthenes.* Sunt enim quædam ingenia malorum & bonorum feracia; &, quod de Attica ſcriptum

ptum

(h) *Liv. lib. XXI. cap. 4.* (i) *Pol. in Exc. Peir. p. 44.*
(k) *lib. VI. natur. Quæſt. cap. 23.*

ptum eſt, *nullibi vel ſuavius apes exuctis digeſtisq; floribus cellas amplere, vel atrociorem cicutam eſſe*: (l) idem de iſtis dixeris, ex bonis & malis compoſitis. Sed de id genus chimæris eam cenſuram tulit Senator & Conſularis clariſſimus, (m) ut dicat *malæ mentis indicium eſſe, diſſimilitudinem ſui, & crebram in diverſum peregrinationem.*

Quem ergò Trajanum putabimus, cui tantillum boni, vitiorum abunde fuit? Ut enim ad reliqua me conferam, quorum meminiſſe horret animus; hic eſt ille cinædus Imperator, qui præpoſtero quodam tuendæ ſuperſtitionis amore, non tàm civitatem, quàm totum imperium Chriſtianorum funeribus implevit, & nulla ſexus, nulla ordinis ratione habita, piorum ſanguini prope innatavit:

Tàm bibit hunc avidè, quàm bibit ille merum. (n)

Prope per totum imperii tempus vinciebantur, ducebantur, ferro & igne necaban-

(l) *Euphor. in Icon. animor. c. 6. f.* (m) *Sen. ep. 120.*
(n) *Suet. in Tib. cap. 59.*

bantur, beſtiis objiciebantur. Quò minus enim aſſentiamur Euſebio, qui perſecutionem Chriſtianorum demum anno decimo Trajani cœpiſſe ſcribit, (*o*) facit Plinius in epiſtola, quam de Chriſtianis ad Trajanum Bithyniæ ProCos. ſcripſit, non diu poſt victoriam Dacicam, h. e. quartum Trajani Conſulatum, qui incidit in annum imperii ſextum. Nam hoc ferè tempore Plinium in Bithyniam profectum eſſe, Viri docti obſervarunt. Et tamen antequàm in provinciam iſſet, de Chriſtianis quæſtiones habitas facilè conſtat, quod is ad principem referat de pœnis, velut jam ante Proconſulatum ſuum irrogari ſolitis. Crudeliſſimum perſequutorem etiam D. Johannes (*p*) tetigit per beſtiæ numerum, qui erat *ſexcenti ſexaginta ſex*; nam hoc ipſo Imperatorem Romanum notari, & antiquiſſimi pro minimè controverſo habuerunt,

runt,

(*o*) *in Chron. n. 2123.*
(*p*) *Apoc. cap. 13. v. 18.*

runt, & quidem Trajanū quod gentilitium ejus nomē Ο numeros habeat 70

Υ	400.
Λ	30
Π	80
Ι	10
Ο	70
ς	6
	666

feliciter explicavit Hugo Grotius. (q) Unde non ſine indignatione legimus molliſſimam illam interpretationem Oroſii, (r) *perſequutionem Chriſtianorum per errorem factam*, quo vocabulo in excuſandis culpis levioribus uti ſolemus. (s) Dignum judicium homine, qui nullo Chriſtianæ pietatis ſenſu præditus, cum tot martyrum injuria, laudationem gentilium inſtituere amat. Sed hîc non mirandum, ſi Hiſpanus Hiſpanum ſublevare voluit. Εἰς ἀμοιβὴν, ut loquuntur Græci,

(q) *ad Apoc. d. c. p. 1054. vide tamen contrà diſſerentem Salmas. de Transſubſtant. p. 548. 549.*

(r) *lib. VII. c. 12.* (s) *Voſſ. lib. I. Inſt. Orat. cap. 9. ſect. 11. pag. 156.*

ci, κνήθει ὄνος τὸν ὄνον. [h. e. aſinus aſinum mutuò ſcabit.] Nec quicquam etiam Trajani famam vindicat Joannes Antiochenus, (*t*) qui refert, *inducias quasdam tormentorum præbuiſſe, & quum Tiberianus primæ Palæſtinæ Præſes principem per literas docuiſſet, ſe non ſufficere puniendis Chriſtianis, illum ſtatim omnibus provinciarum Præſidibus interdixiſſe, ne Chriſtianos poſthac punirent.* Scribit id ipſum Suidas, (*u*) ſed manifeſtus compilator Joannis Antiocheni, ut aliorum; cujus locum quum examinaſſet Cæſar Baronius, (*x*) & in Faſtis Eccleſiæ Chriſtianæ reperiſſet perpetua ſub Trajani principatu martyria, collegit non niſi extremo tempore, quum jam Trajanus fato ſuo propinquus eſſet, edictum de ceſſatione perſecutionis promulgatum eſſe. Niſi veroſimilius, eadem fide ſcriptum hoc ab Antiocheno, qua illud, (*y*) *Neronem adhuc adoleſcentem multa inquiſiviſſe*

(*t*) *in Exc. Peireſc. pag.* 819.
(*u*) *in* Τραϊανὸς
(*x*) *in A. C.* 118, *n.* 1. (*y*) *pag.* 809.

viſſe de Chriſto; & quum comperiſſet à Judais in crucem actum eſſe, iratum Annam & Caipham pontifices cum Pilato vinctos ſiſti ſibi jusſiſſe, cauſaq; cognita Pilatum conjectum in carcerem paullò poſt capite plexiſſe, dimiſſis Anna & Caipha.

Nimirum hoc ſeſamo ſpargendam eſſe putarunt Salvatoris noſtri & Eccleſiæ veteris hiſtoriam! Reperimus quidem apud Euſebium in Chron. (z) & in hiſtoria Eccleſiaſtica, (a) Serenium Grannianum (ſive cum Viris doctis (b) Severum Herennium Grannianum appellare malumus) per literas monuiſſe Hadrianum, ne pateretur ultrà Chriſtianis vim inferri; & perſuaſum principem Minicio Fundano ſucceſſori ejus ſcripſiſſe, ne quis Chriſtianorum, ubi nullum crimen deprehenſum eſſet, poſthac condemnaretur. Neq; tantùm ad Minicium Fundanum, ſed & alios provinciarum Præſides Hadrianum ſcripſiſſe, teſtatur Melitò Sardenſis epiſcopus in libello ad Mar-

(z) *n. 21. 42.* (a) *lib. IV. cap. 8. & 9.*
(b) *Reineſ. lib. III. Var. cap. 2. pag. 347.*

cum Imp. apud eundem Euſebium. (c) Ut ferè nullus dubitem, Joannem Antiochenum omnia confudiſſe, Tiberianum & Grannianum, Nervam Trajanum & Trajanum Hadrianum: cujusmodi lapſus opidò faciles eſſe nôrunt ii, qui hiſtorias Trajani & Hadriani inter ſe contulerunt. Phlegon Tralliſianus (d) refert, *mulierem Alexandrinam quinq; infantes ſimul peperiſſe, quos ſumtibus ſuis ali juſſerit Trajanus.* At hos non ſub Nerva Trajano, ſed Trajano Hadriano contigiſſe docet nos Cajus JCtus. (e) Ea ipſa ſimilitudine decepti recentiorum nonnulli Trajanum ſcribunt provincialibus remiſiſſe RELIQUA. VETERA. HS. NOVIES. MILLIES. i. e. viginti duos milliones Philippicorum & ſemis, quam inſignem liberalitatem Trajani Hadriani cum remiſſione Nervæ Trajani Hadriani longè minori confundendam non fuiſſe, monuit Lipſius. (f) Certè de

(c) *d. lib. IV. cap. 25.* (d) περὶ θαυμασ. c. 29.
(e) *lib. VII. ff. de reb. dub.* (f) *in Paneg. Plin. c. 40.*

de Trajano & Tiberiano quod ſcripſit, ſolus ſcripſit Joannes Antiochenus; neq; quiſquam accedit vetuſtiorum, qui ſaltem epiſtolæ Plinianæ (g) & reſcripti Trajani mentionem faciunt.

Ea verò ſicut religionis noſtræ ſimplicitatem, beatorum martyrum innocentiam, ſtupendam in tormentis, ſuppliciis & cruciatibus patientiam, conſtantiam & alacritatem, Eccleſiæ deniq; in oppreſſionibus incrementum mirabile; ita Trajani ſummam impietatem, vanitatem, iniquitatem & ſævitiam ſatis arguunt. Non ego contra Stygiam progeniem militabo Chriſtianis armis: ſed ex ipſorum gentilium judiciis cenſuram ferens, impium & contumelioſum fuiſſe dico in deos & in patrem ſuum Coccejum Nervam, quem aſtris intulit. In deos; nam quum retuliſſet Plinius, juſſiſſe ſe Trajani imaginem cum ſimulacris numinum afferri, ut qui ſe negarent Chriſtianos eſſe, thure ac vino ſupplicarent; præ-

(g) *lib. X. ep. 97. Ritt. ad d. ep. pag. 304. 305.*

prætereà maledicerent CHRISTO, reſcripſit Optimus Princeps, *actum eum ſequutum eſſe Plinium, quem debuerat.* At longè modeſtior Tiberius, qui Hiſpanis divinos honores ſibi deſtinantibus, reſpondit, *ſe mortalem eſſe & hominum officia fungi, ſatisq; habere, ſi locum principem impleat,* (h) ut taceam quid alii ſapientiores è gentilibus de hac ambitione ſemper judicaverint.

Quod igitur os, quæ frons Plinio, (i) ſi nobis perſeverat dicere, *Trajanum ob id dei ſummum inter homines faſtigium ſervare, quod deorum ipſe non adipiſceretur,* h. e. omnibus majorem eſſe, quod ſolo Deo minorem ſe gerat. Injurius fuit in patrem ſuum Nervam, cujus edictum irritum fecit, quod erat, *ne Chriſtiani perſequutione premerentur,* (k) in hoc ipſo rurſus Tiberio longè deterior, qui *nefas exiſtimavit infringere dicta Auguſti,* (l) ſed adoptivi patris & auctoris ſui *facta dictaq; vice legis obſervavit,* (m) nec

(h) *Tac. lib. IV. Ann. cap. 38. § 1.* (i) *Pan. c. 52.* (k) *Dio lib. LXVIII. p. 769. Bar. in A. C. 98. n. 12.* (l) *Tac. lib. I. Ann. cap. 77. § 3.* (m) *Id. lib. IV. cap. 37. § 4.*

nec non Agrippina Neronis parente quam *adverſatam Senatui* legimus, *ne acta Claudii ſubverterentur.* (n) Jam qui æſtimant illa verba reſcripti: *Conquirendi non ſunt Chriſtiani, ſed ſi deferantur & arguantur, puniendi*, non animadvertunt, tot injuſtitiæ argumenta eſſe, quot verba. Si mali, quidni conquirendi ſunt? ſi boni, quid puniendi: (o) ſed moderatus eſt tamen: & moderati ſunt alii tyranni, quũ laſſaſſent crudelitatem ſuam; nec quisquam magni fecit Annibalem quum ebrius Romano ſanguine, Aufido plus cruoris quàm aquarum volvente, diceret militi ſuo, *parce ferro.* (p) Et quid mo-

(n) *Tac. lib. XIII. Ann. cap. 15. §. 2.*

(o) Eadem ferè argumentatio *Tertulliani* eſt in Apolog. *Nam ſi Chriſtiani merentur puniri, cur non perquiruntur? ſi non merentur puniri, cur accuſari debent?* Contra Tertullianum pro Trajani mente nonnihil diſputat *Paganinus Gaudentius* in libro de Philoſophia apud Romanos cap. CXI. ſed nos parum ferit. Nihil enim ſolidum respondet ad hoc: *Si Chriſtiani non ſunt ex illo flagitioſo hominum genere, quos conquirere leges jubent, cur merentur ultimum ſupplicium, ſi delati & religionis Chriſtianæ manifeſti ſunt?*

(p) *Flor. lib. II, cap. 6, §. 17.*

moderatus eſt? ait, conquirendos non eſſe, ſed addit, *ſi deferantur & arguantur, puniendos.* At Plinius nihil repererat eorum, de quibus Chriſtianos vulgò inceſſebant, ſed habere tantum cœtꝰ antelucanos ad canendum Chriſto & DEO, & ad firmandam diſciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam & reliqua ſcelera prohibere. Accipimus cum gratiarum actione, quod de nobis inimicis ſuis teſtari voluit Plinius; ſed quod adjicit, *reperiſſe ſe tantum ſuperſtitionem pravā & immodicam,* ab ea culpa facilè nos liberat alius gentilis, (q) reprehendens Conſtantium, *qui Chriſtianam Religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confuderit.* Quid igitur puniendum exiſtimavit Trajanus? Nomen. O diritatem! ô injuſtitiam!

Sepoſiamus tamen hanc etiam cauſam, quia noſtra eſt; quid noſtra? Veri & Immortalis DEI cauſa fuerat: & quoniam Proconſulatus Pliniani mentionem fecimus, h. e. ex urbe Romana deducti

(q) *Ammian, lib. XXI. pag. 203.*

fu-

ſumus in provincias, in iisdem videbimus, annon etiam paganorum conditio ſatis afflicta & deplorata fuerit imperante Trajano. Haud difficulter menti noſtræ illabitur fuiſſe talem; quum capite malè affecto in reliqua membra frequenter diffundatur morbus. Animus quidem non eſt recondire, quæ alius ante me condivit coquus, & prolixius exponere, quæ jam ex ipſis epiſtolis Plinii de miſeria provincialium & injuſtitia temporis illius diſſeruit Hier. Cardanus, (r) quàm injurias Cæcilii Claſſici hominis fœdi & apertè mali, Bæticis principis ipſius conterraneis illatas, Senatus vix vindicaverit; (s) quàm iniquè Julius Baſſus, inter flagitia & rapinas ſenex factus non tantùm protectus, ſed & Theophanes, qui reum vehementius urſerat, ferè pro ipſo reo ſubjectus fuerit. (t) Illud victoris alterius ſive Victorini præterire non poſſum, quod in vita Conſtantii memoriæ prodidit. *Pompeja Plotina*, inquit, *incredibile eſt*, *quan-*

(r) *in Encom. Ner. pag.* 13. *& ſeqq.*
(s) *Pl. lib. III. ep.* 9. (t) *Id. lib. IV. ep.* 9.

quantum auxerit gloriam Trajani; cujus procuratores quum provincias calumniis agitarent, illa corripuit atq; increpavit, quod laudis eſſet incurioſus, i. e. nullam juſtitiæ gloriam è judiciis de procuratorum violentia appeteret. Laus enim propriè, quam actiones forenſes & togatæ conciliant, ut indicat vulgatiſſimum illud Ciceronis:

Cedant arma togæ, concedat laurea laudi, (ſic enim ſolidis rationibus impulſi legere malunt critici minimè temerarii) (u) & illud Propertii (x)

Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis.

deniq; illud Silii de Fabio Maximo, quamvis obſcurius: (y)

- - - laudum cladumq; quieta
Mente capax, par ingenium caſtrisque togæq;.

Heic non intelligo, quid gloriam auxerit pulcelli principis. Vah, quàm miſera ſcriptorum malè judicantium fortuna eſt! quem

(u) *Voſſ. lib. IV. Inſt. Orat. cap. 7. ſect. 11. pag. 133.*
(x) *lib. I. el. 6. v. 29.* (y) *lib. VI. v. 616.*

quem maximè laudaturum ſe putavit Victor, ejus turpitudinem prodit maximè. Uxor, dormiente principe, vigilat: uxor novit, quid geratur foris, maritus humano generi præpoſitus ignorat: à ſequiori ſexu ſapere diſcit princeps OPTIMUS MAXIMUS. Quàm rurſus ex veritate Plinius, (z) maximum hoc in Trajani principatu celebrat, *quod eos procuratores habeat, ut plerumq; Cives Romani non alios judices malint!* Neq; verò mentiri voluiſſe Victorem tum ſimplicitas hominis jam perſpecta ſuſpicari nos ſinit, tũ Spartianus, (*a*) qui de Hadriano auctor eſt, quum ſub Trajano Legatus prætorius in Pannoniam inferiorem miſſus eſſet, *procuratores latius evagantes coercuiſſe.* Quid hæc ad Trajanum, inquies? quoniam in principem, ut ait Agamemnon apud Tragicum, (*b*) - - *culpa cunctorum redit.* In quam ſententiam egregiè Mæcenas apud Dionem: (*c*) *Nulli tuorum nimia eſt indulgenda potentia, ſed ita moderandum*

omni-

(z) *cap. 36.* (*a*) *pag. 2.* (*b*) *Sen. in Tr. v. 288.*
(*c*) *lib. LII. p. 491. Grot. lib. II. de I. B. ac P. c. 21. §. 2.*

omnibus, ut ne in aliquam te reprehenſionem conjiciant. Nam quæcunq; vel rectè vel ſecus egerint, omnia tibi imputabuntur: talemq; te omnes judicabunt, qualia eos facta exercere permiſeris. Itaque Galba, *licet ipſe nihil per injuriam faceret, tamen quod ſineret ſuos facere, aut quod ea, quæ ab aliis gererentur, ignoraret, malè audiebat,* (d) nec quenquam latet Auſonii ſententia de Claudio Cæſare:

Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit. vel alterius apud Lampridium, (e) *Meliorem eſſe Remp. & propè tutiorem, in qua princeps malus ſit ea, in qua ſint mali Principis miniſtri.* Tantò verò Trajanus inexcuſabilior, quantò indulgentia & juramento ſuo ſecuriorem fecit illum ordinem, è quo magiſtratus in provincias potiſſimum mittebantur. Et hæc de togatis hactenus. IN ARMIS FORTITUDINEM CUM PRUDENTIA CONJUNCTAM deprædicavit ſuprà Victor; nec hanc Orationis partem de rebus

(d) Dio lib. LXIV. pag. 729.
(e) in Alex. Sev. pag. 136.

rebus bellicis Trajani amoliri mihi licet. quod vel hinc etiam OPTIMUS cognominatus videri poſſit. Nam & apud Græcos ἄριστος, qui *Marte præſtantiſſimus*, ἀριστεία *forte facinus*, ἀριστεῖον *fortitudinis præmium*, quumq; Alexander M. interrogantibus, quem imperii faceret heredem, reſpondiſſet, τὸν ἄριστον, (f) eum aliter reddunt τὸν κράτιστον, (g) Latini *Optimum*, (h) omnes verò ex interpretatione Nicolai Loënſis (i) intelligunt *fortiſſimum*. Sed & apertè Xiphilinus, Dionis epitomator, *Optimi* cognomen decretum ſcribit poſt devictam Armeniam, h. e. poſt quintum Conſulatum; ſed eo Trajanum gaviſum eſſe, non tàm quod arma, quàm quod natura ſua & ſuaviſſimi mores inde colligerentur. Quem ne convellere videatur Plinius, (k) qui Optimi cognomen additum fuiſſe ſcribit jam in tertio Conſulatu, ſciendum eſt, decretum quidem à Senatu, ſed à principe non

(f) *Diod. XVIII, 1.* (g) *Id. lib. XVII. cap. 117.*
(h) *Curt. lib. X. cap. 5. §. 5.* (i) *miſc. epiph. lib. V. cap. 18. pag. 781.* (k) *cap. 8.*

non niſi poſt Armeniam debellatam, ut cognomen uſurpatum eſſe. Hinc in pleriſq; numis ante hoc tempus ſaltem laudationis, non cognominis loco poſitum: S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. At poſt Armeniacam victoriam ut cognomen aſſiduè: IMP. CÆS. NERVÆ. TRAJANO. OPTIMO. & in Græcis: NEP. TRAIANO C. APICTO C.

Sic in cognomento PATRIS PATRIÆ recipiendo tardiorem obſervavimus AUGUSTUM CÆSAREM, quàm id ipſi decreverat Senatus. Cùm enim Auguſtum Patrem Patriæ ſerò appellatum Ovidius, (*l*) Spartianus (*m*) & alii velint, & annum quidem ignoratum hactenus Onufrio, Goltzio & aliis Faſtorum inſtauratoribus, apertè indicet fragmentum vetus Calendarii Romani, (*n*) h. e. Urbis conditæ ſeptingenteſimũ quingenteſimũ primũ, & verò in tot numis quos Goltzius exhibet, à quinto Cõſulatu ad XIII adſcripta ſit appellatio Patris

(*l*) *lib. II. Faſt. v. 129.* (*m*) *in Had. pag. 3.*
(*n*) *ap. Grut. 2. pag. 136.*

ſtris Patriæ; idem prorſus dicendũ eſt, jam diu antè decretã, ſerius verò acceptã eſſe. Quod igitur Trajani res bellicas attinet; antequam adoptatus eſſet, inferiori Germaniæ præſediſſe, præter alios Dio (o) & Plinius (p) referunt; & monumenta ejus fuerunt *Ulpia caſtra*, haud longè à Veteribus, & ad Mœnum fluvium *munimentum Trajani*, nominatum Ammiano. (q) Sed res contra Germanos geſtas non valdè æſtimaſſe videtur Claudianus, quum caneret: (r)

Cedãt, Druſe, tui, cedant, Trajane, labores:
Veſtra manus DUBIO *quicquid* CERTAMINE *geſſit,*
Tiranſcurrens egit Stilicò.

Ipſe Tacitus, qui libellum de moribus Germanorum ſcripſit A. V. 850. Nerva IV. Trajano II. Coſſ. ut patet è c. 37. §. 4. de proximis temporibus verba faciens, *Germanos triumphatos magis quàm victos* ait. (s) Quæ verba ſenium rei militaris & Romanorum vanitatem in extollendis

 victo-

(o) *Dio lib. LXVIII. p. 770* (p) *in Pan. c. 9.* (q) *lib. XVII. p. 88.* (r) *Paneg. 1. in Stil. v. 193.* (s) *Ib. §. 9.*

præterea maledicerent CHRISTO, reſcripſit Optimus Princeps, *actum eum ſequutum eſſe Plinium, quem debuerat.* At longè modeſtior Tiberius, qui Hiſpanis divinos honores ſibi deſtinantibus, reſpondit, *ſe mortalem eſſe & hominum officia fungi, ſatisq; habere, ſi locum principem impleat*, (h) ut taceam quid alii ſapientiores è gentilibus de hac ambitione ſemper judicaverint.

Quod igitur os, quæ frons Plinio, (i) ſi nobis perſeverat dicere, *Trajanum ob id dei ſummum inter homines faſtigium ſervare, quod deorum ipſe non adipiſceretur*, h. e. omnibus majorem eſſe, quod ſolo Deo minorem ſe gerat. Injurius fuit in patrem ſuum Nervam, cujus edictum irritum fecit, quod erat, *ne Chriſtiani perſequutione premerentur*, (k) in hoc ipſo rurſus Tiberio longè deterior, qui *nefas exiſtimavit infringere dicta Auguſti*, (l) ſed adoptivi patris & auctoris ſui *facta dictaq; vice legis obſervavit*, (m) nec

(h) *Tac. lib. IV. Ann. cap. 38.* § *1.* (i) *Pan. c. 52.* (k) *Dio lib. LXVIII. p. 769. Bar. in A. C. 98. n. 12.* (l) *Tac. lib. I. Ann. cap. 77.* § *3.*
(m) *Id. lib. IV. cap. 37.* § *4.*

nec non Agrippina Neronis parente quam *adverſatam Senatui* legimus, *ne acta Claudii ſubverterentur*. (n) Jam qui æſtimant illa verba reſcripti: *Conquirendi non ſunt Chriſtiani, ſed ſi deferantur & arguantur, puniendi*, non animadvertunt, tot injuſtitiæ argumenta eſſe, quot verba. Si mali, quidni conquirendi ſunt? ſi boni, quid puniendi: (o) ſed moderatus eſt tamen: & moderati ſunt alii tyranni, quũ laſſaſſent crudelitatem ſuam; nec quisquam magni fecit Annibalem quum ebrius Romano ſanguine, Aufido plus cruoris quàm aquarum volvente, diceret militi ſuo, *parce ferro*. (p) Et quid mo-

(n) *Tac. lib. XIII. Ann. cap. 15. §. 2.*

(o) Eadem ferè argumentatio *Tertulliani* eſt in Apolog. *Nam ſi Chriſtiani merentur puniri, cur non perquiruntur? ſi non merentur puniri, cur accuſari debent?* Contra Tertullianum pro Trajani mente nonnihil diſputat *Paganinus Gaudentius* in libro de Philoſophia apud Romanos cap. CXI. ſed nos parum ferit. Nihil enim ſolidum respondet ad hoc: *Si Chriſtiani non ſunt ex illo flagitioſo hominum genere, quos conquirere leges jubent, cur merentur ultimum ſupplicium, ſi delati & religionis Chriſtianæ manifeſti ſunt?*

(p) *Flor. lib. II. cap. 6. §. 17.*

moderatus eſt? ait, conquirendos non eſſe, ſed addit, *ſi deferantur & arguantur, puniendos.* At Plinius nihil repererat eorum, de quibus Chriſtianos vulgò inceſſebant, ſed habere tantum cœt⁹ antè lucanos ad canendum Chriſto & DEO, & ad firmandam diſciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam & reliqua ſcelera prohibere. Accipimus cum gratiarum actione, quod de nobis inimicis ſuis teſtari voluit Plinius; ſed quod adjicit, *reperiſſe ſe tantum ſuperſtitionem pravē & immodicam*, ab ea culpa facilè nos liberat alius gentilis, (q) reprehendens Conſtantium, *qui Chriſtianam Religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confuderit.* Quid igitur puniendum exiſtimavit Trajanus? Nomen. O diritatem! ô injuſtitiam!

Sepoñamus tamen hanc etiam cauſam, quia noſtra eſt; quid noſtra? Veri & Immortalis DEI cauſa fuerat: & quoniam Proconſulatus Pliniani mentionem fecimus, h. e. ex urbe Romana deducti fu-

(q) *Ammian, lib. XXI. pag. 203.*

ſumus in provincias, in iisdem videbimus, annon etiam paganorum conditio ſatis afflicta & deplorata fuerit imperante Trajano. Haud difficulter menti noſtræ illabitur fuiſſe talem; quum capite malè affecto in reliqua membra frequenter diffundatur morbus. Animus quidem non eſt recondire, quæ alius ante me condivit coquus, & prolixius exponere, quæ jam ex ipſis epiſtolis Plinii de miſeria provincialium & injuſtitia temporis illius diſſeruit Hier. Cardanus, (r) quàm injurias Cæcilii Claſſici hominis fœdi & apertè mali, Bæticis principis ipſius conterraneis illatas, Senatus vix vindicaverit; (s) quàm iniquè Julius Baſſus, inter flagitia & rapinas ſenex factus non tantùm protectus, ſed & Theophanes, qui reum vehementius urſerat, ferè pro ipſo reo ſubjectus fuerit. (t) Illud victoris alterius ſive Victorini præterire non poſſum, quod in vita Conſtantii memoriæ prodidit. *Pompeja Plotina*, inquit, *incredibile eſt*, *quan-*

(r) *in Encom. Ner. pag. 13. & ſeqq.*
(s) *Pl. lib. III. ep. 9.* (t) *Id. lib. IV. ep. 9.*

quantum auxerit gloriam Trajani; cujus procuratores quum provincias calumniis agitarent, illa corripuit atq; increpavit, quod laudis eſſet incurioſus, i. e. nullam juſtitiæ gloriam è judiciis de procuratorum violentia appeteret. Laus enim propriè, quam actiones forenſes & togatæ conciliant, ut indicat vulgatiſſimum illud Ciceronis:

Cedant arma togæ, concedat laurea laudi,

(ſic enim ſolidis rationibus impulſi legere malunt critici minimè temerarii) (u) & illud Propertii (x)

Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis.

deniq; illud Silii de Fabio Maximo, quamvis obſcurius: (y)

- - - laudum cladumq; quieta
Mente capax, par ingenium caſtrisque togæq;.

Heic non intelligo, quid gloriam auxerit pulcelli principis. Vah, quàm miſera ſcriptorum malè judicantium fortuna eſt! quem

(u) *Voſſ. lib. IV. Inſt. Orat. cap. 7. ſect. 11. pag. 133.*
(x) *lib. I. el. 6. v. 29.* (y) *lib. VI. v. 616.*

quem maximè laudaturum ſe putavit Victor, ejus turpitudinem prodit maximè. Uxor, dormiente principe, vigilat: uxor novit, quid geratur foris, maritus humano generi præpoſitus ignorat: à ſequiori ſexu ſapere diſcit princeps OPTIMUS MAXIMUS. Quàm rurſus ex veritate Plinius, (z) maximum hoc in Trajani principatu celebrat, *quod eos procuratores habeat, ut pleruſq; Cives Romani non alios judices malint!* Neq; verò mentiri voluiſſe Victorem tum ſimplicitas hominis jam perſpecta ſuſpicari nos ſinit, tū Spartianus, (a) qui de Hadriano auctor eſt, quum ſub Trajano Legatus prætorius in Pannoniam inferiorem miſſus eſſet, *procuratores latius evagantes coercuiſſe.* Quid hæc ad Trajanum, inquies? quoniam in principem, ut ait Agamemnon apud Tragicum, (b) - - *culpa cunctorum redit.* In quam ſententiam egregiè Mæcenas apud Dionem: (c) *Nulli tuorum nimia eſt indulgenda potentia, ſed ita moderandum* omni-

(z) *cap. 36.* (a) *pag. 2.* (b) *Sen. in Tr. v. 218.*
(c) *lib. LII. p. 491. Grot. lib. II. de I. B. ac P. c. 21. §. 2.*

omnibus, ut ne in aliquam te reprehenſionem conjiciant. Nam quæcunq́; vel rectè vel ſecus egerint, omnia tibi imputabuntur: talemq́; te omnes judicabunt, qualia eos facta exercere permiſeris. Itaque Galba, *licet ipſe nihil per injuriam faceret, tamen quod ſineret ſuos facere, aut quod ea, quæ ab aliis gererentur, ignoraret, malè audiebat,* (d) nec quenquam latet Auſonii ſententia de Claudio Cæſare:

Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit,

vel alterius apud Lampridium, (e) *Meliorem eſſe Remp. & propè tutiorem, in qua princeps malus ſit ea, in qua ſint mali Principis miniſtri.* Tantò verò Trajanus inexcuſabilior, quantò indulgentia & juramento ſuo ſecuriorem fecit illum ordinem, è quo magiſtratus in provincias potiſſimum mittebantur. Et hæc de togatis hactenus. IN ARMIS FORTITUDINEM CUM PRUDENTIA CONJUNCTAM deprædicavit ſuprà Victor; nec hanc Orationis partem de rebus

(d) *Dio lib. LXIV. pag. 729.*
(e) *in Alex. Sev. pag. 136.*

rebus bellicis Trajani amoliri mihi licet, quod vel hinc etiam OPTIMUS cognominatus videri poſſit. Nam & apud Græcos ἄριστος, qui *Marte præſtantiſſimus*, ἀριστεία *forte facimus*, ἀριστεῖον *fortitudinis præmium*, quumq; Alexander M. interrogantibus, quem imperii faceret heredem, reſpondiſſet, τὸν ἄριστον, (*f*) eum aliter reddunt τὸν κράτιστον, (*g*) Latini *Optimum*, (*h*) omnes verò ex interpretatione Nicolai Loënſis (*i*) intelligunt *fortiſſimum*. Sed & apertè Xiphilinus, Dionis epitomator, *Optimi* cognomen decretum ſcribit poſt deviĉtam Armeniam, h. e. poſt quintum Conſulatum; ſed eo Trajanum gaviſum eſſe, non tàm quod arma, quàm quod natura ſua & ſuaviſſimi mores inde colligerentur. Quem ne convellere videatur Plinius, (*k*) qui Optimi cognomen additum fuiſſe ſcribit jam in tertio Conſulatu, ſciendum eſt, decretum quidem à Senatu, ſed à principe non

(*f*) *Diod. XVIII, 1.* (*g*) *Id. lib. XVII. cap. 117.*
(*h*) *Curt. lib. X. cap. 5. §. 5.* (*i*) *miſc. epiph. lib. V. cap. 18. pag. 761.* (*k*) *cap. 2.*

Digitized by Google

tris Patriæ; idem prorſus dicendũ eſt, jam diu antè decretã, ſerius verò acceptã eſſe. Quod igitur Trajani res bellicas attinet; antequam adoptatus eſſet, inferiori Germaniæ præſediſſe, præter alios Dio (o) & Plinius (p) referunt; & monumenta ejus fuerunt *Ulpia caſtra*, haud longè à Veteribus, & ad Mœnum fluvium *munimentum Trajani*, nominatum Ammiano. (q) Sed res contra Germanos geſtas non valdè æſtimaſſe videtur Claudianus, quum caneret: (r)

Cedãt, Druſe, tui, cedant, Trajane, labores:
Veſtra manus DUBIO quicquid CERTAMINE geſſit,
Tranſcurrens egit Stilicò.

Ipſe Tacitus, qui libellum de moribus Germanorum ſcripſit A. V. 850. Nerva IV. Trajano II. Coſſ. ut patet è c.37. §.4. de proximis temporibus verba faciens, *Germanos triumphatos magis quàm victos* ait. (s) Quæ verba ſenium rei militaris & Romanorum vanitatem in extollendis victo-

(o) Dio lib. LXVIII. p. 770 (p) in Pan. c. 9. (q) lib. XVII. p. 88. (r) Paneg. 1, in Stil. v. 193. (s) Ib. §. 9.

victoriolis ſuis & *laureæ ramulis unde-cunq; feſtinabunda manu decerpendis* (t) ſatis explicant. Quin eò usq; veſaniæ deventum erat, ut triumpharent qui vi-cti eſſent. De Domitiani tempori-bus Plinius ſcribit, *hoſtis* (u) *non pulſi fu-gatique præcipuum fuiſſe indicium, ſi tri-umpharetur*: & de eodem Tacitus, (x) *deriſui fuiſſe falſum è Germania trium-phum*. Hæc de principibus, quos odére non diſſimulant; at quum favent, & ipſo accedere vanitati, exemplo Alexandri Se-veri jam demonſtravimus. Ut quid de Trajani bellis ac victoriis judicandum ſit, hiſtoriarum illius ævi ſubleſta fide ambiguum nobis faciat.

Et nonne impudentiſſima illa vani-tas Romanorum, qui Trajani numos in-ſcripſére: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. S. C. IND. P. R. addito Rhinocerote, item: S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. S. C. INDIA. PRO. P. R. i. e. *Provincia populi Romani*? Quibu mendaciſſimis ſuperiorum monumenti

dece-

(t) *Valer. lib. II. cap. 8 ex. 5.* (u) *in Pan. cap. 11.* (x) *in vita Agric. cap. 39. §. 2.*

deceptus Ampelius (y) *fortunam* ſcribit *Indos, Parthos, Sarmatas, Scythas, Dacos, Trajani Principis triumphis reſervaſſe.* Nam de expeditione Indica cogitavit tantùm, & viſo navigio, quod curſum in Indiam tenebat, dixit: *Ego quidem omninò ſi juvenis adhuc eſſem, in Indiam quoq; trajicerem.* (z) Sed quia cogitavit, decrevit Senatus, *ut de quotcunq; provinciis vellet, triumphos ageret,* quam profeſſam Senatus ſtultitiam & adulationem plusquàm ſervilem, magno cum veritatis bono libris ſuis inſeruit Dio. (a) Tamen Dacica & Parthica ſpolia hic ipſe ſcriptor & alii maximi faciunt, & victoriam de Getis, ex iisq; ſuſpenſa Jovi Caſio ἀναθήματα h. e. crateres argenteos & poculum deauratum ex uri ſilveſtris cornu, extulit ſingulari epigrammate Hadrianus, quod primus vulgavit ad Spartianum Salmaſius. (b) Aurelius etiam Victor, *Trajanum ad ortum Solis cunctas gentes, quæ inter Indum & Euphratem amnes in-*

(y) *l. memor. pag.* 335. (z) *Dio lib. LXVIII, p.* 784.
(a) *ibid.* (b) *pag.* 37.

olutos ſunt, bello concuſſiſſe narrat. Hinc Ammianus (c) Julianum commendaturus *bellorum glorioſis curſibus Trajanum ſimillimum* facit.

Eſto, fuiſſe bellatorem; quamvis victorias ejus Orientales rideat Silenus apud Julianum;(d) & ſcriptores, qui explicarunt & ex muſca fecerunt elephantum, ſatyrico ſale multum defricet Lucianus in diſcurſu, *Quomodo hiſtoria ſcribenda ſit*; quamvis etiam tum Parthorum vires bellis civilibus concidiſſent, & adhuc durarit ſeditio, quum eos Trajanus bello peteret; (e) quamvis deniq; gloria benè per illa tempora geſtorum maximam partem debeatur L. Luſio Quieto, A. Cornelio Palmæ, & pientiſſimo illi Placido, ſacris Chriſtianis initiato & Euſtachio dicto aliiſque ſtrenuiſſimis ducibus. (f) Sed nos armorum juſtitiam potiſſimum conſiderare decet, *quæ ſi remota fuerit, nihil aliud ſunt bella, niſi magna* *latro-*

(c) *lib. XVI. pag. 58.*
(d) *in Caſ. pag. 39.* (e) *Dio lib. LXVIII. pag. 783.*
(f) *Dio in Exc. Peir. pag. 710. Amm. lib. XXIX. pag. 399. ibiq. Val. pag. 392. Caſ. ad Spart. pag. 12. Bar. in A. C. 103. n. 4.*

latrocinia, (g) nihil aliud princeps, niſi barbarus, cui gladius ſatis peritus legislator eſt, qui ferrum ex libidine cœcoq; furore ſtringit.

Multa tulerit feceritq; neceſſe eſt, qui jure videri vult tot hominum millia armaſſe; DEO & omni ſapientum Senatu judicibus, quibus nec una gutta humani ſanguinis vilis eſt. Igitur Romani Veteres id unicè ſtudebant, *ne ipſi ultrò injuriam intuliſſe, neve ſusceptis bellis vicinos appetiiſſe viderentur, ſed ut potius vim illatam repellentes & ex neceſſitate adducti ſuscipere viderentur*, (h) & ex iis oriundus Corbulo apud Tacitum (i) *quamvis ſecundis rebus ſuis moderandum fortunæ ratus, miſit ad Vologeſem Parthorum Regem, qui expoſtularent vim provinciæ illatam.* At nihil ad belluam noſtram Hiſpanicam juſtitia; ſi junior eſſet, intraret Indiam, quæ non tantùm ab Auguſti temporibus in fœdere, ſed & ſub

(g) *Auguſtin. lib. IV. de c. D. cap. 4.*
(h) *Pol. ap. Suid. in Exc. Peireſc. pag. 207. Diod. Sic. in fragm. Ful. Urſ. 1.* (i) *lib. XV. Ann. c. 1. §. 1.*

ipſius Trajani principatu legationibus amicitiam veterem cum Imperio Romano confirmavit. (k) Hiſpanus jam ab antiquo conjectis in theſauros Indiæ oculis, ad injurias amicorum erraret in Oceano, quæreret hoſtem, ſtultitiam Romanam, an Hiſpanicam? circumferre apud ignotas gentes, iratus ſine juſta cauſa devaſtaret occurrentia, & interficeret quos non odiſſet. Furioſum profectò juvenis factum, nunc impudentiſſimum deſiderium ſenis! Eandem injuſtitiam Dio apud Suidam (l) in clara luce videndam dedit, ubi Antonium verè Pium verè optimum & immortalitate digniſſimum Principem cum Trajano comparans, *Similitudine imperii maximè dignus*, inquit, *qui Numa conferretur*, *u*[...] *Trajanus Romulo. Quippe tum vitam privatam optimè & honeſtiſſimè egit* TUM IN IMPERIO MELIOR AC MODESTIOR ETIAM TRAJANO VISUS EST. *Nulli acerbus ne*[...]

gra[...]

(k) *Scal. ad. Euſ. n. 1991. Caſ. ad Suet. Aug. cap.* [...] *Dio lib. LXVIII. pag 777.*

(l) *in* Ἀντωνῖνος.

gravis, in re militari ex juſtitia, quàm e-molumento gloriam quærens, magis inco-lumes ſervandos, quàm amplificandos im-perii fines ſtatuebat.

Quàm repentè tota cauſa cadit, ipſi-us Dionis judicio, & ex diſſimilitudine Antonini haud obſcurè ſtatuit, quis Tra-janus fuerit; nulla ſcilicet modeſtia & bo-nitate in ſuſcipiendis bellis, nulla pruden-tia. Nam nihil huic tam adverſum, quàm *non in uſum, ſed ad imperii ſpeciem ma-gna nomina acquirere:* (m) plura vince-re, quàm quæ defendi ac teneri queant. Cujusmodi Principem Antigonus (n) " aleatori ſimilem eſſe dixit, qui ſpe lucri " proprias opes prodigit: nec unquam " contentus eſt eo, quod in alea vicerit: " ſed quæcunq; colluſoribus ſuperſūt, a- " viditate magna cupit, inq; ea relictis o- " mnibus ſolū inhians, quæcūq; antè quæſi-erat, profundit. Etiam Thucydides (o) ro-tundè ac ſine velo AMENTES pronūciat, qui ſint hujus comatis, nec quenquā vete-rū ſapientū aberraſſe à verò, docuit even-

(m) *Flor. lib. III. cap. 12. §. 4.*
(n) *Plut. in Apoph.* (o) *lib. VI.*

tus expeditionum Orientalium, à Trajano ſusceptarum. Parùm aberat, quin ad Hatram temeritate ſua totum exercitū amitteret. (p) Sed quamvis tunc effugerit; tamen paullò pòſt fortuna Romana vultum ubiq; mutavit. *Quæ ſubegerat,* inquit Dio, (q) *ſtatim amiſit. Dum enim verſus Oceanum navigat, omnia quæ ceperat, maximo tumultu defecerunt, præſidiis ejectis aut cæſis.* Et ut ſentiret Dei gravem manum, cui (quod Valenti orthodoxæ religionis perſequutori alius pientiſſimus Trajanus inculcavit) (r) bellum & ipſe indixerat, quum pugnaret contra barbaros, *cælum tonitru contremuit; arcus in cælo viſi; coortæ tempeſtates, & quoties Romanus cum hoſte manus confereret, ictu fulminis avertebatur. Quum cænarent, muſcæ tàm eſculentis quàm potulentis inſidentes, cuncta nauſea quadam implebant.* (s) Defecerunt & gentes Romano imperio ſubditæ, Sarmatæ, Mauri, Britanni, Ægyptii, Judæi. Qui-

(p) *Amm. lib. XXV. p. 301. ibiq; Val. p. 307.*

(q) *lib. LXVIII. pag. 785.*

(r) *Theod. lib. IV. hiſt. Eccleſ. cap. 29.*

(s) *Dio lib. LXVIII. pag. 686.*

Digitized by Google

Quibus calamitatibus quum ipſe eſſet immortuus, ſucceſſori reliquit imperium, quale nec Nero Galbæ aut Veſpaſiano, nec Domitianus Nervæ, h. e. omnibus modis concuſſum, deploratum & deperditum. Quod quum poſteà prudentia ſingulari reſtituiſſet Hadrianus, in numis (t) paſſim appellatur RESTITUTOR non ſolùm ORBIS TERRARUM, ſed etiam ſingularum provinciarum, HISPANIÆ, PHRYGIÆ, BITHYNIÆ, ACHAIÆ, ASIÆ, ÆGYPTI, ARMENIÆ, BRITANNIÆ, ITALIÆ, LIBYÆ, MAURITANIÆ, DACIÆ. Idem Hadrianus provincias, quas imperio Romano Trajanus adjecit, magno conſilio reliquit: (u) quo ipſo Diocletianus imperii fines à meridie ſupra Ægyptum arctavit, & Aurelianus Dacia omni deduxit copias, quod videret retineri non poſſe. Nec aliter Hadriani factum interpretati ſunt

(t) *V. Occö. in Hadr. pag. 231. 232.*
(u) *Procop. lib. Perſ. Vopiſ. in ejus vita pag. 222.*

incomparabiles Viri Scaliger (x) & Caſaubonus. (y) Idem adhuc vivo Trajano diſciplinam militarem correxerat, (z) princeps rei militaris peritiſſimus & τακτικώτατος, ut qui τακτικὰ illa ſcripſit, quæ poſtea Orbicii Viri Conſularis, temporibus Anaſtaſii Imp. opera cum omnibus communicata ſunt. (*a*)

Vidimus, Auditores, DOMI FORISQ. IN TOGA ET SAGO Trajanum Principē, & pro ſanctitate turpiſſimā παιδομανίαν, vinoſitatem, injuſtitiam, & impietatem in Deos & homines; pro fortitudine & prudentia temeritatem, & amentiam; pro imperii felicitate conclamatiſſimum ſtatum, & manifeſtam iram Numinis, laudabilium verò parum conſpeximus. *Habeant ſibi* nunc *Hiſpani conterraneum ſuum* καλὸν κἀγαθὸν, quem mirentur, & orbi terrarum imputent, & (quo honore mirum quantum Trajanus gaviſus eſt, nuncupatus ob id HERBA PA-

(x) *animadv. ad Chron. Euſeb. n. 2133.* (y) *ad Spart. p. 11.* (z) *Spart. in Hadr. pag. 2.*
(*a*) *Salmas. ad Spart. pag. 21.*

PARIETARIA) (*b*) nomen ejus inſcribant omnibus parietibus.

Quod nos diximus, non ex ambitione juvenili, non voluptate quadam depectendi & deſtringendi alios, diximus. Nihil equidem vulgò ſuavius, quàm ubi de hoc vel illo quæſtio ſit, deſignare notis inhoneſtis, & probroſis; nec unquam tam verba deficiunt, quàm ubi de meliore nota proximus commendandus eſt; ſed hîc nobis ſtudium veritatis & conſcientia ante omnia fuit, eò quidem magis, quò majori benevolentia Chriſtianis ſacris initiatos immaniſſimum Chriſtianæ religionis hoſtem, domeſticis & intercutibus vitiis turpiſſimum, monſtrum deniq; vix una vel altera virtute redemtum, præter omne meritum proſequi & dignari videbam. Et ſupererant adhuc multa, ſed jam longius traxi orationem meam, quàm decebat, dum ſiniſtram illam interpretationē effugere ſtudeo, *prævaricari, qui transeat dicenda.* (*c*)

(*b*) *Conſt. Imp. apud Vict. & Amm. lib.* XXVII.
(*c*) *Pl. lib. I. ep. 20.*

Quamobrem nec illud latere me poteſt, quantum obnoxius ſim VOBIS, Patres Academici, viri longè celeberrimi, qui tempus gravioribus negotiis debitum diſſertationi noſtræ impendere voluiſtis; quamq; enitendum mihi ſit, ut veſtrum in me affectum planè ſingularem cum infinitis aliis ferè per quadriennium præſtitis grata memoria complectar & teneam. Quod quidem in me nunc ſanctè recipio, nec mutabit aut nutabit hic animus dum vivam. Et quum hoc ipſo Muſarum hoſpitio digrediendum jam mihi ſit, hæc ipſa beneficiorum veſtrorum memoria & itineris & omnium moleſtiarum, quæ noviſſimis hiſce temporibus cumprimis mortales inſequuntur, dulciſſimum levamentum erit.

Interim obſervantiæ & gratitudinis meæ pignus in abitu relinquo ſinceriſſimum hoc votum meum. *Faxit DEUS OPT. MAX. auctor & conſervator rei literariæ, ut, dum Mars Germanicorum ſcelerum ultor evertit ferè quicquid ſtetit,*

Vo

Vos in otio & tranquillitate pulcerrima porrò conſentiatis & conſpiretis in bonum publicum, ruituris virtutibus & literis ſupponatis ſalutares manus, & ſeculum porrò impleatis facinoribus illis, quæ boni & literati omnes in ore, in oculis, in animis ferunt!

UT alicubi ſententia noſtra manifeſtior fiat, placuit ſubjicere omnia Conſulum paria, quæ Trajani Imp. temporibus fuerunt. Ea, uti exhibemus, è Faſtis ſuis, quos aliquando publicare cogitat, unà cum Animadverſionibus excerpta nobiscum communicavit V. C. CHRISTOPHORUS ADAMUS RUPERTUS HIST. P. P. Unum ſcire te velit, quum moliatur ſupplementum Tabularum Capitolinarum, illarum etiam epocham hic ſecutum eſſe.

A. V. C. 849.

Imp. Nerva Cæſar Auguſtus III.
T. Verginius Rufus III.
In. Mag. Mort. E.I.E.L.F.E.
C. Cornelius Tacitus.

DE iis, qui Nervam Imp. hoc anno tertium Conſulatum iniiſſe ſcribunt collega Verginio Rufo III. videndus Onufrius. In Tacito deſcribendo ſequi malumus Sidonium Apollinarem & Farneſiani codicis epigraphen cum Lipſio, quàm eundem Onufr. cum vulgatis. Suffectos ex K. Majis Domitium Apollinarem & Q. Fabricium Vejentonem; ex K. Julis M. Cornelium Frontonem II. & Fabium Poſtumum; ex K. Novembr. C. Poblicium Certum, eoq;, antequam iniret, damnato, Sex. Pompejum Collegam II. & Vettium Proculum, idem vult Onufrius è Plinii *lib. IX. ep. 13.* quæ conferri poteſt. Ex his tamen M. Cornelium Frontonem Coſſ. II. reperiſſe ſe teſtatur tum in Dionis Nerva & Hadriano tum in Capitolino. Sed vir cetera ſagaciſſimus hoc quidem loco τὰ ἄνω κάτω ἐποίησε. Meminit Dio Frontonis hoc anno Conſulis ſuffecti in Nerva; ſed is M. Julius M. F. Fronto fuit; à quo longè diverſus M. Cornelius Fronto nobiliſſimus orator, qui nominatur eidem in Hadriano & Capitolino in Marco, ut paullò pòſt oſtendam in A. V. 852.

Hoc

Hoc anno A. D. Kal. Octobr. M. Ulpius Trajanus à Nerva Imp. adoptatus Cæſar appellatus eſt, & Tribuniciam poteſtatem accepit, ut ſcribit idē Onufrius, quem religioſè ſequitur an imprudenter exſcribit? Hub. Golzius. De anno nullum dubium; ſed de menſe ac die audire velimus cauſã aſſertionis tam animoſæ. Quod ſi Victorem admittimus, ut non habemus alium, qui auctoritatem ejus prægravare poſſit; ſtatuendum erit cum Lipſio ad Plinii Panegyr. c. 6. Trajani adoptionem incidere in VI. Kal. Novemb. Saltem enim tribus menſibus vixiſſe ſcribit cum pàtre adoptivo Nerva, qui mortuus anno ſequenti a. d. VI. Kal. Febr. Ceterùm nec huic ἐπιλογισμῷ ita fidendum, ùt dies ipſe deſignetur in Faſtis, velut charactere certo.

A. V. 850.

Imp. Nerva. Caſar. Augustus IV.
Nerva Trajanus Nerva
Aug. F. Caſar II.

Hoc anno a. d. VI. K. Febr. ut dixi, Imp. Nerva mortuus & in Deos relatus eſt. Trajanus Imperium accepit. Præter Onufr. Scaliger ad Euſeb. n. 2113. 2114.

A. V. 851.

C. *Soſius* II.
A. Cornelius *Palma*

Soſio

Soſio Senecioni, συμποσιακῶν προβλημάτων βιβλία inſcripſit Plutarchus. Ad eundem extat Plinii ep. 13. lib. I. Cornelius Palma is eſt, qui poſtea Syriæ præfectus Arabiæ partem acquiſivit P. R. Dio lib. LXVIII. pag. 777. occiſus ſub Hadriano. Idem lib. LXIX. p. 788. Spartian. in Hadriano p. 4. Nullos Coſſ. ſuffectos hoc anno exhibuere Faſtorum inſtauratores. At ex K. Septembr. fuiſſe L. ARRUNTIUM STELLAM L. JULIUM MARINUM colligo ex inſcript. 1. pag. 456. & Arruntii quidem Stellæ pater videtur is, cujus memoria ap. Tac. lib. XIII. Ann. cap. 22. In eadem inſcriptione aliud notari velim, ὡς ἐν παρόδῳ. Diſputatum à Baronio in A. V. 100. de Trajani patria & miratur Lipſius Comm. ad Plin. Paneg. *in tam illuſtri viro pudendas tenebras!* Plinius è Romanis vel Italis eſſe non obſcurè indicat: & Victor ex urbe Tudertina, quæ in Italiæ Umbria ſita eſt, clariſſimè. His ipſis inquam robur aliquod ab inſcriptione, qua Trajanus dicitur *Aeternitati Italiæ Suæ proſpexiſſe.* SUAM enim pio affectu complures alios ſcriptores dicere patriam nemo neſcit. Dioni & aliis Hiſpanus eſt καὶ ἀλλοεθνής. At inſcriptio 3. p. 247. Trajanum laudat DE. PATERNA. ET. AVITA. HISPANIA. PATRIA. MERITISSIMUM. quod monumentum nubem iſtam diſcutit.

Digitized by Google

cutit. Nō hic SUA. HISPANIA. SED. PATERNA. ET. AVITA. Quāob. ita ſcio. Trajan^ Hiſpanicæ originis, patrē & avum Hiſpanos habet, ipſe tamen natus in Italia. Hinc & Itali & Hiſpani principem illum vindicarunt ſibi.

De hoc anno capienda ſunt verba Plin. in Panegyric, c. 60. *Atq; ego video proximo anno Conſulatus recuſandi hanc præcipuè fuiſſe rationem, quod eum abſens gerere non poterat.* Cùm enim c. 59. de Trajani Conſulatu ſecundo locutus eſſet, annus *proximus* in c. 60. non alius eſt quàm quo Conſulatum à Trajano recuſatum geſſere Senecio II. & Palma. Abſens autem ille dicitur, quod adhuc eſſet in Germania. Hæc monenda mihi fuere propter Lipſium, qui in arg. Paneg. Plin. συγκλώθει τὰ ἀσύγκλωστα, c. 60. Panegyr. & c. 78 & per annum *proximum* intelligit eum, qui ſecutus eſt Trajani Conſulatum tertium; & *abſentem* dici putat, qui jam ad bellum Dacicum ſe parabat. Hercules tuam fidem! qui doctiſſimo Viro ſomnus hic obrepſit, ut non animadverteret, totius narrationis contextum validè ſibi reſiſtere! nam ſequitur: *ſed jam urbi votisq; publicis redditus*, id eſt, poſtquam è Germania in urbem rediiſti. Stante Lipſii ſententia, intelligendus eſſet Trajani reditus è bello Dacico: atque ita Panegyricum confecto bello Dacico ſcripſiſſet Plinius: quò nihil abſurdius, vel ipſo Lipſio judice. Quid? quod Faſtis adverſum, Trajanū in annū inſtantē

(h. e.

(h. e. ſecundum mentem Lipſii A. V. 853.) recuſaſſe Conſulatum. Geſſit enim. Dicere verò Trajanum rurſus mutaſſe ſententiam, ſuaviter ſomniantis eſt.

A. V. 852.

Imp. Cæſ. Divi Nervæ F. Nervæ
Trajanus Aug. Germ. *III.*
M. Julius M. F
Fronto *III.*

Turbavit hîc mirum quantum Onufrius; & ex turbido biberunt Scaliger ad Euſeb. 2117. Goltzius in Faſtis, Lipſius & Liwinejus ad Plinii Paneg. Ita verò labi neceſſe eſt, qui alienis oculis credere malunt, quàm ſuis. Pudendum, quod ſcribit Onufrius, hunc eſſe M. Cornelium Frontonem oratorem nobiliſſimum, de quo Capitolinus agat in Marci vita, eumq; Catium Frontonē Plinio appellari. Primum enim orator ille Conſulatū indeptꝰ eſt ferè LX. annis poſt ſub Marco, quod apertè ſcribit Capitolinus, tam inconſideratè citatus ab Onufrio. Idem teſtatur ipſe Fronto in epiſtola ad Marcum & Auſonius in Gratiarum actione: *Non ego me contendo Frontoni, ſed Antonino præfero Gratianum.* Dein M. Cornelius Fronto nunquam Conſul ordinarius fuit, ſed ſuffectus & quidem ſemel. Auſonius ibidem: *Sed Conſulatus ille cujusmodi? ordinario ſuffectus, bimeſtri ſpatio interpoſitus in ſexta anni parte conſumtus: quærendum, qui-*

bus

bus Coſſ. geſſerit Conſulatum tantus orator. Et de hoc eſt *inſcr. 2. pag. 369.* Igitur quum alius Fronto Trajano collega dandus ſit, dedimus nos M. Julium M. F. Frontonem, cui reſcripſit Trajanus *l. 5. ff. de pœnis*, quem PRINCIPEM VIRUM appellat Plinius *lib. IV. ep. 8.* quem cum aliis primariis temporis hujus viris *L. Licinio C. F. Sura T. Lælio Q. F. Coccejano Sex. Flavio L. F. Faltone* nominat inſc. 1. pag. 199. & *curatorem viarum* facit, quod munus ſæpè poſt Conſulatum injungi ſolitum vel ex Plinii *lib. V. ep. 15.* novimus. Ab hoc diverſus Catius Fronto *ap. eund. Plin. lib. II. ep. 11. & lib. VI. ep. 13.* cujus ut minus illuſtris in his comitiis meritò nullam rationem habuimus. De ceteris aſſentior Onufrio, Frontoni ſuffectum videri Sex. Pompejum Collegam tertium, quem ut collegio ſuo cohoneſtaret Trajanus, produxit Conſulatum ſuum in Kal. Majas. Ita Trajanus uno anno duos collegas tertiò Conſules habuit, M. Julium Frontonem à Kal. Januar. ad Martias, & Sex. Pompejum collegam à Martiis ad Majas. Hanc Trajani erga viros illuſtres humanitatem multis extollit Plin. *Paneg. cap. 61.* qua & ante Trajanum Auguſtus principatum ſuum commendare deſiderabat, *niſi reclamaſſent cuncti, ſatis majeſtatem ejus imminui quod honorem eum non ſolus ſed cum altero gereret* Suet. in *Aug. cap. 37.* Mirum eſt quod in *lapide*

pide 10. pag. 321. hoc ipſo tertio Trajani Conſulatu nominantur duo collegæ principis ſimul; IMP. NERVA. TRAIANO. CÆS. AUG. GERM. III. VICERIO. ALARIANO. ET L. MARCIO. POSTUMO. COSS. An tres Conſules uno eodemque menſe? Non dicit Plinius d. cap. 61. An additus Trajanus non ut collega, ſed ut ejus anni Conſul? An hic fumum nobis vendiderunt Hiſpani? Eſt enim à Morali, qui ſaxum hoc repertum ſcribit in agro Cordubenſi. Scimus, quantum ſpuriarum & adulterinarum inſcriptionum debeamus Hiſpanis, qui, quæ ſuperbia illorum eſt, reliquum mortalium genus crediderunt carere naſo. Judicent οἷ μὲν φρένες εἰσὶ νοῆσαί τι, κρῖναί τι. Ex Kal. Sept. ſuffectos agnoſco C. Plinium Cæcilium Secundum & Cornutum Tertullum, quem cur Goltzius deſcripſerit Sp. Cornutium Tertullum, exputare non poſſum. Baron. in ſequentem annum deſignatum putat; ſed quem multa loca Pliniani Panegyrici ſatis confutant. Remitto te ad Lipſium in arg. illius. Ex Kal. Novemb. denique fuiſſe Julium Ferocem & Acutium Nervam docet idem. Feroci prænomen ſuum reddimus ex inſc. 3. & 4. pag. 198. Integer n. in illa deſcriptus eſt TI. JULIUS FEROX.

A. V.

A. V. 853.

Imp. Caſ. Divi Nervæ F. Nerva Trajanus Aug. Germanicus IV. Sex Articulejus Pætus.

Meminit horum Coſſ. *inſcr. 2. pag. 35.* Ab eodem Articulejo nomen accepit SCtum Articulejanum *l. 51. §. 7. ff. de fideicom. libert.* Nota gens eſt vel ab Auguſti temporibus, quibus Articulejus Pætus, ejecto patre, in Senatum receptus oravit, ut patri loco cedere ſibi liceret. *Dio in reb. anni 735. lib. LIV.* De ſuff. Coſſ. Onufrius conſulendus eſt. Nominat inter alios Bæbium Macrum. Is poſteà præf. Urbi A. V. 869. quo Trajanus mortuus eſt, ut conſtat è *Spart. Hadr.* An idem fuerit cum Bæbio Macro hiſtorico, quem Servius laudat, quiq; faſtos dies ſcripſit auctore Fulgentio *de priſco ſermone* dubitat Caſaub. ad Spartian. Duravit gens ad Valeriani principatum usque, ſub quo Præf. Præt. fuit Bæbius Macer, ut eſt ap. Vopiſcum in Aureliano. Eidem Bæbio Macro collegam dat Onufr. M. Valerium Paulinum. Meminit Plin. *lib. IV. ep. 9. & 12.* Conſuli deſignato ſcribit *lib. IX. ep. 37.* Extat ad eundem *lib. II. ep. 2. lib. IV. ep. 16. lib. V. ep. 19.* ſed nuſquam invenio prænomen Marci. Igitur Onufrius hoc admenſus videtur è cerebro ſuo. Longè audacior Goltz. deſcribit M. Valerium M. F. L. N. Paullinū. Solitū multis ſcriptoribus patres avosq; intrepidè nominare & in ta bulas

las mittere; quo nonnunquam imperitis ſatisfactum eſt: ſed eam vanitatem in FAMILIIS ROMANIS frequenter exſufflamus & everrimus. Sine teſte & auctoritate hujusdem anni Conſulem ſuff. nominat Q. Cælium Q. F. Q. N. Hiſponem, quem Onufrius ſaltem Cœlium Hiſponem è *Plin. lib. IV. ep. 9.* ſed uſus libro parum emendato. Meliores enim omnes appellant Cæpionem Hiſponem, quos firmat *inſc. 1. pag. 1091.* TI. CÆPIONI. HISPONI. COS. PONT. PROCOS. PROVINC. ASIÆ. ET HISPANIÆ. BÆTICÆ. Quod ſi de Valerio Paullino conjicere licet, malim *C. Valerium Paullinum* deſcribere è *Plin. lib. X. ep. 105.* ubi liberti ejus nominantur tres, C. Valerius Æſtiæus, C. Valerius Dionyſius, C. Valerius Aper. Sed neminem latet, libertos tuliſſe prænomina, & nomina patronorum ſuorum. Forojulienſem fuiſſe manifeſtum eſt è *Plin. lib. V. ep. 19.* unde filium ſuſpicer Valerii Paullini, qui A. V. 821. ſtrenuus militiæ & Veſpaſiano ante fortunam amicus, aliquot civitates in verba ejus adegit, concitisq; omnibus qui exauctorati à Vitellio bellum ſponte ſumebant, Forojulienſem coloniam, clauſtraq; maris præſidio tuebatur: eò gravior auctor, quod ipſi patria Forum Julii, & honos apud prætorianos, quorum quondam tribunus fuerat. Hæc Tac. *lib. III. hiſt. cap. 42. & 43.* ubi & adjicit ab ejusdem Pauli-

Digitized by Google

Paulini liburnicis captum potiſſimum Vitellii ducem Fabium Valentem. Quæ narratio tam honorifica facilè mihi perſuadet, communes amicos fuiſſe Tacitum, Plinium & Valerium Paulinum filium, atq; adeò ſcriptorem illum hîc præſtitiſſe, quod ex eadem amicitia petit *Plin. lib. VII. ep. 33.*

Hoc anno adverſus Decebalum ſuſcepta expeditio Dacica prior, victisq; Dacis & Scythis Trajanus triumphavit. Euſebius: Τραϊανὸς Δάκας καὶ Σκύθας ὑποτάξας κατ' αὐτῶν ἐθριάμβευσεν. Hieronymus interpres: *Trajanus de Dacis & Scythis triumphavit.* Hæc ille *num. 2117.* qui quum reſpondeat A. V. 853. verum dicit Euſebius. Nam & inſcr. *6. p. 246.* legimus: IMP. CÆS. NERVA. TRAIANUS. &c. TRIB. POT. IV. COS. IV. VICTO. DECEBALO. At Scaliger Euſebiū ſuū refellere conatur ex numo, in quo legit: IMP. CÆS. NERVÆ. TRAIANO. AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. III. quod ab illuſtri viro nollem factum. In numo erratum eſſe per oſcitantiam nemo diffitebitur, qui non tàm inſcriptionem, quàm Plinii Panegyricum legit. Hic quum ſcriptus ſit A. V. 852. in tertio Trajani Conſulatu ferè ſub finem: nec tamen quicquam dicat de victis Dacis; de rege ſupplice & triumpho principis; an exiſtimamus illo anno Trajanum Dacici cognomentum meruiſſe? Contrà trium-

triumphum Trajani è priori bello Dacico uno anno ſeriorem facit Onufrius, quem, ut aliàs, ſine ratione ſequitur Goltzius. Nos Euſebium, donec certiora doceamur ex aliis.

A. V. 854.

C. Soſius Senecio III.

L. Licinius C. F. Sura II.

L. Licinium Suram C. F. deſcribi poſſe, docet inſcr. 1. p. 199. Ter Conſulem faciunt complures p. 429. Ad eum ſcribit *Plin. lib IV. ep. 30.* de ejusdem & Trajani amicitia multa Dio tum in edit. Leuncl. tum in Exc. Peir. *p. 712.* Hoc ipſo anno Onufrius Faſtis inſeruit Coſſ. ſuffectos Acilium Rufum & C. Cæcilium Claſſicum. Plinium, quem citat, inſpexi non limis; ſed neque de collegio utriusq;, neque de cognomine alterius, neque de anno quicquam ibi certum comperi. Acilium Cos. deſignatū nominat *lib. V. ep. 20.* cum qua conferenda eſt *ep. 13. lib. VI.* Sed C. Cæcilii collegam eſſe non dicit, neque ex *lib. IV. ep. 17.* ubi C. Cæcilii Cos. deſignati meminit, hoc colligas. Abeſt in eadem Claſſici cognomen. Quod ſi C. Cæcilium eundem putat eum Cæcilio Claſſico Procos. Bæticæ & repetundarum reo; quam pingue eſt, dicere hoc anno fuiſſe Conſulem? Nam is fortuita dubium an voluntaria morte damnationem prævenit, quum adhuc Plinius ærarii præfectus eſſet, h. e, ante annum 852.

Vide

Vide ipſum *lib. III. ep. 4. & 9.* Et quamvis certum ſit Acilium Rufum & C. Cæcilium Coſſ. deſignatos eſſe; de anno tamen ſumus incertiſſimi. Alienæ temeritati non tam acceſſit Goltzius, quàm auxit nova. Vocat enim M. Acilium Rufum, neminem veritus, qui rationem poſceret. An quia multos invenit Manios Acilios Glabriones, & aliquot Manio s Acilios Balbos? At diſtincta Aciliorũ Ruforum domus, quæ proinde aliud etiã prænomẽ amare potuit. Certè in lapide 8. p. 344. reperio L. ACILIUM. L. F. Q. N. RUFUM. Q. PROPRAET. PROVINC. SICIL. TRIB. PL.

A. V. C. 855.

Imp. Cæſar Divi Nerva   *F.*
Nerva Trajanus Auguſtus Germanicus Dacicus   *P.*
L. Appius Maximus.   *II.*

De L. Appio Maximo jam obſervavit Onufr. belli Germanici confectorem eſſe, h. e. viciſſe L. Antonium in Germania, qui à Domitiano defecerat. Sed dubiæ lectionis locus eſt ap. Sex. Aurelium Victorem: *Quò per Norbanum Appium acie ſtratò.* Quidam libri habent: *Narbonum Lappium*, alii *Norbaſum Lappium*, teſte Sylburgio. Videtur, inſerta copula, legendum: *Norbanum & L. Appium.* Igitur per duos victus Antonius; ſed notior L. Appius velut dux majoris poteſtatis, qui & belli con-

ſecti gloriam in lapide vindicavit ſibi. At Dio *in Exc. Peir. p 709.* locupletior editionibus vulgatis multum detrahit; *Maximum non propterea magna laude dignum, quod & alii victoriis præter ſpem potiti ſint; & hic major induſtria militum eluxerit.* Videtur igitur Sex. Aurelius Victor præter Maximum nominare voluiſſe alium hoc bello conſpicuum: & quid tergiverſor? Hunc ipſum Norbanum laudat Martialis *lib. IX. epigr. 86.*

Cùm tua ſacrilegos contra Norbane furores
Staret pro domino Cæſare ſancta fides &c.

Joh. Cluver. in epit. hiſt. pag. 291. victum quidem ſcribit per duos, ſed perperàm vocat Norbanum Appium & L. Maximum. Nam Appii nomen à cognomine Maximi avelli non poteſt propter *inſcr. 5. pag. 359.* Sed hæc obiter. In hunc noſtrum annum incidit altera expeditio Dacica, quod inter omnes conſtat.

A. V. 856.

Suranus. Neratius Marcellus.

Neratii Marcelli clariſſimi viri meminit Plin. *lib. III. ep. 8.* Ut accedam Onufrio, & eundem ſtatuam cum Neratio Priſco Cos. & Icto *(Pompon. lib. II. de O I. §. 47.)* quem Imperio dignum Trajanus cenſuit, *(Spart. in Hadr.)* fortius aliquid conjectura deſidero. Cippus *3. p. 717. Op. Aeterni* qui nos expedire poſſet, ea parte mutilus.

Hoc

Hoc anno bellum Dacicum nondum fuiſſe confectum judicat in Chronico ſuo Calviſius. At Scaliger ad Euſeb. num. 2118. in eundem annum ab V. C. 855. rejicit & expeditionem & victoriam Dacicam. Cujus ſententiæ quoque fuit Baronius in A. C. 105. num. 1. Utrumq; vel numi parùm intellecti vel Onufrius abripuit in devia, qui l. 5. Faſt. Trajanum dicto anno de Dacis iterum triumphaſſe ſcribit. Ego malim adhibere fidem Calviſio. Non enim Trajanum *veniſſe, vidiſſe, viciſſe*, docet nos Xiphilinus pag. 776: Δι' ἀσφαλείας μᾶλλον ἢ διὰ σπουδῆς τὸν πόλεμον ποιησάμενος, σὺν χρόνῳ καὶ μόλις ἐκράτησε τῶν Δακῶν, h. e. *ſecurè bellum geſſit magis quàm celeriter, ac Dacos vix tandem ſubegit.* Alterum mihi argumentum è numis, qui ab anno 855. (quo ſuſcepta poſterior expeditio Dacica) usque ad annum 857. Trajanum non augent novo Imperatoris titulo, quod aliàs fieri ſolitum poſt reportatas victorias. Nihil opus ut hic multis oſtendam triplicem ſignificationem vocabuli *Imperatoris*, quum id egerit Caſaub. ad Suet. Cæſ. cap. 76. Accipio nunc Imperatorem pro *victore*. Quoties hoſtis vinceretur, toties princeps Imperator ſalutabatur. Hoc ſignificatu Tacitus de Auguſto 1. Ann. 9. *Nomen Imperatoris ſemel atq; vicies partum.* Quū igitur Trajanus ab anno 854.

uſque ad annum 857. cognomen *Imperatoris* ſibi non pepererit, ſit conſequens nullam etiam victoriam reportaſſe. En verò numos ipſos! Ad annum 854. pertinet ille apud Occonem p. 200: IMP. CÆS. NERVA. TRAJAN. AUG. GERM. P. M. TR. P. VI. IMP. IV. COS. IV. DES. V. P. P. S. C. Ad ſequentem annū, quo Trajanus iterū movit in Dacos, alius apud eund. p. 202. IMP. CÆS. NERVA. TRAJAN. AUG. GERM. DACICUS. P. M. TR. P. VII. IMP. IV. COS. V. P. P. S. C. Vides, ut ſuperiori anno, deſcribi IMP. IV. Ergo nullam hoc anno victoriam ſuperioribus acceſſiſſe, concludere debes. Nec te turbet cognomen *Dacici*. Adhæſit enim à prima expeditione. Ad annum præſentem 856. referendus eſt, qui ſequitur p. 203. IMP. CÆS. NERVA. TRAJAN. AUG. GERM. DACICUS. P. M. TR. P. VIII. IMP. IV. COS. V. P. P. S. C. Hinc intelligimus, neque hoc anno viciſſe Trajanum. At anno ſeq. h. e. 857. cuſus ille numus p. 204. IMP. CÆS. NERVA. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. IX. IMP. V. COS. V. P. P. Accedit inſc. 2. pag. 162. Ergò illo anno vicit, quo dictus *Imp. V.* Interim credam hoc anno 856. ſtructum à Trajano pontem in Danubio, maximum opus; de quo Lipſ. 3. Adm. 13. Busbeq. ep. 1. Leg. Turc.

A. V-

A. V. 857.

Ti. Julius Candidus II. A. Julius Quadratus II.

Hoc anno victi Daci, & Trajanus ſalutatus eſt Imp. V. ut jam dixi. Bello tamen finem prorſus impoſitum & Daciam provinciam factam adfirmare nolo. Refert Spartianus, Hadrianum *Candido & Quadrato iterum Coſſ. tribunum pl. factum eſſe.* Et mox ſubjicit, *ſecunda expeditione Dacica à Trajano primæ Minerviæ legioni Præpoſitum multa egregia facinora patraſſe.* Ut poſt Candidũ & Quadratũ II. Coſſ. & tribunatũ Hadriani id bellum duraſſe veroſimile ſit. Eſt quidẽ Spartian⁹ ex illis, qui mera mapalia fecerunt ac nihil habuerunt penſi, quo dicerent ordine, quã ἀταξίαν ad Capitolinũ notavit par omni ævo maximorum virorum, Caſaubonus & Salmaſius: ſed hîc tamẽ omnia cohærere & de incrementis Hadriani ordine & ſecundum temporum rationem locutum eſſe Spartianum, perſpicuum eſt. Hoc ipſo anno quatuor Aſiæ civitates cõlapſæ terræ-motu. Euſeb. *num.* 2121. Frequens calamitas ſub principe Chriſtianis infenſiſſimo.

A. V. 858.

L. Cejonius Commodus Verus .... Cerealis.

Alterũ hujus anni Coſ. L. Tutiũ Cerealẽ deſcribit è Plinii l. 2. ep. 11. ad Arrianũ, ubi Tutiũ Cerealẽ Conſularem vocat. Sed notandum, epiſtolam illam ſcriptam A. V. 852. quod nominet Cor-

nutum Tertullum cos. deſignatum. Nihil igitur facit ad hunc annum.

Confectum eſſe bellum Dacicum & Daciam in provinciæ formam redactam hoc anno ſuſpicer. Circa idem tempus Cornelius Palma Arabiam, quæ attingit Petram, adjecit imperio P. R. Præter Xiphilinum vide numos ap. Occonem p. 205. Sed finem belli Dacici ſtatim excepit graviſſima tempeſtas à Parthis & Getis, ſi credimus Faſtis Siculis, qui in hunc annum initium illius conjiciunt. Tamen Calviſius expeditiones Orientales ob Xiphilini narrationem de morte Suræ differendas cenſet in annum 860. quod non diſplicet. Baronius eaſdem nimis accelerat, ſine ratione.

A. V. 859.

C. Soſius Senecio IV. L. Licinius C. F. Sura III.

Suff. { *ex Kal. Julis* . . . . *Suranses II.*
{ *ex Kal. Julis C. Jul. Servil. Urſus Servian?*.

De ordinariis hujus anni Coſſ. nullum dubium, nulla difficultas; at de ſuffectis maxima. Quæritur, an hoc anno primùm Conſul fuerit C. Julius Servil. Urſus Servianus? Hoc Ill. Salmaſius *ad Spart. p. 19*, colligit ex inſcriptionibus, quas apud Gruterum reperire licet *num. 1. p. 115. nũ. 10. p. 175. nũ. 6. p. 190. nũ 9. p. 1083.* nã hi lapides partim in Conſulatu, quem geſſit a. u. 863, faciunt Cos. II. partim in eo, qui incidit in an-

in annum 886. Cos. III. Hinc minimè dubitat, quin falſum dixerit Spartianus in Hadriano, *Prætorem factum eſſe ſub Surano bis, Serviano iterum Coſſ.* & mox in illis, *Serviani ſororis viro, cui tantum detulit, ut ei venienti de cubiculo ſemper occurrerit, tertium Conſulatum tamen, cùm ille bis ante Hadrianum fuiſſet, non petenti ac ſine precatione conceſſit.* Nec ſanè de Spartiano aliter judicaſſem propter auctoritatem lapidum, niſi anno ſup. V. CL. & Conſultiſſ. DN. JOAN. GEORG. RICHTERUS J. U. D. maximo parente digniſſimus filius è Gallia redux donum pulcerrimum nobis attuliſſet Dionis Excerpta Peireſiana. Hæc quum legere cœpiſſem, reperi veriſſimum eſſe, quod ſcripſerat Spartianus, nam ita illæ magni theſauri reliquiæ de Urſo ſub Domitiano periclitante pag. 706: *Urſum verò eò quod facta ſua non probabat, parum abfuit, quin occideret: tamen deprecante Iulia eum Cos. creavit.* Ergò primum Conſul ſub Domitiano, iterum hoc a. 859. tertiò a. 863. quartò a. 886. Sed quid interim faciemus lapidibus? Non erit grave viris doctiſſimis, ſi deſtituti luce monumentorum & deficientibus veſtigiis nunc ad conjecturas confugiamus, quarũ aliàs parciſſimi ſumus. Dico igitur, primum Conſulatum Urſi Serviani ſub Domitiano Faſtis expunctum videri vel ipſius Serviani voluntate, qui temporibus illis vir magnus & ſapi-
 ens

ens erat, *ne ſcilicet* (ut verba Taciti 1. Ann. 7. leviter immutom) *per muliebres preces irrepſiſſe diceretur*. Non ſemel apud Romanos factum, ut Faſtis eximerentur nomina; quod Tacit. 4. *Hiſt.* 40. dicit *exonerare Faſtos*, ibi: *Tunc ſorte ducti, qui Faſtos adulatione temporum fœdatos exonerarent.* Igitur Dio & Spartianus ſecuti videntur inemendatos; at lapidum auctores, exoneratos. Quod verò de Serviano dixi, magnum fuiſſe ſæculi ſui virum, id pluribus oſtendit CL. *affinis noſter* D. *Thomas Reineſius*, *magnus antiquitatis Græcæ Latinæq́ vindex*, cujus verba ceu purpuram precioſiſſimam iſti quamvis ignobili panno libet aſſuere; *Scitiſſimum eſt epigramma, quod* URSO *Pilicrepo pag.* 637. *apud Grut. poſuere, dignumq́ viſum Welſero, ut in Vindel. produceretur; ſed nemo cogitavit dum ut planè intelligeremus facere; hæret enim menda verſu penultimo, qua elota & quis & quando fuerit, ſciemus.* A TER CONSULE URSO *victum ſe dicit, non* VERO. *Fuit ſcilicet* τὸ παιδικὰ *ille ſeriæ, ille deliciæ C Iulii Servilii Urſi Serviani* a. U. 886. COS. III. *cum* VIBIO VARO; *eſtq́ ejus epicedion ad Dominū ſcriptum à Papinio lib. II. Silv. 6. qui vocat Piletum Urſum. Patronus in lapide d. verſu 12. appellatur* URSUS SENEX: *quippe nonagenarius tanquam imperii adfectator paulo ante obitum Adriani Imp. mori coactus eſt cum Fuſco nepote annorum* XVIII. *Spart. Hic ipſe eſt, quem Suidas*

in

in Ἀτίκιος *Conſidē Servilium vocat, dicitq́; fuiſſe in iſta ſenectute* τὰ τοῦ σώματος ἀπαθῆ εὐμοιρίᾳ ἀξιοζήλῳ καὶ σοβαρᾷ. *De ſententia hujus Urſi Domitianus Domitiam conjugem ſuſpectam de conſuetudine cum Paride hiſtrione repudiavit; Dion. Trajano fuit cariſſimus, dignus pronunciatus, cui imperium committeretur ab eo, Dion. Conſulatum ab eo accepit bis; ſuisq́; precib. Plinio jus trium liberorum ab Imper. impetravit, Plin. lib. X. ep. 2. Adrianum etiam cognatione attigit: hujus enim ſororem Paulinam habuit uxorem, Spart. extatq́; Adriani ad Servianum Cos. epiſtola apud Vopiſcum in Saturn. Meminit ejusdem l. 8. ff. ſi ſerv. vind. Dio ſemper Severianum vocat. Honores quos geſſerit præter Conſulatum neſcimus. Caſaub. ad Spart. curioſi ſeu ſtationarii munus in Germ. ſuperiore tum quum à Nerva adoptaretur Trajanus, è verbis Spart. colligit & curſui publico præfuiſſe; in quo viri ſummi incogitantiam admiror. Virumné ſenatorium quem in conſiliariis habuiſſet Domitianus & fortaſſe Nerva quoq́; quem Trajanus cauſis capitalibus judicem dederat, Pl. l. 7. ep. 6, ætate adfecta, quinquagenarium curioſi munus quod abjectum erat, ne dicam ſervile obiiſſe? Deinde curſui publico non præerant curioſi, ſed erant in officio Præſidis, qui per diplomata copiam rei vehiculariæ faciebat benè merentibus & in publicis tantum neceſſitatibus. Imò poſterioribus ſæculis jus concedendi*

evectiones denegabatur rectoribus provinciarum, vicariis & Conſularibus, eratq; Imp. Iuliano ſolius Præf. Præt. l. 5. 12. & 22. C. Theod. de curſu publ. & cum quandoq; Pr. V. aut Coſſ. evectiones dediſſe legimus, id auctoritate non ſua ſed principis feciſſe intelligendi ſunt. Veroſimilius igitur eſt Servianum Præſidem tum, vel legatum legionum in ſup. Germania tendentium fuiſſe eiq; adfinem Adrianum à Nerva adjunctum, ut adjutorem, aſſeſſorem, comitem ſive quemcunq; officii ſocium; quo ſtante intelligimus, quomodo Servianus Adrianũ ut Trajano nuncium mortis Nervæ Imp. præferret properantem detinere & fracto vehiculo remorari tantillum potuerit, ut ſuus beneficiarius prior ad Trajanum venire poſſet. Cretam & Cyrenen gubernaſſe eundem Servianum ProCos. videor è Papinio d. l. eruiſſe. Quum enim dicit Servianum ſi fidem & meſſes negaſſet Cretaque Cyreneque facilius laturum fuiſſe & moderatius, quàm obitum Urſi ſui, non tantum prædia & clientelas ibi habuiſſe indicat, ſed & vice magiſtratus, cui fides & ſubjectio debetur, eas tenuiſſe. Hæc Reineſius in epiſt. ad me ſcripta a. d. VIII. Nov. A. S. cIↃ IↃ CXLI.

Hoc anno Trajanus videtur hæſiſſe Romæ, legatos variarum gentium & ipſorum Indorum audiviſſe, ſpectacula edidiſſe, Palmam & Celſum Viros claros ſtatuis, Suram hujus

anni

anni Conſulem, qui deceſſerat, publica ſepultura honoraſſe, Bibliothecas extruxiſſe, columnam deniq; ingentem in Foro ſuo ſtatuere cœpiſſe; quod opus ſerius abſolutum eſt. Dio lib. LXVIII. pag. 778.

A. V. C. 860.

Ap. Annius Trebonianus Gallus
M. Atilius Metellus Bradua

In his Coſſ. nominandis variant lapides. Nam 7. p. 23. vocat *Ap. Annium Trebonium Gallum M. Atilium Metilium Braduam*: At quam Smetius inſpexit & Grut. exhibet n. 7. p. 65. *Ap. Anniũ Trebonianum Gallum & M. Atiliũ Metellum Braduã.* Oculatum igitur teſtem præferendum cenſui. Goltzius v. in animad. ad Faſtos p. 287. ideò Smetianam lectionem amplectitur, quod abſurdum ſit dicere, utrumq; Conſulem habuiſſe duo nomina gentilitia, h. e. alterum appellatum *Annium Trebonium*, alterum *Atilium Metilium*. Hoc in tanto Antiquario perridiculum eſt. *C. Iulium Servilium Urſum Servianum* modò nominarat, & hîc faſtidit duo gentilitia nomina. Nimirum longè aliter fuit iſto ævo, quàm libera Rep. necdum civitatis jure donatis omnibus Italis, qui binis plerunq; nominibus delectabantur. Tamen, ut dixi, propter αὐτοψίαν ſequi placuit Smetium. Etiam I. Meurſius hîc dormitavit, qui *lib. VI. Attic. Lect. c. 8.* miratur Gallo collegam dari *Braduã*,

quum Faſti Siculi & Caſſiodorus dent *Flaccum*. At cōfundit duo diverſa coss. paria, *Gallum & Braduam* cum *Gallo & Flacco* Coſſ. a. U. 926. quos inſ. 3. p. 1105. vocat ΓΑΛΛΙΟΝ ΚΑΙ ΦΛΑΚΚΟΝ ΚΟΡΝΗΛΙΑΝΟΝ. Suffectos Coſſ. Onufr. & Goltz. hoc anno faciunt *C. Julium Africanum* & *Clodium Criſpinum*. Sed alterum *T. Sextium Africanum* deſcribendum fuiſſe, dicam mox in A. V. 864.

Hoc anno Trajanum in Orientem profectum reor. Ubi Parthamoſirim regem Armeniæ vel occidit vel removit; quod diadema à rege Parthorum non à ſe accepiſſet; & legatus Armeniis impoſitus. Veram autem cauſam expeditionis Dio candidè fatetur, δόξης ἐπιθυμίαν. Hunc legatum poſteà retraxit Hadrianus, & ut regem haberent, Armeniis permiſit. Illo ipſo tempore Trajanus *Imp. VI.* appellatus eſt, quod è Dione ac numis colligo. Quod autem ad hunc annum expeditionem Armeniacam retulerim, fecit inſcriptio Cretenſis 10. p. 1084. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙϹΑΡΙ. ΘΕΟΥ. ΝΕΡΒΑ. ΥΙΩ. ΝΕΡΟΥΑ. ΤΡΑΙΑΝΩ. ϹΕΒΑϹΤΩ. ΑΡΙϹΤΩ. ΑΡΜΕΝΙΚΩ. ΔΑΚΙΚΩ. ΑΡΧΙΕΡΕΙ. ΜΕΓΙϹΤΩ. ΔΗΜΑΡΧΙΚΗϹ. ΕΞΟΥΣΙΑϹ. ΤΟ. ΙΑ. ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Π. ΠΑΤΡΙΠΑ-

ΤΡΙ.

ΤΡΙΔΟϹ. Ita namque legendum, non ut deſcripſit Pigafetta, ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Γ. Docemur ex eadem inſcriptione, cum Dione comparata, Trajanum ΑΡΙϹΤΟΝ vel OPTIMUM appellatum hoc ipſo anno. Eſt enim hic reverà ut cognomen poſitum, nec id ante expeditionem Armeniacam à Trajano aſſumtum apertè ſcribit Dio. Eod. Hadrianus Leg. Propr. Pannoniam inferiorem obinuit, Sarmatas compreſſit, diſciplinam militarem tenuit, procuratores latius evagantes coërcuit. Spart. p. 2.

A. V. 861.

A. Cornelius *Palma II.*
. . . Calviſius *Tullus II.*

Baron. in A. C. III. quum exiſtimet è narratione Xiphilini graviſſimum illum terræmotum Antiochenum conjiciendum eſſe in hunc annum, & verò Pedonem Conſulem eodem oppreſſum ibidem referat; totum Faſtorum ordinem invertit, & hoc quidem anno Conſules agnoſcit Meſſallam & Pedonem. At profectò ratio Baronii minus valida, quàm ut in Faſtis adverſus plurium auctoritatem tanta trajectio locum invenire poſſit. Conſentiunt n. plerīq; Pedonem Coſ. fuiſſe biennio antè, quā Trajan' moreretur. Nec ſanè ex Xiphilino quicquam concludi poteſt, qui epitomator cum magno hiſtoriæ Romanæ detrimento multa omiſit

miſit vel in unam lineam compegit, ut quid hujus, quid alterius anni ſit, absq; aliorum monumentorum ope cognoſcas. Retinemus igitur Conſulum ordinem, quem accepimus, promturi ſententiam noſtram de terræ-motu in A. V. 863. De Coſſ. ſuff. *P. Aelio Hadriano L. Publilio Celſo* nihil habeo quod dicam poſt Onufrium.

Niſibis & Batna hoc anno videntur captæ, & Trajanus PARTHICUS appellatus.

A. V. 862.

.... *Priſcinus* .... *Orfitus*

Integrius hosce Conſules exhibere conatur Onufrius & Goltzius. Ego quod tèmpus edax rerum & inopia monumentorum incertum fecit, aliis bona fide incertum trado: eademq; veritatis modeſtia, quæ ſine rubore quædam ignorat, contentus liberè confiteor, res Romanas & Trajani principis hoc anno planè me latere.

A. V. 863.

C. Calpurnius Piſo M. Vettius Bolanus

L. Calpurnium Piſonem, Vettium Ruſticum Bolanum deſcribunt Onufr. & Goltzius. Sed vera illorum nomina repoſui ex inſcr. 5. p. 128. & 7. p. 163. Suffecti *C. Iulius Servilius Vrſus Servianus* II. ſecundum lapides, III. ſecundum Dionem & Spartianum, & *L. Fabius Iuſtus*, ex

iisdem

Digitized by Google

iisdem lapidibus. Fabli Juſti meminit Plin. L. 1. Ep. 5. eidemq; ſcribit ep. 11. l. ejusdem.

Hic videtur annus cladis poſt hominum memoriam diriſſimæ, qua civitas Antiochena, quum in eadem Trajanus hiemaret, concuſſa & proſtrata eſt. Non ſine legentium horrore deſcribit Xiphilinus; nec quisquam rerum tàm inconſideratus judex, ut non ſimul agnoſcat Numinis iram Chriſtianum ſanguinem atrociſſimis calamitatibus ulciſcentem. Sed cur hic annus? Quod nemo hodiè ſuperſit, qui exactus inquiſiviſſe videatur Evagrio. Is retulit in hunc annum, & dicit accidiſſe anno Antiocheno. 159. diſtare verò ab altero terræ-motu (qui accidit anno Chriſt. 458. d.14. Sept.) annis 347. Quæ tàm curioſa computatio fidem & diligentiam Evagrii præ ceteris ſane quam favorabilem facit. Noluit illum audire Scal. ad Euſeb. n. 2129. ob hanc unam rationem, quod Xiphil. ſcribat, *Conſulem Pedonem tum extinctum*. Igitur putavit incidere in annum 867. quo Conſulatum geſſere Meſſalla & Pedo. Sed pœnè certus ſum, à Dione Pedonem illum non intelligi. Refert enim illum terræ-motum ante expeditionem trans-Euphratenſem; at Meſſalla & Pedo Conſules fuerunt poſt iſtam; ut totius narrationis ſeries & alia clarè oſtendunt. Quid multis? Apud Dionem ſubſtituendus mihi videtur Πείσων in locum Pedonis; quæ correctio

ſtio nullam omninò vim facit, & jam ante in mentem erat Calviſio. Ineunte vere Trajanus hoſticum ingreſſus eſt, & omnia bellis miſcere cœpit. Xiphilin. vel Dio lib. LXVIII. p. 783.

A. V. 864.

Imp. Cæſ. Nerva Trajan. Aug.
Germ. Dac. Arm. Parth. *VI.*
T. Sextius Africanus *II.*

Africanum Coſ. integrè deſcribimus è Phlegontis l. περὶ θαυμ. c. 25. Ὑπατευόντων, inquit, ἐν Ῥώμῃ αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ τὸ ἕκτον καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ. Quàm mala igitur fide Onufrii conjecturæ ambulant, qui nobis dedit *C. Julium Africanum.* Tamen ejus ſpoliis, ut aliàs, hic Faſtos ſuos adornavit Goltzius: eidemq́; conjecturæ fidem ſuam ſubſtravit Baron. in A. C. 114. Sextiorum Africanorum domus clariſſima fuit ſub principibus. Temporibus Neronis invenio *T. Sextium Africanum* nominatum inter fratres Arvales *p. 118. 119. Op. Grut.* de quo ipſo Tacitus lib. XIII. Ann. cap. 19. §. 3. *Sextium Africanum nobilem juvenem à nuptiis Silanæ deterruerat.* Et lib. XIV. Annal. cap. 46. §. 2. *Cenſus per Gallias à Q. Voluſio & Sextio Africano Trebellioq́; Maximo acti ſunt, æmulis inter ſe per nobilitatem Voluſio atq́; Africano.* Quibus in locis ſibi nimium indulſit Lipſius, exturbando lectionem

veris-

veriſſimam & ſufficiendo, quæ locum habere non poteſt. Legebat enim *Sexto Africano*, quem putabat filium eſſe L. Antonii, nepotem Juli Antonii, pronepotem M. Antonii Triumviri, eamq; ſententiam ita certam & fundatam credidit, ut Auguſtæo ſtemmati *Sex. Antonium Africanum* infereret; quem tamen nec Hercules nec Æneas pater in domib. ſuis natum unquam agnoſcerent. Quæ cauſa tantæ confidentiæ? Quia certum eſſe putabat, quod ab aliis acceperat, *Julum Antonium Triumviri F. Cos. A. V. 743. collega Q. Fabio Maximo Africanum cognominatum eſſe.* At hoc falſiſſimum erat. Cognomen *Africani* novitii illi Faſtorum conditores Q. Fabio Maximo collegæ Juli Antonii abſtulerant, quod nunc poſſeſſori ſuo reddendum eſt. Dion in Indice Coſſ. præfixo l. 54. habet Ἰούλιον Ἀντώνιον M. υἱ. K. Φάβιον K. υἱ. Ἀφρικανόν. Numus aureus ap. Goltz. in Faſt. p. 215. ab altera parte repræſentat Jovis caput cum inſc. L. ARRUNT. L. F. IIVIR; ab altera victimæ caput infula redimitũ cum inſcr. JUL. ANTON. M. F. Q. MAX. AFRICAN. Lapis S. Op. Æt. nominat Q. FABIUM CYTISUM *Q. Fabii Maximi* AFRICANI libertum. Suet in Claudio cap. 2. *Claudius natus eſt Iulo Antonio Fabio Africano Coſſ.* Caſaubonus nõ injurius fuiſſet in homines novos, ſi nõ credere iis maluiſſet, quã decipi. Nunc dum eorũ ſententiam aliquid eſſe putat, ſed & mendam in Faſtis Siculis minus atten-

attendit; in dubium vocat Suetonii ſui fidem, qui tamen veriſſimum dicit. Vehementer admiratur idem Caſaubonus in Græcis Exceptis Chronici Euſebiani, quæ publicarit Scaliger, reperiri ΙΟΥΛΙΟΝ ΑΝΤΩΝΙΟΝ (ita leg. eſt; nec typographi lapſus haberi debet pro ſcriptura veteri) ΦΑΒΙΟΝ ΑΦΡΙΚΑΝΟΝ. Cognomen Africani rectè ademtum Antonio, & collegæ datum; ſed miror etiam illud, non ſolùm Caſaubonum, ſed & Meurſium alioſq; omnia illa Coſſ. paria, quæ vir divinus Græcis Euſebii reliquiis inſeruit, habuiſſe pro Excerptis veteribus. Si ſunt; quur id nusquam fatetur Scaliger? Imò *Anim. p. 9.* prolixam disputationem inſtituit, *An Euſebius in Chronico ſuo Conſulum nomina poſuerit?* Quid opus, ſi Græcos ipſos alicubi inter Euſebianas reliquias invenit? Adde Scal. eundem *in N. ad Græc. Can. p. 263.* ubi non diſſimulat, *acceſſiſſe ſua opera Conſules, quos putidum ſcribarum faſtidium expunxerat.* Sic igitur res habet. Ut vir incomparabilis juſtum volumen Euſebii Græci nobis daret, è Caſſiodoro in Græcum tranſtulit plerorumq; Coſſ. nomina: nec eam licentiam invidiæ ſibi fore credidit, quod exiſtimaret, licet omnes Coſſ. in Euſebii codd. expuncti eſſent, tamen illos ipſos bonam quandam fortunam ſervaſſe in Caſſiodoro. Hic enim (ut ait d. p. 9.) *Chronicon ſuum ab Aenea ad ſua tempora deducens*

cens Euſebium per omnia ſequitur, iiſdem periochis ſine ulla verborum immutatione utitur, eoſdem annos regibus Romanorum attribuit. Quare ejus Chronicon totidem verbis ab Euſebio, Hieronymo & Proſpero mutuatum eſt cum Coſſ. iiſdem, quos Hieronymus poſuerat. Vellem tamen Caſſiodorum ſolum Græcè reddidiſſet Scaliger; nec alicubi miſcuiſſet Onufriana, quæ ille quidem pro certis habuit, nunc tamen oſcitantiæ & vanitatis manifeſta ſunt. Quàm enim intolerandum pro Euſebianis Coſſ. mox in A. V. 867. nobis vendere ΟΥΑΛΕΡΙΟΝ ΜΕΣΣΑΛΑΝ καὶ ΠΟΠΙΛΙΟΝ ΚΑΡΟΝ! Et hoc exemplis demonſtrarem pluribus, niſi longius provecto jam redeundum eſſet in viam, & ad hujus anni Conſulem. Is per temporis rationem haberi poteſt filius T. Sextii Africani, cui memoriam ſuam in Tacito reſtituimus. Ipſe verò reliquit filium T. Sextium & ex eo nepotem T. Sextium, quorum meminit *inſc. 6. pag. 1029.* licet mutila.

Hoc anno ut & ſeqq. bellatum in Oriente. Euſebius καθ' ὁμάδα res Trajani congeſſit; neque tàm ferreæ frontis ſumus, ut quid ſingulis annis geſtum ſit, velut ex tabella recitemus. Quoniam hìc veteres nos deſtituunt; ſufficiat ſcire è Xiphilino & numis apud Occon. p. 214. 215. per hæc ferè tempora Orientis magnam partem armis Trajani concuſſam, Tigrim &

Euphra-

Euphratem tranſitos, Aſſyriam, Adiabenen, Babyloniam &c. debellatas; etiamſi neſciamus quid prius, quid poſterius, quid ſimul factum ſit.

A. V. 865.

L. Publius Celſus II. C. Clodius Criſpinus.
Rectè deſcripſit Onufr. è tab. marmorea, quæ reperitur p. 224. Op. Æt.

A. V. 866.

Q. Ninnius Haſta P. Manilius Vopiſcus.
Et hos integros debemus eidem tabulæ, tum inſc. 1. pag. 215.

A. V. 867.

L. Vipſtanus Meſſalla. M. Vergilianus Pedo.
Vera nomina reſtituimus iſtis ex *inſc. 1. p. 74. inſc. 1. p. 300. inſc. 5. p. 1066.* deniq; ex tabula marmorea poſt Grut. reperta, quā a. C. 1639. publicavit Alex. Donatus 3. *de Urbe Roma 13.* Onufrius & Goltzius ex conjecturis deſcribunt *M. Valeriū M. F. M. N. Meſſallam C. Popilliū C. F. Carum Pedonem.* Tam feliciter hariolamur, ubi certo antiquitatis ſuffragio deſtituti ſumus! *Quia Meſſalla eſt; M. Valerius eſt: quia M. Valerius; M. F. M. N. eſt,* quod concludendi artificium delicatis animis, & feſtivis illis ſcriptorib. qui familiarum illuſtrium continuam ſeriem ab origine rerum contexere ſciunt, fortaſſis illudere poteſt. Nos inter vana ludibria & poëtarum phaſmata rejicimus. Meſſallæ v. gentilis, ſi non pater, memoratur Tac. 3. H. 9. *Legioni tribunus Vipſtanus Meſſalla praerat, claris majoribus, egregius ipſe, & qui ſolus ad id bellum egregias artes attu-*

liſſet. Adde c. 18. ejusd. l. & c. 42. l. 4. Ut hiſtor cū laudat d. l 3. c. 25. & 28. ſed in vulg. corruptè *Vipſanius.* C. Popillium C. F. Carum Pedonem Cos. quidem reperimus inſc. 6. p. 457. ſed ex eadem multis annis recentior videtur.

A. V. 868.

L. Aelius Lamia Aemilianus .... Vetus

Non repudiarem Æmilium Ælianum, quem hoc anno Cos. voluerunt Onufr. Goltz. & alii. Æmiliorum Ælianorum familiam Hiſpanicam novi è Suet. Aug. 51. Sed aliò me ducit Phlegon ſcript. συγγεγρ. περὶ θαυμ. 9. ὑπατεύοντων ἐν Ῥώμῃ Λευκίου Λαμίου καὶ Αἰλιανοῦ Οὐέτερος. Meurſius è recentiorum Faſtis emendandum cenſuit. Sed qui gentium Rom. notitiam habet, ſtatim legi videt, Λευκίου Λαμίου Αἰμιλιανοῦ καὶ Οὐέτερος. Nam hujusdem nominis eſt, cujus meminit Xiphil. in Veſp. cui Domitiam Longinam Domitii Corbulonis filiam abduxit Domitianus. Fuerat ex nobiliſſima Æliorum Lamiarum familia, quæ à Lamo Neptuni F. orta videri voluit. Hoc anno tumultib. & rebellionib. concuſſum ferè totum imperium Romanum.

A. V. 869.

...... Niger .... Apronianus,

Meminit horum Inſc. 8. p. 1009. Deceſſiſſe hoc anno Trajanum conſtat. Vide præter alios Scal. ad Euſ. n. 2132. Atqu

hæ

hæc ex Adverſ. meis ad petitionem *Nobiliſſ. & Præſtantiſſ. Dn. Chriſtophori Ioachimi Cleevveinii* excerpta ſufficiant. Neq; enim tum alia tum crebra typographi flagitatio in eam curam totis ingenii virib. incumbere me patiebatur, ut qua cupiditate ardeam gratificandi cariſſimo capiti, non neſciret. Merebatur hoc illius erga me affectus ſingularis, ſtudium indefeſſum, gratia magnarum dotium, ingenium deniq; multo literarum cenſu æſtimandum. Quum magna pars calumnientur hiſtoriam, eloquentiam, antiquitatem tanquam Siculos logos & gerras germanas; nunquam ille præcipitavit vota ſua, nunquam à recta via ſe deduci paſſus eſt; ſed plebejorum hominum cachinnis generoſum contemtum repoſuit. Cujus animi fuerit, vel Oratio de Trajano, quam audivimus, manifeſtum facit. In qua quum ſeceſſionem fecerit ab iis, qui Trajani vitia crudeliſſima humanitate proſecuti, quasvis atrociſſimas injurias piis illatas non tantũ condonarunt, ſed illum ipſum ex inferis in cœlum rapere conati ſunt; idem judicium ceteris etiam attuliſſe puta. Quidvis aliud videre & audire, quàm multitudinem, bonæ menti & ſolidæ doctrinæ non laborantem, ſequi malebat. Eò gravius his dieb. accidit, vale nobis dixiſſe rariſſimarum virtutum juvenem, è cujus adſpectu, colloquiis & ſinceritate plus recreationis

capere

capere ſolebam, quàm ex aliorum ficto amore, ſuſurris & occultis criminationibus moleſtiarum. Sed quoniam res illius ita ferant; feramus & nos; & quum nihil aliud poſſimus, verſiculis licet parùm comtis & qualium multa millia cotidiè naſcuntur & moriuntur, ſed tamen amoris noſtri perpetuitatem ſatis declarantibus, Noriberga jamjam diſcedentem inſequamur.

Nobilis & doctæ flos illibate juventæ,
Atq; à fratre mihi proxime ſęper amor,
Quæ mihi te virtus æterno fœdere junxit,
Illa eadem noſtra cedere mandat humo.
Pars melior, JOACHIME, *hominis cognata deorũ*
Sedibus, hoc motu ſe vegetare ſolet.
Et licet illa dies, quâ tecum leniter ibat,
Sit denſa gravior, te ſine, nocte mihi;
Tu benè vive tamẽ! quidni ominer omnia fauſta?
Quando tuum ad Rheni ſidera flectis iter:
Huc, ubi compleràt meritis illuſtribus orbem
Cum magno genero maximus ille ſocer;
Huc, ubi Cecropiis BOECLERUS *fulminat armis,*
Callidaq; AUGUSTÆ *detegit acta* DOMUS.
Ergò tuo quid non liceat promittere veri,
Munere quum pateant omnia magna deûm?
HI TIBI PORRO AURAM SPIRENT A PUPPE SECUNDAM!
Quod ſupereſt, à te, non aliunde, petes.

PRO-

PROGRAMMA.

NUmum *tertium* Octavii Stradæ, qui repræſentat *Cleopatræ caput*, & *Aquilam cum fulmine*, inſcriptusque eſt, CLEOPATRA BASILISSA, explicandum ſuſcepit *Dn. Johannes Scultetus* Norib. Feliciter! Nam quamvis rerum antiquarum, cumprimis Ægyptiacarum, cognitio propter fatalem plerorumq; ſocordiam, an nimis adductam frontem? adhuc, velut in nubibus, lateat; tamen Noſter eum animum, eam induſtriam attulit, ut Aquilæ ſuæ alis velut adjutus in illas ipſas evaſiſſe videri queat. Neq; verò ſufficit unius vel alterius privati conſcientia; ſed ut illi Romani veteres, cùm inter ipſos adhuc maximum gloriæ certamen eſſet, conſpici, dum tale facinus facerent, properabant; quod refert & deprædicat *Salluſtius in Catil. 7*: Ita Noſter, eum induſtriæ ſuæ fructum maximũ arbi-

arbitratur, publicè commendari. Quamobrem *Magnif. Dn. Rectorem, Conſultiſſ. Experient. admodum Rev. &c.* etiam atq; etiam quàm obſervanter rogo, ut, ſi per valetudinem, & graviores occupationes licuerit, luce craſtina XII. pomeridiana eam gratiam & benevolentiam recitaturo mihiq; adferre velint; quam ut hactenus abundè ſumus experti, ita dignis verbis celebrare non poſſumus. Et erit hoc laboris ampliſſimum præmium, & ingeniis incitamentum, ut ad plura majoraq; vim ſuam poſſint exſerere.

Chriſt. Adamus Rupertus
Hiſt. P. P.

DE MONARCHIÆ PRÆSTANTIA ORATIO.

è numo Cleopatræ, ab Octavio Strada pag. III. publicato.

MAgnifice Dn. Rector, Experientiſſime, Clariſſimi & Excellentiſſimi Dn. Profeſſores, utq; nobilitatis decore & ingenii dotibus florentiſſima Studioſorum corona.

Cleopatram, Ptolemæi Dionyſii ſive Auletis filiam, Ptolemæi Lathuri neptem, fœminam, lenociniis & forma potentiſſimâ, & inaudito luxu luxurioſorum omniũ ante ſe ingenia ſuperantẽ, Græci Latiniq; Scriptores tanto numero tãtaq; induſtria tradidere; ut, qui eam ignoret, ne

ne pulverem quidem eruditum attigiſſe meritò judicandus ſit. Etiam noſtro tempore, hoc eſt, anno mundi per Salvatorem reconditi cIↃ IↃ CXLII. quæcunq; *de hac Regina* ſcripta ſunt, collegit & publicavit *Paganinus Gaudentius Italus.* Nihilominus ut aliorum Regum gentiumq; numi ſemper aliquid docere posſunt reconditum, & ad recondita illuſtranda faciens (unde Laur. Pignorius (a) Vir eruditiſſimus dicere ſolebat, *numos in rebus longa ſeculorum ſerie diſſitis hoc eſſe, quod in tenebris funalia*) ita producere & interpretari veterem ejusdem *Cleopatræ numum*, ſenio non erit. Retulit eum quidem Octavius de Strada inter Romanos; nec abſurdè, ut exiſtimo; quod in ejus ſinu C. J. Cæſar poſt debellatum Pompejum ſeſe refeciſſet, quodq; ſecum Romam deductam, non niſi maximis honoribus præmiisq; auctam, remiſiſſet, ut refert Suetonius (b) in ejus vita. Quem locum niſi Scaligero (c) ſubduxiſſet ætas

 jam

(a) *Epiſt. Symbol. 37.* (b) *In Caſ. cap. 52.*
(c) *Anim. ad Euſ. n. 1972.*

jam ad oſtium ſpectans, mater hallucinationum; nunquam vel Dionis fidem in dubium vocaſſet, vel Jornandem & Euſebium explicaſſet ſecus. Ne quid dicam, inter Romanos numos locum habere monumentum ejus, quæ quum occiſo Cæſare Antonium iisdem artibus faſcinaſſet,

(d) *Conjugii obſcœni pretium Romana poposcit*
Mœnia, & addictos in ſua jura patres.

Igitur de hoc ipſo numo verba conſtitui facere, non tam, ut exercitio quodam ad ulteriora me pararem, quàm ut auctoritati & juſſui Superiorum, quibus omnem reverentiam debeo, promtitudinem meam ſummitterem. Vos, *Auditores, omnium ordinum honoratiſſimi*, bonitati rationis inſignem etiam benevolentiam veſtaram commodabitis.

Agno-

(d) *Propert. lib. III. el. 9. ex emend, Rubenii lib. II. Elect. cap. 2.*

Agnoſco autem in antica numi noſtri *Cleopatra caput, diademate redimitum,*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ac ſimul Jacobi Schegkii Vellejani (e) interpretis, non neceſſariam argutiam; qui diademata Reginarum quoque fuiſſe quum non recordaretur, Trebellii Pollionis (f) locum, quo *Zenobiam accepiſſe diadema* ſcribit *nomine filiorum Herenniani & Timolai*, ſic interpretatur, tanquam aliàs nullum illi diadema eſſe potuerit. Meum quidem non eſt,

 alie-

(e) *Not. in Vell. 2, 128.* (f) *in Zenob. p. 198. ed. Sal.*

alienis erroribus adfigi, qui judicium illud Polybii (g) ſcriptoris omnium prudentiſſimi, velut oraculum, veneror ac ſuſpicio, Τοῖς κατ' ἄγνοιαν ψευδογραφοῦσιν, δεῖν διόρθωσιν εὐμενικὴν καὶ συγγνώμην ἐξακολουθεῖν. Τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν ἀπαραίτητον κατηγορίαν. *Iis, qui ignorantia lapſi falſa retulere, veniam ad correctionem benevolè commodandam eſſe; qui autem id facinus conſilio admiſere, eos citra veniæ ſpem objurgandos.* Sed abſq; malignitate tamen hîc dicam, non ſuccurriſſe Viro doctiſſimo numiſmata Reginarum, non veterum auctorum loca; quæ omnia qui congerere velit, is eadem opera conabitur

(h) *Diſcere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ,*
Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Noſſe quot Jonii veniãt ad litora fluctus.

Et nonne jam avariſſimis ſatisfactum eſt, induſtria clariſſimorum Virorum, Barnabæ

(g) *In Exc. Petr. pag. 47.*
(h) *Virg. II. Georg. v. 106.*


nabæ Briſſonii, (i) Caroli Paſchalii, (k) Jani Gruteri (l) & aliorum? ut parum decorum videatur, actum agere; vel etiam de aliorum grege victimas adducere ſuccidaneas. Nos Numiſma noſtrum vertimus, & à poſtica conſpicimus



Aquilam cum fulmine, & inſcriptione: ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. Quid hoc argumenti vel ſymboli? Non enim otioſum vel ludicrum quicquam id genus monumentis nobis oſtenderis: & rectè

(i) *lib. V. de regn. Perſ. p. 71.* (k) *lib. X, Cur. cap. 8.*
(l) *Not. ad Vell. 2. 122.*

obſervavit Pighius, (m) in his ipſis veteres ingeniorum ſuorum elegantiam ac doctrinam poſteritati veluti explicaſſe; quum variis notis & figuris alii gentium & familiarum origines, alii ſacra & religionem, alii provinciarum ſtatum ac felicitatem, alii victorias & egregiè facta civium ſuorum oſtentarent.

Non excutiemus omnes Aſiaticæ vel Europææ antiquitatis reliquias, ſed manebimus in familia Cleopatræ; cujus Propatruus Ptolemæus Apion Rex Cyrenarum, is, qui A. V. 657. Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Caſſio Longino Coſſ. fato functus, heredem populum Romanum teſtamento reliquit, percusſit numos (n) ab una parte non multum abſimiles. Nam in ſuperficie caput cornibus arietinis cum diademate, in altera aquila unguibus fulmen retinens, infra pedes alitis hæc nota , in ambitu numi ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, nobis partim eadem conſideranda, partim alia relin-

(m) *In A. V. 484. p. 451.* (n) *Scal. ad Euſeb. v. 1921.*

relinquunt ſuſpicienda. Nihil magis in-cumbere debere ſummis poteſtatibus, quam Religionis ſtudium, ſine qua nullum frenum peccaturis, nullus metus ſatis validus; inprimis illud, *ne patrius mos contumaciter repudietur*; ipſorum gentilium (o) ſententia fuit. Unde non pauci Romanos admirantur, (p) *quod quanquam ſexcentæ nationes pœnè in urbē fluxerant, quibus ſingulis ſacra ſua ritusq́; patrii eſſent; tamen ad Auguſti ævum nulla peregrina religio publicè ſuſcepta; aut ſi qua oraculorum monitu introducta, ea ipſa Romano more culta fuerit.* Sed & hanc opinionem ſubditorum animis firmiter imprimebant, Reges eſſe Θεοτρεφεῖς, *in ſinu & ulnis Deorum educatos*, καὶ πᾶσαν τιμὴν ἐκ Διὸς εἶναι, *& ab Jove ſummum honorem eſſe*; quod ipſum præ cæteris nationibus cumprimis credebant Ægyptii, de quibus Diod. Siculus: *Exiſtimant*, inquit, *non ſine divina quadam providentia perveniſſe Reges ad ſummam*

(o) *Cic. lib. II. de Div. cap. 33.* (p) *Dion. Hal. lib. II, cap. 19.*

de omnibus poteſtatem. (q) Hinc Ptolemæus Apion in numis ſuis ſignavit caput cornibus arietinis, h. e. Jovem Ammonem, patrium ac tutelare numen regni ſui, eiq; diadema circundedit, velut ſupremæ poteſtati; cui ſuam ipſe adſcriberet meritò. Addidit notam ☧, ΧΡΗΣΤΗΡΙΟΥ, oraculi vicini. Quæ poſtea reſtituto genere humano, & Eccleſia poſt graviſſimas perſecutiones emergente, hieroglyphica fuit *Nominis ac Numinis Domini noſtri* JESU CHRISTI, cum adjunctis Græcis elementis Α, & Ω, & in ſummo pedi epiſcopalis à Chriſtianis effigiari cœpit. (r) Quam originem parum animadvertentes, exiſtimarunt à litui Romani forma incurva cacumen hujus ſceptri mutuatos eſſe Chriſtianos veteres.

Sed ne lineis excidam, ecquid tandem in utroq; numo, altero Ptolemæi, altero Cleopatræ, Aquila & fulmen? *Aquilam*, Auditores, invenio *Regni & Mõ-* *ar-*

(q) *lib. I. Bibl. cap. 90.* (r) *Hemel. in Num. Croyi. p. 182. & 239. Wolf. Laz. Spec. Comm. in Num.*

archicæ poteſtatis inſigne habitum, & in omen ejusdem tractum à plerisq; gentibus. *Quum Hieroni prima bella ineunti, aquila in clypeo, noctua in haſta conſediſſet; & conſilio cautum, & manu promtum, Regemq; futurum augurati ſunt*, ut ſcribit epitomator Trogi. (s) Ubi quispiam ſuſpicari poſſit, antiquitus ſcriptum fuiſſe, *noctua in clypeo, aquila in haſta*. Nam Regium inſigne, *Aquila in haſta*; quæ vera ſceptri forma, ut nos docet Scholiaſtes Ariſtophanis in Avibus, εἰώθασιν, inquiens, ἐν τοῖς σκήπτροις ἐπὶ τοῦ ἄκρου ἐκτυποῦν ὄρνιθας εἰς κόσμον. ἐν γὰρ τοῖς τῶν βασιλέων σκήπτροις ἦν ἀετός. Quod ipſum obtinuit apud Etruſcos, qui victi à Tarquinio Priſco (t) attulerunt cum inſignibus aliis, quibus Reges ſuos ornare ſolebant, ſceptrum ἀετὸν ἔχον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, *in ſummitate habens aquilam*. Nec alia forma ſcipionis Conſularis (nam & ipſi Conſules in regiam poteſtatem ſucceſſere) quem proinde hunc in modum

(s) *lib. XXIII. cap. 4. §. 10. & 11.*
(t) *Dionyſ. Hal. lib. III, cap. 61.*

dum deſcribit (u) Juvenalis: *Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno.* Manſitq; ad ultima tempora, quod ex illis Prudentianis (x) colligimus:

Cùm Conſulatum initis, ut vernæ ſolent;
(Pudet fateri) farre pullos paſcitis,
Aquila ex eburna ſumit arrogantiam
Geſtator ejus, ac ſuperbit belluæ
Inflatus oſſe, cui figura eſt alitis.

Ceteris libris manuſcriptis, qui ſunt aves philologorum, deſtituti criticum ſcalpellum libenter etiam abſtinemus, memores illius SCti: *Siquis è libris bonis fidisq; correxerit, laudi ſemper eſſe; ſi quis è conjecturis, noxæ: niſi ea claræ, liquidæ, certæ ſint.* (y)

Nunc ad exempla alia. Refert idem Juſtinus, *prodigia magnitudinis Alexandri in ipſo ortu nonnulla apparuiſſe. Nam ea die, qua natus eſt, duas aquilas à primo mane ad veſperam præpetes ſupra culmen domus paternæ ſediſſe,* OMEN DUPLICIS IMPERII, EUROPÆ ASIÆQ.

præfe-

(u) *Sat. 10. v. 43.* (x) *Periſteph. hym. 12.*
(y) *Lipſ. in Sat. Menipp. lib. XII. cap. 16. §. 4.*

Digitized by

præferentes. Eadem avis, quum Servio Sulpicio Galbæ fulgur procuranti exta de man bus rapuiſſet, & in frugiferam quercum contuliſſet, *ſummum ſed ſerum imperium portendi* familiæ reſponſum eſt, ut nos docet (z) Suetonius. Fuit & imperii auſpex D. Clodio Albino, quamvis in exiguum tempus Fortunæ indulgentiam experto. Nam quum rarum eſſet, aquilas in his locis, in quibus natus eſt Albinus h. e. Hadrumeti in Africa conſpici, ſeptima ejus diei hora convivio, quod celebritati pueri deputaba- “
tur, quum more Romano nomen & “
prænomen & cognomen imponeren- “
tur; ſeptem aquilæ parvulæ de nido “
allatæ ſunt, & quaſi ad jocum circa cunas pueri conſtitutæ : nec hoc omen pater abnuit, qui juſſit aquilas ali, & diligenter curari. Auctor Capitolinus (*a*) in ejus vita. Similia ſcriptores notarunt in M. Opelio Macrini Aug. F. Antonino Diadumeniano Cæſare, (*b*) cui eadem die,

(z) *in Galb. c. 4.* (a) *p. 81. edit. Salm.*
(b) *Lampr. in Diad. p. 98. Caſaub. ib. p. 142.*

die, qua natus eſt, aquila ſenſim palumbum regium parvulum (ſic augures nominare ſolebant, qui omen faceret regiæ fortunæ) attulit, poſitoq; in cunis dormientis receſſit, ſine noxa. Hinc Mathematici exclamaverunt, & ipſum filium Imperatoris eſſe, & ipſum Imperatorem. Ut taceam Fl. Marcianum, cui, quum aquila dormienti umbram feciſſet, omen imperii accepit, apud *(c)* Procopium; Gordium Midæ patrem, in cujus jugo per totum diem ſeſſitavit, apud (*d*) Ælianum; & alios, de quibus in Hieroglyphicis Pierius, (*e*) Claudius Minos *(f)* ad Alciatum, Alexander ab Alexandro *(g)* in diebus genialibus, Savaro ad Sidonium. (*h*) Quæ cauſa fuerit auguribus ſic opinari, quid opus dicere? Ipſam Aquilam ἀρχὸν οἰωνῶν, *principem avium*, οἰωνῶν βασιλέα dixit Pindarus, ut erudititiſſimus Voſſius (*i*) obſervavit; eſtq; præterea Jovi

(c) Procop. lib. III. Vand. (d) lib. XIII. de Anim. cap. 1. (e) lib. II. Hier. cap. 2. & 3. (f) ad Al. ēb. 33. (g) lib. V. dier. genial. cap. 13. (h) ad Sidon. Car. 2. 127. (i) lib. III. de Idol. cap. 76. Apul. de deo Socr. Manil. l. I. Ælian. l. I. c. 48.

Jovi ſacra, cujus in poteſtate ſunt Reges. Nam ut cygnum Apollini, corvum eidem, cornicem & monetulam Junoni, alias aves iisdem & aliis diis, ita Jovi aquilam ſacravit Antiquitas (ut præter infinitos Mœro Poëtria Byzantina docuit in carmine, quod primus (*k*) vulgavit Ill. Scaliger) ejusdemq́; armigerum fecit; ſive, ut Græci loquuntur, *λαγοθήρην αὐτόν*.

Hinc additum fulmen Jovis telum: quod tamen in numo noſtro ſimul indicare videtur *vim & amplitudinē regii ſtatus, toto terrarum orbe diffuſam*. Fulmine quid potentius? ut quæ valentiora, quia reſiſtunt, vehementius diſſipat, cum lapide ferroq́, & duriſſimis quibusq́; confligit. Unde quæcunq́; violentiſſima & acerrima ſunt, elegantioribus (*l*) Latinis per figuram *fulmina & fulminare* dicuntur. Notum illud Virgilii de Scipionibus, *duo fulmina belli*. Quin & *celeritatem* in nego-

(*k*) *Scal. ad Tibulli lib. II. ad Manil. lib. I. pag. 35. Pier. lib. 43. Hier. cap. 16.* (*l*) *Sen. lib. II. Nat. Q. 52. lib. VI. Æn. v. 842. ibiq. Taubm.*

negotiis ſimul hoc eodem fulmine indicari, dubitare non poſſumus; & ſunt multæ veterum locutiones argumento, fulmen celeritatis fuiſſe ſymbolum. E poëtis Latinis idem Virgilius, (*m*) *&* *ventis & fulminis ocyor alis*; & ab illo poëtarum principe ſecundus (*n*) Papinius: *Ilicet igne Jovis lapſisq; citatior aſtris.* Ejusdemq; Virgilii (*o*) ſimia in ſuis de bello Punico ſecundo: *Ut torrens, ut tempeſtas, ut flamma coruſci fulminis.* Quid poëtas & eorum locutiones refero? Hoc ipſum volunt Romanorum numi, ſanè quàm ingenioſè ſculpti; è quibus reperitur Q. Marcii PHILIPPI, Equum repræſentans in pernicem curſum effuſum, cauda exporrecta, pone fulmen; ſummam celeritatem animalis ſignificans, cujus ſtudio deditus is, qui PHILIPPI cognomen Marciæ genti primus intulit. Refert huc Pierius (*p*) alium, in quo ſit caput humanum, capreæ coopertum ſpolio, & ſub ejus jugulo fulmen, & ab

(*m*) *V. Æneid.* (*n*) *1. Theb.* (*o*) *lib. XV.*
(*p*) *lib. XLIII. Hier. cap. 21.*

ab occipitio arcus, ab altera verò parte Pegaſus, cum ſagitta ſubjacente, *omnia* inquiens, *velocitatis indicia*, quum præſertim inſcriptio ſit L. PAPY.

Sed quis unquam febricitans tàm infanda ſomniare poteſt, quàm hîc ſomniavit Pierius, cujus omnia verba nil niſi fumi & fuci, nebulæq; in pariete pictæ. Nemo tam compoſitæ mentis, quin illi riſum moveat, caput humanum capreæ coopertum ſpolio dici, quod eſſe Junonis Soſpitæ caput, non tam ex aliis numis diſcimus, quàm ex deſcriptione Romanæ eloquentiæ (q) principis: *Soſpitam*, inquit, *non vides niſi cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis*. Eodem modo Pegaſum videre ſe putavit, quum in numo ſignatus eſſet gryphus, næ inſigni vel ignorantia, vel oculorum vitio! Nimirum numus ille non ferendus eſt ad L. PAPIRIUM CURSOREM, ſed ad L. PAPIUM CELSUM, cujus domus quum

(q) *Cic. l. de nat. deor. c. 29.*

quum è municipio Lanuvino Romam veniſſet (nam id è Pediano (*r*) conſtat, quod Annium Milonem Papiæ gentis, ſed C. Annio materno avo adoptatum Lanuvinum & patriæ ſuæ Dictatorem facit) ad indicandam originem Junonem Soſpitam, quæ Lanuvii religioſiſſimè colebatur, non minus ut gens Procilia, in numis ſuis extare voluit. Et quemadmodum idem L. Papius in aliis expreſſit Mercurium petaſatum, in aliis lyram Apollinis; ſic in iſto gryphum, Apollini ſacrum animal, quod poëticæ facultatis ſtudioſus eſſet: ac valdè conjecturam ſuam veroſimilem mihi facit Lævinus Torrentius, (*s*) ad hunc ipſum Celſum ſcripſiſſe Horatium. Quare nihil ad inſtitutum noſtrum facit, quod ſuggerere cogitabat Pierius. Ejus loco dabimus Augusti numum, (*t*) in quo ab altera parte con-

(*r*) *In Milon. Adde Sil. lib. XIII. Prop. lib. IV. el. diſce quod exquilias. Ælian. lib. XI. cap. 16. Voſſ. I. Inſt. or. 5. n. 33. Pigh. in Ch. lib. V. An.*

(*s*) *in Hor. lib. I. ep. 8.*

(*t*) *ap. Goltz. de Aug. cap. 2. num. 20. Hier. Alean. in Tab. Hel. pag. 42. Suet. in Aug. cap. 25.*

conſpicitur Auguſti caput, nullis inſcriptum literis; in altera Terminus, (ſive, ut Goltzius deſcribit, *Herma cum capite Solis radiato*) & fulmen ad pedes. Quo quidem alludere volens ad dictum ſuum ΣΠΕΥΔΕ ΒΡΑΔΕΩΣ, tarditatem per immobilem Terminum, celeritatem per fulmen ſapienter indicavit. Sed hoc ſatis.

Deniq; & *Divinitatem* regii ſtatus fulmine ſignificatam exiſtimēm; quod licet ultimo commemorem loco, tamen caput & primum haberi poteſt. Hoc verò ipſum in numis & poëtarum locis obſervavimus, fulmen conſecratis & Divis additum, unà cum radiis & aſtris, *Fulminibus manes, radiisq; ornabit & aſtris*, ait Lucanus, (*u*) cujus verſus lectionem non debebat convellere vir doctiſſimus ad Florum ſuum. Junguntur enim fulmen, corona radiata, aſtrum, divinitatis inſignia in numis æreis & argenteis, apud Hub. Goltzium, (*x*) & alios. Quæ quum ita ſint, non adeò vanè conjeciſſe vide-

(*u*) *lib. VII. v. 458.*
(*x*) *Tom. de Aug. pag. 83.*

videbimur, Cleopatram, ut in emblematis varia indicari ſolent, ſic in numo ſuo regnum Ægypti commendatum iviſſe, tum quod in Jovis tutela eſſet, tum quod hic ipſe venerationem tot gentium, vim ac robur quoddam ferreum illi circumdediſſet.

Quæ conſideratio eò me nunc deducit, ut pauca quædam pro ſententia callidiſſimæ Reginæ, ſive de MONARCHIA & regimine unius dicenda ſuſcipiam. Quod quidem faciam Poëtarum more; & quemadmodum illi *ὑστερόπρότερον* non aſpernantur in carminibus ſuis; ita quum fulmen *divinitatis* ſymbolum ultimo loco retulerim, nunc ab eadem REGNI & MONARCHICI STATUS elogium auſpicabor. Et hanc quidem Plato, qui ſapientia & dicendi majeſtate aſſurrexit ſupra id omne, quod humanum eſt, agnovit in Politico, quum ſcriberet: *Ο βασιλεὺς ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπων, Rex Deus quiſpiam humanus eſt.* Platonem ut alibi ſequitur & exprimit

Philo

Philo (y) Judæus: *ἡγεμονία πρὸς ἀρχέτυπον τῆς θεοῦ βασιλείας ἀπεικονισθεῖσα, Principatus ad archetypum Dei regnum efformatus.* Sed & Diotogenes dicebat, *Regem eſſe in mundo, veluti figuratum Deum: Θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχηματισμένος.* Item, *regnum eſſe negotium imitans Deum, θεόμιμον πρᾶγμα βασιλείαν.* Stenidas ajebat, *Regem eſſe ἀντίμιμον καὶ ζηλωτὰν τῷ πρώτῳ θεῷ, imitatorem & æmulatorem primo Deo.* Primum Deum vocabat illum, qui natura & ab ſe talis eſt; Regem alterum Deum, nempe illius progeniem & imitatorem. Illum in univerſitate rerum, hunc in terris, illum perpetua, hunc temporaria ſapientia inclytum, ſicut nos Stobæus (z) docet.

Quæ comparationes cum inſtar cauſarum eſſe poſſint; nihil opus, ut hîc vela diſſertationis explicem: niſi quod adjici poteſt, divinum etiam videri potuiſſe hunc ſtatum, tanquam ab Deo rerum omnium opifice recentem. Quum enim homi-

(y) περὶ καταστ. ἀρχ. (z) *Serm. de regno.*

hominem ad imaginem ſuam creaſſet DEUS, eundemq;, ut omnibus in mundo creatis vi rationis dominaretur, in terris principem (a) conſtituiſſet, ſtatim & unum quendam ceteris diviniorem, ſapientiaq; & juſtitia præſtantiorem populis præfecit; atq; adeò ipſe in humanis rebus ſervare voluiſſe putandus eſt hierarchiæ ſuæ cœleſtis quoddam exemplum. Ita concluſit (b) Ariſtoteles: *Primum, maximéq; divinum regnum.* Nec ignoravit Romanus (c) Sapiens: *Sed primi mortalium*, inquit, *quiq; ex his geniti, Naturam incorrupti ſequebantur; eundem habebant & ducem & legem, commiſſi melioris arbitrio.* Idem affirmavit (d) Cicero: *Omnes antiquæ gentes Regibus paruerunt.* Ex hiſtoricis verò (e) Salluſtius: *In terris nomen Regis primum fuit.* Et (f) Juſtinus: *Principio rerum gentium nationumq; imperium penes Reges erat.*

Cete-

(a) *Pigb. 1. Ann. p. 7.* (b) *4. Pol. 3.*
(c) *Sen. ep. 91.* (d) *lib. III. de L L. 2.*
(e) *in Catil. cap. 2.* (f) *lib. I. cap. 1. §. 1.*

Ceterum paullò poſt iidem mortales, quum rectè quidem judicaſſent, divinum quid eſſe regnum, & Regem vivam quandam legem repræſentare imaginem Dei, præpoſtero quodam pietatis certamine longius abrepti divinis honoribus colere cœperunt, qui & ipſi mortales erant. Unaquæq; civitas vel conditorem ſuum, vel ducem armis inclytum, imperiiq; fines longè lateq; propagantem, vel Reginam ſupra ſexum ſuum fortem ac ſapientem, vel alium novi cujusdam muneris repertorem templis & aris & ſacerdotibus venerabantur; adjecitq; plus ſuperſtitionis ſemper ulterior ætas. Non hîc recenſebo Laconum Διοσκούρους, Hyacinthum & Agamemnonem; non Arcadum Arcadem, Calliſtum, Ariſtæum; nec Eliorum ſive Alium ſive Elium, nec Argivorum Perſeum, Æſculapium, Apim; nec Athenienſium Cecropem, Cranaum, Triptolemum, Erichthonium, & alios; nec Thebanorum Herculem & Dionyſium; nec Aſſyriorum Ninum,

num, Semiramidem & Ninyam; nec Parthorum Arſacem, alioſq; infinitos; nam ad alia progrediendum eſt.

Uti jam ſuprà diximus, numus Cleopatræ non unius rei ſymbolum, præter divinitatem etiam vim REGII STATUS indicat: quam vix quisquam negare poteſt eſſe maximam. Ubi dominium ſparſum eſt, & ceu flumen in plures rivos deducitur; omnia lentè fiunt, & quamvis multi multa ratiocinentur, conſultent, decernant; tamen nihil aut parum exequuntur, & quod hodiè volunt, ejus cras pœnitet. Alterius poteſtas alterius voluntatem facilè ſupplantat. Hoc ipſum pulcerrimè docet Livius, (g) in disquiſitione, *quinam eventus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellatum, futurus fuiſſet.* Apud Romanos, quum plurium eſſet regimen, ſæpè *à tribunis plebis delectus impediti ſunt,* inquit, *poſt tempus ad ad bella iverunt: ante tempus comitiorum cauſa revocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus: collegæ nunc temeritas,*

(g) *lib. IX. cap. 18.*

ritas, nunc pravitas impedimento aut damno fuit: malè geſtis rebus alterius ſucceſſum eſt: tironem aut mala diſciplina inſtitutum exercitũ acceperunt. AT HERCULE REGES NON LIBERI SOLUM IMPEDIMENTIS OMNIBUS, SED DOMINI RERUM TEMPORUMQUE TRAHUNT CONSILIIS CUNCTA, NON SEQUUNTUR. Ab hac ipſa conſideratione dependet illud Taciti, (h) vel aliorum potius, qui Germanicum Alexandro M. non tam comparabant, quàm præferebant: *Quod ſi* (Germanicus) *ſolus arbiter rerum, ſi jure & nomine regio fuiſſet, tantò promtius aſſecuturum gloriam militia, quantum clementia, temperantia ceteriſq; bonis artibus præſtitiſſet.* Eadem mens Ibrahimi Baſſæ in Comitiis Imperii Francofurtenſibus, quum Germanis Proceribus vires ſuas crepantibus reſponderet, *Germanorum conſilia & actiones ſimiles eſſe belluæ multorum capitũ*

Mm *& plu-*

(h) *lib, II, Ann, cap. 73. §. 4.*

& plurium caudarum, quæ ſepem tranſire conaretur; & quia capitum quodq́; ſibi diverſum foramen quæreret, fieri, ut ſimul univerſum corpus maneat immotum, impediaturq́;, quò minus ulterius progrederetur. Contrà ſuum Imperatorem unicipiti animali comparabat, plures habenti caudas: quod ubi ſemel capite tranſiiſſet, ſtatim corpore toto atq́; caudis omnibus ſine ullo impedimento penetraret. Barbari judicium minimè barbarum! acclamat vir πολιτικώτατος. (i) Igitur hîc omnia fulminis vim ac celeritatem æquant, quæ apud alios eunt vix teſtudineo gradu. Hîc aquilæ (k) robur, (quam oves & cuſtodes earum canes dilaniare, ſerpentes & dracones vincere, cervos & ipſos tauros debellare Naturalis Hiſtoriæ ſcriptores volunt;) quum alibi exhauſtæ vires, fatum in propinquo ſit. Veriſſimè de eadem Germania noſtra (l) Barclajus: *Datus ad terram Imperii vigor, quod ipſi Optimates nimiis patrimoniis Imperatorum*

(i) *Forſtn. ad Tac. lib. IV. Ann. cap. 46. p. 383.*
(k) *Voſſ. lib. III. de Idol. c. 76.* (l) *In Icon. An. c. 5.*

torum beneficio aucti, commiſſas ſibi provincias tandem in principatus mutavere. Imitatæ Procerum morem plurimæ urbes, ſe quoq; velut in ſingulares Reſp. collegerunt. Leges ſibi dixere, certosq; magiſtratus: & ne dubites, ab antiquo receſſiſſe officio, ſibi nomen libertatis in ejusmodi ſeceſſione fecerunt; mutuis quoq; inter ſe fœderibus ad auxilia & aſſerendum jus repentinæ majeſtatis. Sic illa regio, quæ ſub uno ſpiritu unoq; rectore par toti Europæ eſſe poſſit, viris urbibusq; inclytis, & digna in quam Romanæ fortunæ ſpecies transierit, jam vix agrum urbemq; inveniat, quam ſuo Imperatori pleno jure cum Imperio tradat.

Apparet ejusdem Monarchiæ vis ex adminiſtratione juſtitiæ & concordiæ, perpetuaq; pace ſubditorum; quum in aliis formis ſint multæ noxæ, & ſcopuli tranquillitatis publicæ. Quod exemplo ſuo confirmat Respublica Romana, qua etiamnum libera fatetur ipſe Tacitus (m)

(m) *I. An. 2. §. 4.*

invalidum fuiſſe legum auxilium, quæ vis, ambitus, poſtremò pecunia turbaverit. Ut alia infinita taceam, quæ viris doctis obſervata ſunt; quàm miſer Aſiæ ſtatus temporibus Sullanis; quum Fimbria (n) militibus permitteret, uti agros ſociorum quaſi hoſtiles vaſtarent, àtq; obvium quemq; in ſervitutem redigerent: prohiberet *Valerius Cos. ſed ille, contemta ſumma poteſtate,* ſuos clàm moneret, ne mandatis parerent, ſed omnia ferrent, agerent! Hinc provinciæ paulò poſt oppreſſa Cæſarianis armis Rep. novum, id eſt, Monarchicum ſtatum, ut ſingulare Deorum immortalium munus veneratæ ſunt, ipſiq; Auguſto *imperii adamantini conditori* ſuper templa & aras, ludos quinquennales (o) pœnè opidatim conſtituerunt.

Jam Concordiam ſub Monarchia pulcerrimam eſſe, ex eadem hiſtoria, unde omnia magna exempla peti ſolent, oſtendere poſſumus. Sub Cæſaribus, inquit

(n) *Diod. Sic. in Exc. Peireſ. p. 407. 408.*
(o) *Suet. in Aug. c. 59. ibiq; Caſ.*

quit Lipſius, (p) *pax & quies gentium ubiq́;. Nuſquam arma, hoſtis, prædo; arabant, ſerebant; convivia, conjugia inibant; liberos gignebant: omnia ſecurè, & ne auribus quidem læſis rumore belli. Nam ſi quod tale erat; cum barbaris nempe & longinquis, & quod velut ludicrum aut fabellam, tuti limitibus & præſidiis ſuis, audirent.* Hinc illud Neronis apud (q) Senecam: *Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum ſtringentur.* Et aliud ejusdem (r) Sapientis: *Omnes conſidera gentes, in quibus Romana pax deſinit*, h. e. quæ extra ditionem finesq́; Romanos ſunt.

Quæ non plus pompæ habere, quàm fidei, vel ex militia Romana colligimus. Quippe cum Corbulo (s) in Syriam eſſet miſſus, legiones pace longa ſegnes, munia ægerrimè tolerabant. Fuerunt in eo exercitu veterani, qui non ſtationem, non vigilias inierant; vallum foſſamq́; quaſi nova & mira viſebant; ſine galeis,

 ſine

(p) *4. Adm. 12.* (q) *I. de Clem. 1.* (r) *de Prov. 4.*
(s) *Tac. lib. XIII. Ann. cap. 35.*

ſine loricis, nitidi & quæſtuoſi; militia per opida expleta. Occiſo Pertinace, (t) quum Didius Julianus invaſiſſet principatum & prætorianos milites armaret contra Severum, auctor eſt Dio, ſe riſum tenere non potuiſſe. Nam *nec milites Prætoriani*, inquit, *utpote molliter ac delicatè vivere aſſueti, quidquam nomine ac pollicitatione ſua dignum agebant, & claſſici ne quidem, quomodo exerceri oporteret, ſatis norant. Jam elephanti impoſitis turribus gravati ſeſſores ſuos excutiebant.* Hodiè tam profunda pace Turcicum imperium fruitur, quum interim noſtra Europa (u) jactetur aſſiduis bellis aut disſidiis, ſingulis dynaſtiis & principatibus nunquam deſtitutis cauſa aliqua vel timendi, vel ſperandi, vel querendi.

Quamobrem nec illud mirari debemus, reliquas formas ad florem quendam perductas, repentina quadam ſenectute marceſcere, Monarchiam ætatem ferre,

(t) *Dio in Exc, Peir. p. 73 x. & lib. LXXIII. pag. 836. ed. Leuncl.* (u) *Adde hic Pisc. Or. 15.*

ferre, & in multa ſecula durare. Poſſem hîc commemorare Aſſyrios, quorum imperium mille trecentis annis ſtetit: (x) & Perſas ab Artaxerxe rurſus erectos ſub Alexandro Mammææ filio, ad noſtram ætatem usq; & Francos à primo Pharamundo Marcomiri filio, qui regnare cœpit A. C. 419. ad Ludovicum XIV. qui nunc rerum potitur, & alios: ſed placet ad *regnum Cleopatræ* noſtræ reſpicere. Illud ab Oſiride antiquiſſimo, qui & *Mitſraim*, Chami filius Noachi nepos, conditum (unde Sacræ, quoq; literæ Ægyptum terram *Mitſraim* vocant) plurimi docuere, licet Manetho Ægyptius Menin Thinitem, qui Diodoro Μήνας, Herodoto Μὴν, Joſepho Μιναῖος, primum Ægyptiorum Regem conſtituat. Ab ætate Oſiridis ſi computemus ad interitum Cleopatræ, reperiemus *annos ferè bis mille ducentos*: & quamvis interim à Perſarum Regibus contuſum fuerit, revixit tamen poſt obitum Alexandri M.

(x) *Inſt. lib. I. cap. 3. §. 13.*

Ptolemæo Lagi Cleopatræ Proſatore, veterem ſtatum redordiente.

Minus tamen hoc eſt, per tot ſecula firmum ſtetiſſe contra lapſum; cùm illud potius æſtimandum ſit, fuiſſe tempus, quo maſcula & inquies Ægyptiorum virtus, finibus patriis egreſſa magnam partem Africæ, totumq; Orientem vinceret, ac vectigalem ſibi faceret. Refert enim Tacitus (y) quum Germanicus Cæſar proceſſiſſet, ad inſpicienda ingentia rudera veterum Thebarum Ægyptiacarum, ubi adhuc literæ Hieroglyphicæ ſaxeis molibus inciſæ viſebantur, quæ magnitudinem potentiamq; antiquam urbis illius continebant, eas interpretari juſſum, unum è ſenioribus ſacerdotibus, Ægyptiorum retuliſſe, olim ſeptingenta millia, qui per ætatem arma ferre poſſent, ibi habitaviſſe, iiſque cum copiis Rhamſen Regem Libyam, Æthiopiam, Medos, Perſas, Bactranos Scythasque ſubegiſſe; omnesq; terras, quas Syri Armeniiq; & vicini Cappadoces colunt, ex una

(y) *lib. II. Ann. cap. 60.*

una parte ad Bithynum, ex altera ad Lycium usq; mare tenuiſſe. Adſcriptum etiam fuiſſe, quid quantumq́; tributi unicuique devictarum gentium impoſitum fuerit, pondus argenti & auri, numerum armorum equorumq́;, ebur atque aromata odorifera, donorum nomine templis inferenda, modumq́; frumenti & omnium utenſilium, HAUD MINUS MAGNIFICA, QUAM GERMANICI ÆVO VI PARTHORUM, AUT POTENTIA ROMANA JUBEBANTUR. En quod Arſacidarum ſolium, quod terrarum dea gentiumque Roma; id antiquitus ſub Regibus ſuis Ægyptus fuit.

Neq́; nugas egiſſe ſacerdotem il- "
lum, permittunt nos credere Hero- "
dotus, Diodorus Siculus, fragmenta "
Manethonis apud Joſephum, & Eu- "
ſebius; qui alicubi diſcordes, in hoc "
tamen conſentiunt, fuiſſe Regem in "
Ægypto, qui totam Aſiam perdomuerit ad Scythas usque, imò Scythiæ quoque

partem ſemper invictam habitam. Diodor. Siculus (z) *Seſooſim* appellat, Herodotus (a) *Seſoſtrim*, Manethon apud Joſephum (b) modò *Sethoſin*, modò *Sethonem*. Scaliger (c) legiſſe videtur *Soſothin*, fortaſſe, quod poſtremum verè Ægyptiacum eſſet. Σῶθις enim eadem cum Iſide (d) vel cum Latinorum Heſpero; & hoc ex Luciano, (e) didicimus, Ægyptios tametſi ſint omnium hominum religioſiſſimi, tamen Deorum nomina ſibi imponere, adeò ut plerią; apud eos nomen è cœlo tractum habeant. At ne ex diverſitate nominum diverſos Reges fuiſſe ſuſpicemur, ſciendum eſt ex Euſebio & Manethone, Seſothin fuiſſe trinominem, vocatumą; præterea *Rameſſen* & *Ægyptum*, ejusą; fratrem *Armaim* ſive *Danaum*, illum per poëtarum libros celeberrimum. Ραμέσης nominatur Ammiano Marcellino (f) in explicati-

(z) *lib. I. cap. 55.* (a) *in Euterp.* (b) *lib. I. contra Appionem.* (c) *in Euſeb. n. 534.* (d) *Pig. ad mẽs. Iſiac. p. 26.* (e) *dial. pro Imag.* (f) *lib. XVII. pag. 98.*

Digitized by Google

catione Hieroglyphicarum eximii illius obeliſci, temporibus Conſtantii Romam tranſlati; quod antiquiſſimum totius terrarum orbis monumentum Sixtus V. Pontifex humo limoq; demerſum A. C. 1588. extraxit erexitque, & Hieroglyphicas omnes, quas olim Hermapion Græcè interpretatus eſt, & noſtro ſeculo Latinè Fr. Sylburgius, in ære Cyprio cum antiquitatum ſtudioſis communicavit.

Atq; ita memoriam Regis illius, apud Tacitum, de cujus potentia nihil ſe legiſſe, nihil etiam credere ſcribit *magnus ille Taciti Soſpitator*, Lipſius, è bonæ fidei ſcriptoribus reduximus; & ſimul humanæ potentiæ gloriæque conſideratione meritò ingemiſcimus. Ægyptus illa potens, illa ſuper omnes ſpecioſa, illa Aſiæ Libyæq; domitrix ita jacet, ut temporibus noſtris unus è Rep. literariæ principibus, qui

(g) *molta tenẽs anteiqua, ſepolta, vetuſta,*

(g) *Enn, ab Agell, lib. XII, cap. 4.*

Quai faciunt mores veteresq́ꝫ novosq́ꝫ tenentem.

Moltarum veterum legum Divomq́ꝫ hominumq́ꝫ

Prudens

poſteritatem æternum ſibi devinxit, de potentiſſimo Monarcha dubitarit, num fuerit unquam. Sed ita res habet, ut ipſe Lipſius(*h*) alibi pulcrè philoſophatus eſt: *Habet hoc ætas, ut formam primò tollat, tùm rem, tùm famam & nomen. O ſpes & res humanæ, quid eſtis? quo itis?* Simul hîc abjungo, Auditores, & quum de Monarchia plura deberem, tamen omnia jam aliis præcerpta eſſe animadvertentem omninò revocat illud poëtæ, (*i*) quod jam in proverbium abiit:

Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

(*h*) *lib. III. de Mag. Rom, cap. 2.*
(*i*) *Iuv. Sat. 7.*

INtaminatæ haud otioſe ſectator,
SCULTETE laudis, corculi mei corclū

De-

Decuſq; dulce, fide cætera & concors
Adverſe in uno, nobili quòd in vera
Doctrinæ harena vividaq; virtutis,
Cui auſpicatus æmulator inſiſtis,
Me nec priorem nec parem potes ferre:
Sed enthei ſubnixus ingen I nervis,
Comaſculata fronte publicos hoſtes,
Triſulco ab ore damna ſæva fundentes,
Ignaviam, Ignorantiam, & Scelus tetrum,
Sine clade victor ſternis impetu vaſto;
Et impedita tela florida lauru
Suspenſa ab aureis tholis in æternæ
Sacrario locare niteris Famæ.
Me tute noſcis, qui meis cano Muſis,
Cuticula tectus mea, mihi vivens,
Non alta ſpiro, diligo polo natas
Venerorq; mentes: pulvere ipſe contentus
Meaq; terra claudico, ut meus Scazon.
Tu verò perge flos decuſq; Muſarum,

Ocelle Phœbi lecte, perge certare:
Quid ſi ipſe cedam? porrigam tibi palmam
Manuque? Vel vinci periculum dulce eſt
In hoc agone: Victus hîc abit Victor,
Et ſumma laus eſt, alta quæq; conari.
Jactata prima eſt haſta, pugna pugnata eſt
Sat proſperè: ſi faverint Dii cœptis,
Si cum Minerva moveris manum, quondam,
SCULTETE, victorum mihi eluces Victor.

Joh. Conradus Dürr, Norib.

PRO-

Digitized by Google

PROGRAMMA.

VEnit ad me, paucis abhinc diebus *Juvenis Præſtantiſſimus Dn. Martinus Johannis, Kittinga Francus*, & Orationem *de Arminio* cenſendam mihi dedit. Vix unum & alterum folium perlegeram, & ſatis intelligebam, non eſſe perpetuò verum, quod ſcribit præſtantiſſimus ſapientiæ, Plato, οὐδὲν ζῶον λυπούμενον ᾄδειν, *nullum animal mœſtum canere*. Hic enim virtutem Herois incomparabilis, & Germanorum veterum, peregregiè ceciniſſe & celebraſſe mihi videbatur, quamvis à malignitate fortunæ undique & undique oppugnetur. Simul autem mentem ſubibat illud, *jam ab antiquo ita fuiſſe, ut inopia laborarent, jacerent, negligerentur, contemnerentur boni & eruditi; contrà florerent, extollerentur, & memorabiles haberentur aſini, ſtipites, aſſentatores, delatores; & inprimis illi,*

illi, *qui*, verbo Juvenalis, *nigrum in candida vertunt.* Sed ut ille ingenii ſui ſpecimen mihi, ita hoc ipſum aliis, quorum major in judicando dexteritas, lubens meritoq́; ſubmitto. Quamobrem *Magnif. Dn. Rectorem &c.* ad orationem illam audiendam quàm obſervanter invito. Et licet grates dignas non reperiam, quas reponam prioribus in me beneficiis; tamen non minimum defectus hujus ſupplementum erit *animus, qui benefactorum & humanitatis immemores odit.*

Chriſt. Adamus Rupertus
Hiſtor. P. P.

DE

DE ARMINIO, FORTISSIMO CHERUSCORUM PRINCIPE,

& acerrimo Libertatis Germanicæ Propugnatore,

ORATIO.

SI, quanta in me ad excuſandam hanc meam audaciam dicendi eſt neceſſitas, tanta VOBIS quoque eandem audiendi foret lubido ac patiẽtia. *Magnifice Dn. Rector, Perilluſtres & Generoſi Dnn. BARONES, admodùm Reverendi, Conſultiſſimi, Excellentiſſimi, Clariſſimiq; Dnn. Doctores, & omnium Facultatum PROFESSORES, Tuq; & gente & mente vere nobiliſſima STUDIOSORUM corona, ad utilitatẽ & laudẽ Patriæ nata atq; educata:* Si, inquam, in meum mihi patrociniũ nunc tam prodire, quã cœptæ modò Orationis

telam

telam pertexere liceret, in ipſo ſtatim veſtibulo Vobis timorem meum ingenue profiterer, qui animum, qui corpus, qui deniq; me totum corripit, & in ipſo ſtatim dicendi limine obſtupefactum quaſi ſuffulminat. Neq; enim ego ad illã D. Auguſti aram Lugdunenſem verba facio, *ad quam* poſt tertii Conſulatus faſces Cajus Caligula *ſceleratiſſimus ille ac funeſtiſſimus, qui* Eutropii judicio *etiam Tiberii dedecora purgaverit, ludos edidit miſcellos; certamen quoq; Græcæ, Latinæq; facundiæ inſtituit, quo certamine victoribus præmia victi contulere, eorundem laudes componere coacti. Illi autem, qui maxime displicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere juſſi, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi,* (a) Neptunoq; inferias ſolvere maluiſſent, quemadmodum teſtatur Suetonius non minimus inter Hiſtoricos. Non inquam hæc ara mihi formidoloſa nunc eſt, ſed ad ipſam Muſarum & Apollinis aram (ſi Chriſtiano homini

ſine

(a) *Suetonius lib. II. cap. 20.*

ſine idololatriæ Ethnicæ ſuſpicione ac ſuperſtitione ſic loqui fas eſt,) orationem hanc habeo, *ad quam non niſi exercitatiſſimo cuiq; aditus patuit, ad quam nihil, niſi elaboratum induſtria, perfectum ingenio, acriq; limatum judicio adferri oportere,* (*b*) vel ipſi ex Tullio jubetis ac ſciſcitis, Auditores omnium ordinum ſplēdidiſſimi. Sed quis ego? Cujus ætas & ingenium tantum abeſt, ut amusſitato per numeros pede perorare, ut pulpita frangere, aut quatere poſſit magni Demoſthenis arma: ut potius cunctis, quos circumſpecto, herbam porrigere, &, modo per temporis ac loci hujus rationes integrum foret, lingua ſpongiave delere non erubeſcerem, quidquid congeſtum eſt in chartam.

Accedit illud Menandri oraculum metum adaugens,

Νέος ὢν ἀκούειν τῶν γεροντέρων θέλε,

Juvenis Senes audire cogita Viros.

Quam enim quæſo aliam ob cauſam veteres illi Perſarum pueros ſuos apud natu gran-

(*b*) *Cic pro leg. Manil.*

grandiores verecundari potius, quàm in-verecunda loquacitate infantiam ſuam proſtituere graviter voluere, niſi quod ſatius eſſe duxerint, audire, quam audiri?

Tandem argumentum, quod dicendi materiam præbuit, propter hiſtoriæ antiquitatem, & Auctorum, qui de ea ſcripſere, raritatẽ difficillimum, non parum mihi incutit timoris; quippe quod præter Tacitum Romanæ Hiſtoriæ Scriptorem nunquam tacendum vix unus atq; alter pauciſſimis, & extremo quod dicitur, digito attigit.

Verùm quidquid horum ſit, ſolatur me tamen, quod ille ad Cæſarem dicturus ajebat: *qui apud Te dicere audent, Cæſar, magnitudinem Tuam ignorant; qui non audent, humanitatem.*

Solatur, inquam, me hoc meritò, qui tanquam hos oculos novi. Vobis A. O. eandem quoq; animi eſſe ſententiam: Veſtra enim magnitudo precioſas quidem ex locuplete ærario dicendi gemmas deſiderat, atq; etiam meretur; ſed ita,

Digitized by Google

ita, ut minus ſplendidos ex paupere theca lapillos interea nec faſtidiat, nec abjiciat. Vos itaq; ſubſidente jam aliquantulum formidine intueor. Vos appello, in oculis, in vultu & præſentia veſtra acquieſco, benivolentiæ & humanitatis Veſtræ Zephyros exopto; quibus ſubvectus quaſi, citra ambages palæſtram hanc ſubibo, non tanquam Orator ad Vos veniens; ſed ut luculenter adprobem omnibus, quot quantisq; me nominibus obſtrictum iis fatear, quorum partim hortatibus, partim juvamine hanc dicendi provinciam, quantumvis imparem humeris, in me recepi.

Propoſitum vero mihi dicere de ARMINIO fortiſſimo illo Cheruſcorum Principe, & cordatiſſimo Germanicæ libertatis propugnatore: cujus quũ pro lectione publica nuper ex Tacito meminiſſemus, Te quidem, *Excellentisſime & Clariſſime Dn. RUPERTE, Præceptor ætatem colende*, ea, qua polles, facunda præeunte; tanta ſtatim Herois iſtius,

iſtius, ingenue fateor, accenſus ſum a
miratione, ut nullus dubitaverim, c
gnum eundem eſſe, cujus nomen ex h
cathedra perſonaret, & Patronorum e
ſtimulationibus ſignum quoddam erig
ret. Quod dum facere adgredior, ad V
A. O. confugio, atq; ea, qua par eſt, a
nimi ſubjectione rogo, ut qua alios qu
multos ex hoc ipſo loco verba facient
complexi eſtis audiendi benivolenti
eandem mihi quoque tanto de Viro d
cturo clementer adſpirare, & orationen
non ampullatam, ſed humili ſermone
ne omni ceruſſa & lomento conſcripta
favoris veſtri ſidere irradiare non ded
gnemini.

Platonem, ſummum illum Athen
Virum, pro tribus maximè Diis grati
egiſſe accepimus, *quod Homo, non Belu*
quod Græcus, non Barbarus; quod Ath
nienſis, non Megarenſis aut Thebanus n
tus eſſet. Quid mirum ergo, ſi hoc ſen
per à Viris ingenii & eloquentiæ glor
eminentiſſimis non inter poſtrema fu

hab

habitum, ut, quem commendandum ſusceperunt, ejusdem laudes à patria & genitali ſolo potiſſimum exordirentur? Neq; enim heic album illorum ſententiæ adjicimus calculum, qui à natali ſolo majorumq; ceris aliisq; fortunæ bonis tanquam extra hominem poſitis neminem deprædicari poſſe aut debere arbitrantur. Etenim uti in illis ſummam felicitatem minimè ſitam cum ſapientiſſimis ſtatuimus: ita viciſſim ex laudata patria magnam quoque in cives ejus redundare gloriam, vim denique animis mortalium peculiarem imprimi ipſa comprobante experientia conſtanter pronunciamus. Romani certe eloquii facundiſſimus Cicero Præceptorem ſuum vel inde in numerum civium adſciſcendum contenderat, (c) *quod eſſet natus Antiochiæ, loco nobili & celebri quondam urbe & copioſa, atque erudítiſſimis hominibus liberaliſſimisq; ſtudiis adfluente.* Quamobrem ſi Solem umbra ego ſequar, mihi de Armi-

nii

(c) Cicer. pro Archia Poëta.

nii invictiſſimi Herois factis & laudibu dicturo inter prima quoque occurrit Pa. tria GERMANIA, ejusq; populus va. lidiſſimus, quorum loca hodie Illuſtriſſi. ma Brunſvicenſium Ducum Serenita colorat. Quod ſi vero *Arminio noſtr* propitia Cœli *clementia* eo *tempore na*. ſcendi tribuiſſet *originem*, quo Muſæ humaniores mari trajecto, faſtidita Ro. ma, unà cum imperio in Germaniam ſe. des ibi fixuræ perpetuas transmigrarunt, poſſemus equidem regionis iſtius laude modeſto ſilentio inpræſentiarum præ. terire: quandoquidem ab iſtis inde ſecu. lis ad hæc noſtra tempora non defuerun ingenia præcellentia, qui laſcivientibus Germanomaſtygibus oris impudentiam detergerent, oſtenderentque, tantum Germanos reliquis Mundi populis lite. rarum virtutumq; gloria antecellere,

Quantum lenta ſolent inter viburna cu. preſſi. (d)

At verò natus eſt Arminius iis tempori. bus, quibus tanta erat in Germania ſtu.

(d) *Virgil, Ecl. 1.*

dio

diorum penuria, ut, ſi Tacito (e) fidem habemus, *Viri pariter ac feminæ ſecreta literarum ignorarent*, neque eſſent, qui tantæ Gentis memoriam ab interitu atq; oblivione vindicatum irent, qui præclariſſima ejusdem facinora in ſempiternam orbis terrarum memoriam ſpargerent. Pleni quippe ſunt omnes noſtrorum hominum libri, plenæ omnes Sapientum voces, illam cum gemitu querelam ingeminantium, omnia priſcorum Germanorum facta non niſi Homero, aut divinæ Maronis Muſæ memoranda, feralibus & plusquam Cimmeriis, Cimmeriis verò? imò æternis oblivionum tenebris jacere damnata, quod nullo literarum lumine accenderentur; & quo fœcundior virtutis ſeges tum ſterneretur, quo plures res geſtæ ad ſcribendum conferrentur, hoc pauciores, ſed quid dico? imo nullos extitiſſe, qui conſcriptis Majorum virtutibus ſeræ nepotum poſteritati exemplum imitandum transmitterent,

Nn &ad

(e) *Tacit. de mor. Germ. cap. 19.*

Digitized by Google

& ad parem conſequendæ tantæ glori
felicitatem eos incenderent.

Miramur etiamnum hodie vetuſti
ſſimos Aſſyriorum, novimus penes ipſo
primæ Monarchiæ faſtigium ſtetiſſe, a
ipſis poſtmodum ad Perſas, à Perſis a
Græcos, à Græcis ad Romuli poſtero
Fati legibus converſum: numeramus to
Romanorum triumphos, tot clades, to
Conſules, tot Rhetores & Imperatores
legimus tot Philoſophorum vetuſtiſſ
morum vitas, dicta & facta, quibus i
hodiernum usq́, diem Muſarum Conſo
cranei tanquam cœleſti quodam nectar
paſcuntur. De ſolis Germanis tot natio
num victoribus, tot coloniarum, to
gentium conditoribus, Majoribus no
ſtris fortiſſimis, rem dictu triſtem lap
dique miſerabilem! nihil nobis in medi
natis Germania conſtat, niſi quod jura
tiſſimi Germanici nominis hoſtes nob
reliquerunt. Quotus enim quisq́, ve
ſtrûm eſt, A. O. qui neſciat, niſi præte
Julium Cæſarem divinum illud Taciti
Auto

Autoris ſine exemplo maximi, opus *inter Corbeienſis Monaſterii pulpita inventum adſervatumq́ fuiſſet*, (f) vix umbram Germanorum in aliorum libris nos conſpicaturos? Quæ quum ita ſint, dabitis, ſpero, Aud. honoratiſſimi, veniam liberius in priſcam Majorum noſtrorum gloriam exſpatiaturo. Ventoſæ Græciæ & nobilium Quiritium prima ſi inquiramus incunabula, colluviem inveniemus transfugarum & neſcio quorum hominum ad aſyla collectorum. Noſtra autem Germania non è Trojæ funeratæ cineribus excitata (g) *non ex aliarum gentium adeuntibus & hoſpitiis mixta, non aliarum nationum connubiis infecta, raptiuq; in matrimonium virginibus inviſa: ipſi Germani indigenæ, ipſi propria & ſincera & tantum ſui ſimilis gens extitere. Ipſi originem ſuam antiquis carminibus celebratam conſervatamq́*, (id unum enim apud illos memoriæ & Annalium genus erat,) *ad Tuiſtonem Deum terra editum*

(f) *Herman. Kirchner. in Orat, de ſtud. Hiſtor.*
(g) *Eutrop. lib. I. Hiſt. Rom.*

& filium Mannum referunt. (h) Ta
efficax eſt Diabolus in ſuperſtruenda
nimis mortalium ſuperſtitione, ut quu
Gentis ſuæ majeſtatem ortumq; Germ
nia vetus ad Viri ſanctiſſimi *Noachi pr*
nepotem, Japheti nepotem Aſcanem, I
Moyſi Aſcenazum, (i) Tacito verò *Tu*
ſtonem deducere poſſit, eundem tame
Terra, quàm tam ſancto Patre genitu
dicere maluerit ! Requiritis Fortitud
nem, virtutem illam non niſi Viris digni
ſimam ? *Germanis quid eſt animoſiu*
quid ad incurſum acrius ? quid armoru
cupidius ? quibus innaſcuntur innutriu
turq; : quorum unica illis cura eſt. (k) Re
quiritis laborum tolerantiam ? *Quid Ge*
manis induratius ad omnem patientiam
ut quibus, Senecæ (l) viri graviſſimi te
ſtimonio, *magna ex parte non tegumen*
corporis proviſa erant, non ſuffugia adve
ſus perpetuum cœli rigorem.

Requiritis ſummam fidelitatem? A
verò *nullos mortalium armis aut fide an*

Ger

(h) *Tacit. de mor. Germ. cap.* 2. & 4.
(i) *Genes. X.* 1. 2. 3. (k) *Seneca lib. I. de Ira cap.*
(l) *Idem ibid.*

Germanos eſſe, (m) multis abhinc ſeculis in Pompeji theatro audientibus ſpectantibusque ipſis Septimontii Senatoribus compertum eſt, Germanis illum ſibi locum vindicantibus, *quem Romani earum Gentium Legatis adſervabant, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent.* Et dubitabunt adhuc iſti pervicacis ſupercilii oblatratores, qui quum Germanorum oculos vultusq; graves ferre non poſſent, calces eorum tanquam canum degeneres admordere ſolebant, dubitabunt inquam de fide, de virtute Majorum noſtrorum, quos tamen ipſi florentiſſimi eo temporis imperii Principes dignos judicarunt, quorum fidei ſpreto ſui populi ſatellitio corporis, vitæ, laterumque ſuorum cuſtodiam committerent? Hi nimirum ſunt illi populi, (n) *quibus Nero Imp. maximè fidebat:* hi ſunt, qui univerſum theatrum territarunt, ut iis ſpectatores cum planctibus (o) cum lacrumis Deorumq;

(m) *Tacit. lib. XIII. Annal. cap. 54.*
(n) *Tacit. XV. Annal. cap. 58.*
(o) *Joſeph. lib. XIX. A. I. cap. 1. fol. m. 557.*

& filium Mannum referunt. (h) Tam efficax eſt Diabolus in ſuperſtruenda animis mortalium ſuperſtitione, ut quum Gentis ſuæ majeſtatem ortumq; Germania vetus ad Viri ſanctiſſimi *Noachi pronepotem, Japheti nepotem Aſcanem, D. Moyſi Aſcenazum,* (i) Tacito verò *Tuiſtonem* deducere poſſit, eundem tamen Terra, quàm tam ſancto Patre genitum dicere maluerit! Requiritis Fortitudinem, virtutem illam non niſi Viris dignisſimam? *Germanis quid eſt animoſius? quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur innutriunturq;: quorum unica illis cura eſt.* (k) Requiritis laborum tolerantiam? *Quid Germanis induratius ad omnem patientiam? ut quibus,* Senecæ (l) viri graviſſimi teſtimonio, *magna ex parte non tegumenta corporis proviſa erant, non ſuffugia adverſus perpetuum cœli rigorem.*

Requiritis ſummam fidelitatem? At verò *nullos mortalium armis aut fide ante Ger-*

(h) *Tacit. de mor. Germ. cap 2. & 4.*
(i) *Genes. X. 1. 2. 3.* (k) *Seneca lib. I. de Ira cap. 11*
(l) *Idem ibid.*

Germanos eſſe, (m) multis abhinc ſeculis in Pompeji theatro audientibus ſpectantibusque ipſis Septimontii Senatoribus compertum eſt, Germanis illum ſibi locum vindicantibus, *quem Romani earum Gentium Legatis adſervabant, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent.* Et dubitabunt adhuc iſti pervicacis ſupercilii oblatratores, qui quum Germanorum oculos vultusq; graves ferre non poſſent, calces eorum tanquam canum degeneres admordere ſolebant, dubitabunt inquam de fide, de virtute Majorum noſtrorum, quos tamen ipſi florentiſſimi eo temporis imperii Principes dignos judicarunt, quorum fidei ſpreto ſui populi ſatellitio corporis, vitæ, laterumque ſuorum cuſtodiam committerent? Hi nimirum ſunt illi populi, (n) *quibus Nero Imp. maximè fidebat:* hi ſunt, qui univerſum theatrum territarunt, ut iis ſpectatores cum planctibus (o) cum lacrumis Deorumq;

 inno-

(m) *Tacit. lib. XIII. Annal. cap. 54.*
(n) *Tacit. XV. Annal. cap. 58.*
(o) *Ioſeph. lib. XIX. A. I. cap. 1. fol. m. 657.*

innocentiæ teſtium invocatione ſuppli-ces quaſi obtulerint dexteras? Hi ſunt, qui Macedoniæ Regem Orbis propemo-dum totius Victorem quæritantem, quid-nam Germani maximè formidarent? ge-neroſo riſerunt reſponſo, metuere ne cœlum in ſe ſit ruiturum. Iſtis quippe hominibus cerebrum non erat in calca-neo, ut non intelligerent, Regem homi-nem à ſe metui arrogantiùs velle, qui ne-minem tamen mortalium, ſed ſolam cœ-leſtium Numinum potentiam religioſo timore (p) venerarentur. Hi ſunt, quo-rum equitatum ſemper hoſtibus antepo-ſuit Maximnus (q) Imperator. Hi ſunt, qui pro Reipub. & patriæ libertate atq; gloria in unum corpus, & in horrendum iſtud Romano Imperio nomen coive-runt, qui incredibili virtute Græciam Aſiamq; victoriis ſuis illuſtrarunt, Ro-manas aquilas & legiones validiſſimas proculcarunt: quum interim (ò pudor!) Romani Impp. abſentem votis hoſtem inter-

(p) *Tac. de m. G. cap. 9.*
(q) *Capitol. & Herodian. lib. VIII.*

interficerent, triumphos agerent mimicos, tropæa erigerent ſuperbo cum titulo, (r) *Debellatis inter Rhenum Albimq; nationibus exercitum Tiberii Cæſaris ea monimenta Marti & Jovi & Auguſto ſacraviſſe. Triumphati magis, quàm victi ſunt Germani,* (s) ut novimus ex noſtro Tacito, cui vel ſoli immortales Germani debent gratias, quod facta ipſorum literis inſerta lividis Parcarum manibus Orciq; tenebris ſubtraxerit, ſubſequuturis miranda potius, quàm imitanda ſeculis;

Quæ niſi tanta eſſe fatear, ut ea vix cujusquam mens & cogitatio, nedum anguſti Orationis hujus carceres, capere poſſint, amens ſim; ſed tamen etiam ſunt his longe majora; & ſi Marius, ſi Julius, ſi Germanicus Druſus, ſi Tiberius, ſi deniq; alii priſcæ Germaniæ hoſtes ſtygio ſoluti ſomno auræ vitali redonarentur, incredibilia. Tacitum certe ſilentibus eductum tenebris ſi Orcus ſeculo ſiſteret noſtro, aut nominis ſui omen imple-

(r) *Tac, II, Ann, cap, 22,* (s) *Idem de m, G, cap.37.*

re, aut quæ de hisce terris tradiderat, recantare oporteret, (t) *Germaniam informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu adſpectuq́, nemini adeundam, niſi cui patria ſit.* Quis in hoc laudatiſſimo Minervio non eſt, qui flumina prius retro actis ferri curſibus, aut Perſicarum ungularum myriadibus ſiccata, quàm hæc etiam de veteri illa Germania crediderit? *Gentem illam populoſiſſimam tam latos ſinus & inſularum immenſa ſpatia complectentem* (u) nullos habuiſſe agros, niſi quibus (x) *Infelix lolium, & ſteriles dominentur avenæ? nullas arbores,* niſi quibus Pomonæ inclementia fructum negaverit? *nullam argenti aurive venam, quam tum nemo perſcrutatus erat?* (y)

Sed quo dilabitur orationis curſus? Non amor patriæ facit, ut ſupra rem; ſed res facit, ut infra amorem dicam, pedemque heic figam, plura quidẽ de vetuſtiſſima Gentis noſtræ fama & gloria habens dicere, niſi Veſtra audiendi attentio aurem

(t) *Id. ibid.* (u) *ibid cap. 1.*
(x) *Virgil. Eclog. V.* (y) *Tac. ibid, cap. 5.*

rem mihi, ut ad alia progrederer, velſicaret.

Quemadmodum verò Simonidis Lyrici judicio *beate ac perfecta ratione victuro ante alia patria debet eſſe glorioſa:* ita etiam non extremam laudis lineam dixeris, bonis prognatum eſſe parentibus. Etenim, ut Poëta canit Stellatus,

(z) *Permagni refert etiam, quos quisque parentes*
Accipiat.

Tobiam (a) juniorem, quod optimi patris eſſet filius, patruo ſuo acceptiſſimum fuiſſe ſacratiſſimæ divini Codicis literæ nos docent. Nactus autem eſt Arminius noſter Parentes non lupam, quam Romulum nutriiſſe Florus memorat; non ſemidraconem hominem, qualem proſatorem Athenienſium Reges agnovére; non figulum, quem patrem habuit Agathocles, quod tamen ſine læſo tantæ Majeſtatis crimine dixerim: ſed genere nobiles, ſed Proceres Germaniæ. *Patrem* quip-

(z) *Palingen, in Capricor.* (a) *Tob, VII, 7.*

quippe *habuit Sigimerum Principem gentis ejus, (b)* ut ſcribit Paterculus, Vir quà toga, quà ſago percelebris. Tanta autem erat Principum apud Germanos auctoritas, tanta veneratio, (c) *ut infame in omnem vitam ac probroſum fuerit, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe, prælioq; ſupereſſe; quum is occubuiſſet, pro cujus ſalute ſpiritum devoveris. (d) Illum defendere, tueri, ſua quoq; fortia facta gloriæ ejus adſignare ſacramentum erat. Principes pro victoria pugnabant, Comites pro Principe.*

Fidem Numinis! Gentem illam tam feram, ſi Diis placet, tam à vero DEI Trin-Unius cultu abductam, ut, ſi Patri Tertulliano (e) ſubſcribimus, *Tibilenum* (vernacula noſtra *Diabolum* ſonare jam pridem animadvertit Vir doctiſſimus, *(f)* lumen illud & Taciti & Germaniæ Althamerus) *religioſo fuerit proſequuta cultu*, Principum tamen ſuorum Ma-

(b) Vellej. lib. II. cap. 118. (c) Valer. Max. lib. II. c. 1. (d) Tac. de m. G. cap. 14. (e) Apologet. cont. Gent. cap. 23. (f) Altham. Com. German: pag. 150. 187.

Majeſtatem ita reverenter ſuſpexiſſe, tantoque in precio habuiſſe, ut vitam & incolumitatem eorum vitæ ſanguiniq; ſuo antetulerit, quis noſtrum non admiretur? non ſummis proſequatur laudibus?

Sed cur ad laudem decusq; tanti Herois in arceſſenda paternæ nobilitatis origine tam operoſi ſermonis tela texitur? *(g) Quum genus & proavos, & quæ non fecimus ipſi,*

Vix ea noſtra putes,

& pereat

- - - (h) omnis in illo

Gentis honos, cujus laus eſt in origine ſola.

Quin ipſum Arminium, nominis etiam ſui augurio memorabilem, propius inſpicere precium fuerit operæ, in quo tanquam æquore ſpeculi pellucidiſſimi ſummo congeſtum gradu videas, quidquid in alios fortitudinis in alios prudentiæ, in alios conſtantiæ, & quidquid tandem Virtutis nomine admiramur, parcior Naturæ opes ſuas explican-

(g) *Horat.* (h) *Ovid, in Carm. ad Piſon.*

tis contulit benignitas. Cui autem gloriam hanc adſcribemus, niſi Educationi? Cujus tanta vis, tantaque neceſſitas, ut ῥίζαν καὶ πηγὴν τῆς καλοκαγαθίας ſapientiſſimus Plutarchus dixerit. Educatus autem eſt noſter Arminius non domi apud Parentes tantum & focos patrios, ſed Romæ quoq;, &, ſi ad conjecturæ divinationem dilabi liceat, in ipſa D. Auguſti aula, in domo regnatrice. *Erat enim aſſiduus militiæ* Romanæ *comes*; (*i*) non domi inter Gynæceorum deſidiabula puellari tegmine indutus pudori regio inſidias parabat; non inter nentium colos aut ſtamina reptabat; non culices conficiebat; ſed arma, ſed bella, quibus innatus innutritusq; more erat patrio, ſpirabat. Verſabatur inter aquilas & regna, caſtra delectabant, hoſtem optabat, documentum virtutis & animoſi ſpiritus, qui juvenilis annos ætatis prævertens ingratæ moræ damna impetu plusquam virili compenſaret.

O de-

(*i*) *Paterc, lib, II. cap, 118,*

O deteſtandam contrà ſeculi noſtri mollitiem! O perfractas ſantiſſimæ educationis & diſciplinæ leges! Turbulentiſſimæ tempeſtatis noſtræ procellæ quanto decretoriæ diei noviſſimi panegyri in horas quotquot propiores nos advolvunt, tanto profundiori vitiorum Oceano mergunt, tanto intricatioribus errorum labyrinthis rupto Ariadnes, hoc eſt, diſciplinæ filio dementatos nos implicant. Sed quosnam primum cenſoria notandos virgula putabimus? Illos, quibus in faſtigio collocatis inſtitutionis omnisq; virtutis exemplum inferioribus adlucere fas eſſet? An eos, quibus parendi obediendiq; ſeveras leges Parens Natura ſanxit? Si Æſculapium nobis conſulere liceat, audiemus capite malè adfecto in omnia corporis membra deſcendere morbi gravitatem, corrugari frontem, contrahi genas, ſtrangulari fauces, intercludi arterias, torpere manus, labare genua, totum corpus flaccere & diffluere. Quam ergò nos membris pollice-

bimur ſanitatem, ſi capita ulceribus ſcateant? Quid clyſteres applicandas ventribus, aut crura emplaſtris obliganda dictitabimus, ſi capita interim helleboro egeant? Eſt certe Solis inſtar Principum vita, à qua omnes colorem & lucem fœnerantur: quod ergo terris ſperabimus lumen Sole graviſſimæ involuto Eclipſi? Superioribus quidem ſeculis aulæ Principales erant *(k) templa Spiritus Sancti, Prudentiæ oculi, libra juſtitiæ, ſedes fortitudinis, regulæ temperantiæ, honeſtatis exemplaria, fontes Gratiarum, Muſarum chori, Doctorum gymnaſia, Theologorum Sacraria, pauperum menſa, refugia innocentum, præſidia miſerorum.* Quid hodiè? Fateor ſane, A.O. de Regibus Principibusq; me hominem novum & infimæ ſortis non auſurum quidquam dicere, niſi de Principe Germano dicendum nunc eſſet: dicam autem, quod res eſt, tribus verbis: NEBULÆ PARIETI ADPICTÆ.

Et

(k) *Vide Orat. Cl, Ruperti de Sophia Marchion. Brandenburg.*

Et ne videamur Manes piiſſimorum verbique divini radiis illuſtratorum Regum Mauſoleis ſuis excire, quibus jam dudum æternam requiem ſubditorum pietas gratulata eſt: agite abeamus in priſca retro ſecula, perluſtremus Romam, ſpatiemur in campum Martium: videbimus ibi palarios tyrones, ſagittarios ac funditores, Martiobarbulos, adſultores, deſultoresq;: ſimplicem & extenſam aciem, mox duplicatam, deinde quadratam aut trigonam, vel in orbem conglobatam. Dixeris in hos quadrare, quod ille Anchiſæ filius in Carthaginis conditoribus jactitavit laboris ſtudium:

(l) *Qualis apes æſtate nova per florea rura*
Exercet ſub Sole labor, quum gentis adultos
Educunt fœtus, aut quum liquentia mella
Sipant, & dulci diſtendũt nectare cellas,
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto

Igna-

(l) *Virgil. lib. I. Æneid.*

Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent;
Fervet opus.

Eamus cum Ænea ad Evandrum Romanæ Urbis conditorem: at non Carmentis nymphæ monitis, aut nocturnis Ægeriæ divinantis congreſſibus opus fuerit Regis ejus in educando filio adſiduitatem cognituro: adeat ſaltem Vatem Andinum, cujus verba utpote paterni adfectus amore ardentia referre non pigeat: ſic autem ille de Evandro ad Æneam:

(m) *Hunc tibi præterea, ſpes, & ſolatia noſtri,*
Pallanta adjungam, ſub te tolerare magiſtro
Militiam, & grave Martis onus, tua cernere facta
Adſueſcat, primis & te miretur ab annis.

Et quis in amorem patrium tam ἄστοργος eſſe poſſet, ut ſilentio involveret illam Phrygii Ducis exhortationem, qua jam-jam

(m) *Virgil. lib. VIII. Æneid.*

jam prælium redintegraturus filium, ut ſuis naviter inſiſtat veſtigiis, exſtimulat? (n) *Diſce puer*, inquiens, *virtutem ex me, verumq́ laborem,*

Fortunam ex aliis, nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit, & magna inter premia ducet.
Tu facito mox, quum matura adoleverit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum
Et Pater Æneas, & avunculus excitet Hector.

Sed redeamus in Germaniam, ne videamur in exterarum gentium diſciplina tempus & calamum terere, noſtrorum autem Majorum negligentes eſſe, quorum educationem cum reliquis ſui ſeculi collatam non æqua ſtare lance, ſed prægravare, ſed palmam præripere ii tantum negabunt, qui cucurbitas lippiunt. Teſtes advoco non domeſticos, ſed Romanos, quibus opinor vel invitis Germa-

(n) *Idem lib. XII. Æneid.*

norum

norum virtus hæc & alia quam plura veritatis teſtimonia extorſit. (o) *à parvulis eos labori & duritiæ ſtudere, puerum protinus haſtile tenerum vibrare, nudos juvenes* etiam in maximo frigore, *(p) inter gladios ſe atq; infeſtas frameas ſaltu jacere, pleroſq; nobilium adoleſcentium ultro petere eas nationes, quæ tum bellum gerunt, quia ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clareſcant: exigere eos Principis ſui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemq; frameam.* Rectiſſimè heic uſurpaveris illud Claudiani:

- - ſi bella tonant, prius agmina duris
Exerce ſtudiis, & ſævo præſtrue Marti.
Non brumæ requies, non hybernacula ſegnes
Enervent torpore manus.

Sed quorſum tandem hæc? ſciſcitetur aliquis: ut nimirum conſtet: *Quantum hodiè à primis degeneretur avis.* Etenim virtutes jam invertimus, ſincerum vas

(o) *Cæſar lib. VI. de Bell. Gall.*
(p) *Tacit. de m. G. cap. 14. & 24.*

vas incruſtamus, laſciviam riſu accendimus, maſculam liberorum indolem hebetamus, probroſum illud Poëtæ in nos (q) proritantes,

- *Vos animos juvenes geritis muliebres,*
Illaq; virgo Viri.

Atq; hæc tempeſtas tanto eſt luculentior, tanto ad ruinam efficacior, quanto graviore fulminis impetu non in pauperum tabernas, & ceſpititias modo caſulas, ſed in auguſta quoque Regum & Principum palatia detonat, adfundentibus incendio ſomenta & oleum adulatoribus, queis jure perfundi, permingi, ſputum lingere, in alternas partes adfectata claudicare ſtoliditate ſumma eſt & unica voluptas. Itaq; ô Germani, ſi Viri, & cives, ſi Germani eſtis, eluite tandem quæſo hanc maculam pudendam, neque, ut quæ poſt nos ſequetur ætas, extinctam in Vobis Majorum gloriam conqueratur, permittite. Sed me Germaniæ ſenium atq; infamem civium pandi-

(q) *Chriſt, Matth, Syſtem. Polit, lib. III, pag. 280.*

Digitized by Google

pandiculationem deplorantem (deſleri enim hæc magis, quàm defendi poſſunt) neſcio amor Patriæ, an faſtidium longius propoſito abripuit?

Redeo ad Arminium, cujus educationem quia cognoviſtis, nunc indolem quoque expendite. Non verò heri dequoque expendite. Non verò heri demum aut nudius tertius, ſed Oecumenico quaſi omnium ſapientum concilio approbata eſt vox, cum ſemine Patrum quoque virtutem in ſobolem hereditario jure bonoque gentilitio ſolere transfundi, & in tenero ætatis vere ſtricturas quasdam promicare radiorum, ex quibus futuræ æſtatis ſerenitatem haut fallacibus ſignis conjicere, & ex puero virum divinare poſſis: præſertim quum acceſſerit ad naturam eximiam atq; illuſtrem ratio quædam confirmatioq; doctrinæ. Neq; hæc felicitas Arminio noſtro defuit. Non credis id mihi nominis lancinator Germanici? Audi Paterculum, Virum cæteroquin in profundendis hoſtiũ elogiis admodum parcum. Huic Arminius

audit

audit. (r) *Juvenis genere nobilis, manu fortis, ſenſu celer, ingenio ultra barbarum promtus.* Adjunge majorem in fidem Tacitum, qui ita de noſtro, (s) *pleraque Latino ſermone interjaciebat, ut qui Romanis in caſtris ductor popularium meruiſſet.*

Has dotes, hanc felicitatem ſoli invidens Germaniæ Romana ſuperbia, ut ejus quoq; gloriæ partem ad ſe traheret, cum Inguiomero Patruo, cum Segeſte (puderet eum nominare, niſi Socer Noſtri eſſet, dignus alioquin, cujus nomen cum Actii Navii poſteris æterno prematur ſilentio) Arminium noſtrum in eum dignitatis & honoris gradum adſcivit, quem vulgo Equeſtrem, quem Perſeus ille Macedo *ſeminarium Senatus, indeq; lectos in Patrum numerum Conſules, inde Imperatores creari* dixit: *Datum inſuper jus civitatis Romanæ:* quæ tamen beneficia non niſi in eos collata, qui aut Rempub. Romanam multis ſibi meritis devinctam

(r) *Vell. lib. II. H. R. cap. 118.*
(s) *Tac. II. Annal. cap. 10.*

ctam tenuiſſent, aut S. P. Q. Romani ſocii atq; amici habiti eſſent. Tantam nimirum Virtus de ſe ſpargit admirationem, ut in ſui mercedem atque gloriam hoſtes quoq; adliciat, & ad benefaciendum calcar addat. Eant itaque nunc, & Antyciram navigent iſti tam ſuperbientis ſupercilii homines, qui ſe ſolos ſapere, nos ſicut umbras volitare, tamq; ſimplices eſſe ſomniant, ſed non in Parnaſſo bivertice, ut ſcapham ſcapham, ficum ficum adpellare ſoleamus. Hinc vocant nos *truces & feroces*, ut Sidonius; *ſuperbos*, ut Pauſanias & Caſſiodorus; *immites*, ut Appianus; *barbaros*, ut Cæſar & populi Romani ſimiæ, quibus omnes barbari, qui mores, qui arma, qui avaritiam ipſorum ferre non poterant, qui *caput illud rerum Terrarum Deam Gentiumq; Romam* non adorabant. Frangant ſanè ſuos in virtutibus noſtris genuinos, quicunq; res benè geſtas earundemq; comitem boni nominis famam limis deſpiciunt oculis; nos interim vel ipſis teſtibus con-

conſtanter adfirmamus, Arminium noſtrum fuiſſe ingenio promtum, ſenſuq; non minus celerem; cujus vel unicam tantum lineam hoc die ex Tacito pingemus.

Clauſerat prudentiſſimus Dux A. Cæcinam Severum (t) anguſto tramite vaſtas inter paludes, ſylvasque paulatim ac clives, *neq; tamē militibus ſuis, quanquā libero incurſu prius in hoſtem excurrendi copiam fecerat, quàm hærere hoſtem cœno, turbari milites, incertum ſignorum ordinem, lentas adverſum imperia aures vidiſſet: tum irrumpere ſuos jubet, ſcindit agmen, equisq; maxime vulnera ingerit.* Vicit itaq; Arminius prudentia magis, quàm armis, tantumq; metus Panici terrorem hoſtibus incuſſit, *ut funeſtas tenebras, & tot hominum millibus unum jam reliquum diem lamentarentur:* deletæq; procul dubio Romanæ eſſent legiones, ſi aut Inguiomerus Arminii conſilio aures præbuiſſet, aut gens tam armorum cupida occaſionem pugnandi, quàm pugnam

(t) *Tac. lib. I. Ann. cap. 65.*

gnam ipſam maluiſſet. Nimirum non e-rat obſcurum Arminio, quantum in acie & prælio robur cum calliditate poſſit, præſertim ſi temporis atq; occaſionis opportunitate adjuvetur.

Precamur itaq; illis hominibus helleborum ſalutis loco, qui omnem ingenii felicitatem non veteribus ſolùm, ſed hodiernis quàm maximè Germanis denegatum eunt, *quod animi plerunq; in illis corporibus ſentiant ſe retuſos, & aciem cæterorum tanquam in ſe intentam moleſtiſſimo timore ſuſpiciant.* Quid hoc in Germanos dici poſſit gravius? quid ſpargi injurioſius? quid adſeri impudentius? qua fronte, qua conſcientia hoc audent? Quum divinum Typographiæ inventum jam pridem Germanos immortalitati conſecraverit: ut nihil dicam de tormentis bellicis, nihil de divina Matheſi, quæ partim à nemine, quam iisdem felicius reſtituta, hoſtes noſtri, velint nolint, confeſſi ſunt. Ingratus profecto & injurius eſſem pientiſſimos in Manes Megalan-

galandri noſtri Lutheri, niſi heroicam ejus indolem iſtorum Thraſonum calumniis opponerem, moreq́; Majorum ex longinquo deoſcularer: cujus cœleſti animatus Flamine ſpiritus tricoronatam illam Sanctorumq́; cruoribus temulentum Beluam citius proſtravit, quàm aggreſſum eſſe quisquam putaverit.

Neq́; *Ducatus Brunſvicenſis*, definitā ſuprà *Arminii* noſtri *patria*, felicitatis ſuæ gremio hodie excidit, ſed ſequente potius magnitudine obruitur, imò luce ſua in totam transfuſa Europam nitidior exſplendeſcit. Hujus enim ſoli fertilitas, & illa Muſarum Gratiarumq́; filia JULIA Juliæ Magnificentiæ opus clarisſimum ex ſe, tanquam ex equo Phrygio, plurimos rei literariæ produxit milites. Et ne longe heic abeamus, teſtabuntur id mihi parietes hujus Athenæi celeberrimi, ſedesq́; Patrum Academicorum venerabiles, quas bigæ illius Virorum cordatiſſimorum, CUNRADI RITTERSHUSII & MATTHIÆ BERGII, il-

lius quidem dubium excellentioris Theologi, an Juriſconſulti? iſtius vero Philoſophi & Ethices Profeſſoris eruditio ſtupēda, ac pœnè divina nobilitavit; quorum fama ad extremos terræ locos, ubi literarum humaniorum nomen deſinit, terminum ſuum ſtravit. Præterea nimis longum foret ire jam per auguſta *Principum Brunſvicenſium Lüneburgenſiumq;* palatia, evolvere annales, & ſtricto adumbrare calamo triumphos ac laureas eorundem, quorum Virtus, quorum fama & bellis parta victoria tum tacebitur, quum fatalem extrema buccina Orbi intonabit interitum. Nos interim dum ad alia properamus, velut in tranſcurſu virtutis noſtræ oſoribus hoc unico Ptolemæi Aſtronomorum omnium Patris dicto aures vellicabimus; (*u*) *natura temperatos & placidos moribus eſſe Germanos, ex regionis, quam incolunt, qualitate.* Habent enim ſingulæ regiones ſuum quaſi ſpiritum proprium, qui incolis patriæ

(*u*) *Ptolem. II. Quadrip.*

eriæ habitum & cupiditates ingenerat, ut (x) *Aſiaticorum luxuries & malacia cœli mollitiem, Gallorum vero corpora nives ſuas ſequantur, & mox, ut caluere pugna, ſtatim in ſudorem eant, leviq; motu quaſi Sole laxentur.*

Jam vero virtutibus Arminii quæ poteſt par oratio inveniri? In ſummo Imperatore jam olim eloquentiſſimus ille Senator Cicero, quem ſolum Romanus populus magnitudini imperii ſui parem habuit, quatuor has res ineſſe oportere exiſtimabat: *Scientiam rei militaris, Virtutem, Auctoritatem, Felicitatem.* Quis autem Arminio ſcientior unquam fuit, aut eſſe potuit? Quapropter ut dignum eo præconem, quanquam ore meo vicario proferam, ſcientiam ejus militarem ſcientiſſimus ille & Orator & Imperator Cicero ſuis commendari ſinat verbis: Arminius quippe (y) *è ludo atq; ephebio bellis maximis atq; accerrimis hoſtibus ad Romanum exercitum atq; in mili-*

(x) Flor, lib, II, cap. 4. (y) Cicero pro Lege Manil.

litiam profectus eſt, qui ineunte adoleſcentia maximi ipſe exercitus Imperator fuit, qui ſæpius cum hoſte conflixit, quàm quisquam cum inimico concertavit, plura bella geſſit, quàm cæteri legerunt: cujus adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non tam alienis præceptis, quàm ſuis imperiis, non tam ſtipendiis, quàm victoriis eſt traducta. Quod deniq; belli genus eſſe poteſt, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicæ, amorq; patriæ libertatis, & nullam rem eſſe declaraverit in uſu militari poſitam, quæ hujus Viri ſcientiam fugere poſſit? Evagarer porro liberius in Virtutes Arminii, laborem in negociis, fortitudinem in periculis, induſtriam in agendo, celeritatem in conficiendo, conſilium in providendo exponerẽ, niſi jam ſupra easdem in hoc Germaniæ Camillo ſarctiſſimo conſpiraſſe fœdere cognovisetis.

Sed nec illa ad Amyclas aut Pythagoræ ſcholam erit ablegenda virtus, qua ſola nonnunquam fortiſſimi Imperato-

rum

rum exercitus ſui calamitatem in victoriæ precium redegere, CONSTANTIA nimirum in rebus adverſis, quæ tanta eſt in hoc uno, ut reliquis cum Imperatoribus, quos aut vidimus, aut audivimus, facile de palma certaverit. Neq; enim perpetuo tam habuit propitiam Arminius fortunam, ut ſuas ad partes ſecundis volitaverit alis: expertus quandoq́ non ſua quidem ſocordia aut temeritate, ſed cœco potius ſuorum impetu atq; invidia ancipitem belli fortunam hos modo ſupprimere, quibus tot læta victoriarum tropæa vix nudius tertius ſtatuiſſet; illisq; rurſus victrices conciliare laurus, quibus haud pridem funeſtam poſuiſſet cupreſſum. Cæterum qui hos caſus, hos impetus æquo ferre animo, qui non minus in adverſis de ſecundis, quàm in ſecundis adverſa cogitare, qui æqua, nedum infima, minimum inſolita ducere, uno verbo ipſam calamitatem invicti animi robore contemnere, & quaſi triumphare didicit, hunc ego non homi-

nibus, ſed Deo ſimillimum judico. Jam in Germanis, in Arminio, quod miremur, & à quo ſumma rerum maximarum exempla petamus, habemus. Auſus enim juvenis fortiſſimus laceſſere non primordia populi Romani, ſicut alii Reges Ducesq;, ſed florentiſſimum, ſed adamantinum, ut eſt apud Julianum in Cæſaribus, imperium, quum bellum ea tempeſtate nullum, Romæ omnia tranquilla, quum (z)

diræ ferro & compagibus arctis
Clauſa eſſent beli portæ:

quum non raro ancipiti, etiam cruento Marte diſcederet vel ſuccumberet, victor tamen ſemper miſeriis glorioſum caput extulit, invictus, quum maximè vinceretur. *Tota* enim (a) *volitabat acie, manu, voce, vulnere pugnam ſuſtentans; ſed labante jam victoria oblitus faciem ſuo cruore, ne noſceretur, ferro & virtute per medios hoſtes viam ſibi aperiebat*: haud neſcius, (b) *Germanos ſuos plus* repe-

(z) *Virg. lib. I. Æneid. v. 297. 298.*
(a) *Tac. II. Annal. cap. 17.*
(b) *lib. de m. G. cap. 30. & cap. 6.*

reponere in vita ac virtutibus Principis ſui, quàm in exercitu; & *cedere loco, dummodo rurſus inſtes, conſilii, quàm formidinis arbitrari.* Sane crediderim ego, Superos hanc virtutem reliquis mortalium commodaſſe, Germanis autem ingeneraſſe, ac propriam feciſſe, ut (c) *plura eſſent eorum inſignia, & magnitudo ferè calamitatibus adprobaretur*, ut cum Floro hos flores legam: quando & ſequioris ille naturæ ſexus, cujus animus plerumq; in malis & metu frangitur, tanto conſpectiorem ſe hoſtibus exhibuit, quanto animum generoſiorem hæc virtus inhabitat.

Quis non mirabitur virilem tantaq; Heroina dignum ſpiritum *Thusneldæ*, uxoris Arminii, patriſq; degeneris filiæ optimæ? quæ quum adverſa belli fortuna cum Patre Segeſte capta ad compedes, ad triumphum raperetur, Germanam ſe veramq; Viraginem exhibuit: *non victa in lacrumas* (quibus tamen in

 ſexu

(c) *Flor. lib. II. cap. 2.*

ſexu iſto nihil frequentius, nihil expromtius, ſed& fucati⁹ nihil) *neq; voce ſupplex, ſed commiſſis intra ſinum manibus gravidum uterum intuens* (d) ſpeq; ſobolis futuræ captivitatem & triumphum pudoris magis, quàm gloriæ plenum facile illuſit, nihilq; tam ſtolidæ ſuperbiæ, ut ovum ovo ſimile duxit, quàm feminam inermem, obſidione captam oſtetnari in triumpho, cujus maritus Romano interim ſcriberet ſanguine, & nihil tam ageret, quàm ut fœdum illud & grave libidinis atq; avaritiæ Latialis jugum à Germanorum cervicibus excuteret, ut virgas & ſecures & togam inter Albim & Rhenum contereret, ut patriam, ut parentes & antiqua adſereret, quàm novos dominos, novas colonias adnoſceret; nihilq; ægrius ferret, quàm ex oculis, ex deſiderio ſuo ſubtractam conjugem dulciſſimam, pugnarum vulnerumque ſuorum ſpectatricem, (e) *laborum periculorumq; ſociam, idem in pace, idem in prælio paſ-* ſuram

(d) *Tac. I. Ann. cap. 57.*
(e) *Id. de mor. Ger. cap. 18.*

ſuram auſuramq́;. O egregium, omnibusq́; periculis majorem animũ! ô virtutem vere divinam, quæ Germanos quondam, ah quondam! omnium populorum oculis admirabiles, nullis armis ſuperabiles deprædicavit, quibus nimirum fata ſummum jam eo tempore Terrarum orbis faſtigium, trabeasq́; & faſces imperii deſtinabant!

Et quoniam Auctoritas multum quoque in bellis adminiſtrandis poteſt, certe nemini dubium erit, quin ea in re Arminius noſter plurimũm valuerit. Exponam hoc iterum non meis, ſed diſertiſſimi Oratoris mutuò acceptis verbis: *Vehementer pertinere ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocii de Imperatoribus exiſtiment, quis ignorat? quum ſciamus, homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus fama, quàm aliqua certa ratione commoveri. Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius fuit? cujus res geſta pares?*

De quo homine Vos Romani, id quod maximè facit auctoritatem, tanta & tam præclara judicia feciſtis? Equeſtrem ordinem tribuiſtis, jus civitatis contuliſtis, liberatorem Germaniæ appellaviſtis, aliis honorum titulis cumulaviſtis. Itaq; ut plura non dicam, neq; aliorum exemplis confirmem, quantum Auctoritas valeat in bello, ab eodem Arminio experimentum capiatur certiſſimum. Qui quo die bello Germanico præpoſitus eſt Imperator, tanta ſtatim fide, tanta celeritate patriam ſuam expeditam à Varo dedit, ut citiùs oppreſſos Romanos, quàm initum prælium, ut Ducem, Fata, terram, diem, ſilvas, paludes, totam deniq; rerum naturam in exitium infelicis exercitus repentinum conſenſiſſe crederes.

Jam verò accepta calamitate illa, ex eo prælio, de quo Vos A. O. antea admonui, *quum timuiſſent noſtri, & modò abire ſedibus, modò trans Albim concedere paraſſent*, hoſtium verò opes atq; animi creviſſent, amiſiſſemus Germaniam, niſi

niſi ipſum id temporis divinitus Arminium ad ulciſcendam injuriam, coërcendumq́; Romanorum faſtum fortuna Reipublicæ noſtræ extimulaſſet. Diſſimulata clades ea Tacito, qui parum ex auctoritate & dignitate populi Romani judicavit, eam virtutem multis proſequi verbis, quæ ſpretis vulneribus, luctu excidiisq́;, dolore atq; ira accenſa dubiam victoribus palmam feciſſet, (f) *niſi Arminius ob continua pericula impromtus, recentiq́; vulnere tardatus acie exceſſiſſet, aut Inguiomerum tota volitantem acie fortuna magis, quàm virtus deſeruiſſet.*

Age verò illa res quantum declarat ejuſdem Arminii apud hoſtes populi Germanici auctoritatem, quod (g) *non Cheruſci modo, ſed conterminæ gentes tam brevi tempore hujus imperio ſe tradiderunt; quod tractus in partes Inguiomerus veteri apud Romanos auctoritate?* Poteſtis igitur jam conſtituere, Patres Conſcripti, Auditores attentiſſimi, hanc au-

(f) *Tac. II. Ann. cap. 21.* (g) *Idem I. Ann. cap. 60.*

ctoritatem multis poſtea rebus geſtis amplificatam quantum apud exteras gentes, apud finitimas civitates valituram fuiſſe exiſtimetis? nimirum ſolito more (h) *expetitam legationibus, & muneribus ornatam* nulli dubitabimus. Præterea ſi metus, ſi terror hoſtilis maximè auctoritatem conciliat, quis quæſo poſt Hannibalem Italiæ terribilior, quis Romanis auribus formidabilior extitit Arminio? qui tanto majorem de ſe in Italiam metum atq; ſolicitudinem emiſit, quod Romanos ſuis quaſi ſagittis configere, h. e. iisdem bellorum rationibus, iisdem ſtrategematibus circumvenire illorum in caſtris didiciſſet; quod adverſus eos bellandum eſſet Quiritibus, (ut ex dulciſſima Livii (i) mellugine hunc quoq; favum noſtris cellis & alveolis inferamus) *qui inſtitutis ante omnia militaribus congruerent: milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis compares, collegaq; iisdem præſidiis, ſæpè iisdem manipu-*

(h) *Id. de mo. G. cap. 13.*
(i) *Livius Dec. I. lib. VIII. pag. m. 319.*

nipulis permiſſi fuiſſent. Et dubitamus adhuc, quantum hic auctoritate apud ſuos profecerit, quem tota exhorruit Italia, feliciſſimus formidavit Imperator, tot populi Romani provinciæ metu intentiſſimo ſuſpexerunt?

Reliquum eſt, ut de felicitate, quam nemo de ſe præſtare poteſt, niſi cum Ajace aut Timotheo Athenienſi inſaniat, meminiſſe tamen, & ſuis deprædicare laudibus, in altero poſſumus, timidè & pauca dicam. *Ita enim omninò* Ciceronis ſapientiſſimi judicio *exiſtimandum eſt, fuiſſe quibusdam ſummis Viris ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas divinitus adjunctam fortunam, quæ illis ad ſummum gloriæ faſtigium atq; ad immortalitatem viam patefecerit.* Et potuiſſet Arminius noſter quàm ſæpiſſimè, quàm feliciſſimè prælium experiri, hoſtes tota Germania ſubmovere: quanquam conantem nec animus, nec fortuna primum defecerat, ſi parem ad tuendam Patriæ libertatem cæ-

teri alacritatem animi attuliſſent ; au
quod magis pium, niſi fata fortuna
Germanorum per ancipitia & adver
exercitam Majeſtati auguſtiſſimi Impe
conſequendæ præparaſſent.

Cujus quaſi fundamentum nullis u
quam cortuendũ ſeculis poſuerunt in cl
de Variana: nam cæteras Arminii res g
ſtas in compendium referre nec tempu
nec veſter audiendi favor permitt
Quam utinam Cicero aliquis aut Dem
ſthenes dignis celebraret præconiis! V
reor enim, ne mihi hanc ipſam ſumm
tantum attingenti veſtigiis verboru
copia ſit quærenda, neve auribus in
ſurretur illud Pœnorum Ducis fortiſ
mi Annibalis, quod in Phormione
Græculum rei militaris imperitum dix
ſe legimus, *multos ſe deliros ſenes vidiſ*
ſed qui magis, quàm Phormio deliret,
diſſe neminem. Quid enim mihi ja
reſtat aliud, quàm de armis, de marco
Quinctilii, de ſuppreſſis per inſidias
gionibus dicere? Sed benè habet, du

qu

quod à vobis maximè expectari video, non meis, ſed eorum verbis, quos hæc urtica maximè momordit, percipietis. Viderat Arminius noſter miſſum ad bellum in Germaniam Varum Prætoris more agere conventus, torpere ocio, & ſecuritate quaſi diffluere; itaq; ſegnitia Ducis in liberationem patriæ uſus habito conſilio tempus inſidiarum conſtituit; quod etſi Quinctilio incognitum non erat, prædicta & prodita per Segeſtem carninoma illud Germaniæ ſupremo conv.vio Ducum, conjuratione, nihil tamen eo commovebatur. Itaque (k) *exercitus omnium fortiſſimus, diſciplina, manu, experientiaq; bellorum inter Romanos milites princeps, legionum trium, totidemq; alarum & ſex cohortium, citante Varo ad Tribunal, incluſus ſilvis, paludibus, inſidiis haud procul Teutoburgienſi ſaltu ad internecionem trucidatus eſt. Nihil illa cæde per paludes perq; ſilvas cruentius, nulla calamitas poſt Craſſi in Parthis damnum in externis gentibus Romanis*

(k) *Paterc, lib, II.* *erat*

erat gravior. *Hac clade factum*, inquit Florus, (l) *ut imperium, quod in litore Oceani non ſteterat, in ripa* Rheni *flumi-nis ſtaret.*

Nihil dicam de clade Lolliana (m) *majoris infamiæ, quàm detrimenti.* Nos igitur diem hujus cladis, modo certum & definitum dicere poſſemus, Heroica-rum originum faſtis cum reverentia in-ferremus, ut ejusdem nulla unquam eſſe adlatura finem ætas, ſed vigeret memori-ſeculorum omnium: *agentibus eum Ro-manis quotannis mœſtum ac lugubrem, & voventibus magnos ludos Jovi Opt. Max ſi Rempub. in meliorem ſtatum vertiſſet* Auguſto inſuper barbam & capillu ſubmittente, caput foribus illidente clamitante, *Quinctili Vare redde legione.* Imò Auguſte Cæſar, redde Germanis r-giones, redde libertatem. Quoties ve Armini fortiſſime de hac tua victo cogitabimus, toties de ſummis tuis in P-triam meritis cogitantibus lingua & ca

m

(l) *Florus lib. IV. cap. 12.* (m) *Suet. in Aug. c*

mus in laudes abibit. Hujus enim gloriæ, quam es adeptus, ſocium habes neminem: totum hoc, quantumcunq; eſt, quod certe maximum eſt, totum eſt inquam tuum. Nihil tibi ex iſta laude Maroboduus, nihil Segeſtes, nihil alii decerpunt: in iſtius ſe ſocietatem gloriæ offerre nemo, tibi cedere, tuam eſſe totam & propriam fateri debet. Itaq; nos te non cum ſummis Imperatoribus comparamus, ſed illis anteponimus, ſeculoq; noſtro precamur tui ſimilem, qui jacentem libertatem, concuſſas leges, cunctaque projecta erigat, reparet, extollat.

Cogitanti autem jam mihi A. de hodierno Germaniæ noſtræ ſtatu dicam, an potius caſu? ſi caliginem oculis ſuperfuſam, dentes colliſos, voces interruptas, pectus in partes ſciſſum, mentem deniq; ipſam conturbatam vobis dicerem, longe tamen inferiora interno meo dolore animadverteretis. Equidem id viſcera maximè urit, extitiſſe illo Paganicarum tenebrarum ævo homines, quibus inæſtima-

ſtimabile illud Libertatis bonum ſangu
ne ipſo charius fuit: ſed hodie, ubi lu
verbi divini, quæ DEI ſumma eſt grati
oculos menteſq; nobis illuminat, plur
mos eſſe Segeſtes, Arminium nullun
O tempora, ô mores! Quæ calamit
eo eſt luculentior, quo gravius in viſce
hactenus ſævitum eſt propria, atq; et
amnum ferrum ſtringitur! Urbes habi
imus ſtructura magnificas, adverſus h
ſtes incurrentes munitiſſimas; ſed qu
jamdudum tormentorum intolerabi
impetus arietavit, ac propemodum ſo
æquavit. At verò parum hoc eſt: agr
habuimus, quorum ad fertilitatem ip
luxuriantis naturæ benignitas omn
contuliſſe opes videbatur. Verùm

. . . (n) *En queis conſevimus agro*
Perdidit impius hæc tam culta novat
miles.

Sed & hoc parum: id verò nullis expia
luſtramentis poteſt, Chriſtianos in
mutuo Tartareo plane inſtinctu furer
ruere, rumpere. Obteſtor vos milit

(n) *Virgil. Eclog. I.*

qu

quorum ſanguine campi etiamnum rubent & pœne calent, obteſtor Vos per illud cœlo terrisque Numen præſentiſſimum, quid veſtri volebant in tot præliis diſtricti gladii? quorum latera mucrones illi petebant? quorum corpora tot plumbearum glandium diſploſionibus transverberabantur? quid ardor? quid oculi? quid manus veſtræ agebant? quid voces iſtæ truculentæ? Civis civem, GERMANE GERMANUM FERI. Hæret dolenti vox!

Sed redeo, & cruciatum, quem Vobis A. O. ad vivum delineare non poſſum, pauciſſimis verbis & lineis figurabo. Videntur mihi hoc ſeculo neſcio cujus antiqui furoris homines ex orco revixiſſe, quando omnia ſurſum deorſumque feruntur, ſacra profanis miſcentur, certiſſimo Gentis Germanicæ interitu, quē tamen procul à nobis avertat, qui ſolus & humi adfligere, & tollere humo poteſt, DEUS ter O. M. Exſurgite tandem, qui ſomnum dormitis Epimenideum:

redi

redite ad vires priſtinas: nolite hanc
vobis reſidere infamiæ notam, vos ip
ardenti Germaniæ primas ſuppoſui
faces, concidiſſe tanquam de ſummo g
du vobis viventibus tot millium ſang
ne, tot ſeculorum periodis adquiſit
Germanici nominis gloriam. Imitam
potius, imitamini Arminium noſtru
& ferrum, quod iſte in Germanicæ libe
tatis inſidiatores vibrabat, non in veſt
viſcera, (ſatis enim hactenus huma
ſanguine litatum, meritasq; furoris n
ſtri dedimus pœnas,) ſed in veſtrum, in
DEI ipſius hoſtem, Chriſtianorumq
prædonem cruentiſſimum Turcam co
datis viribus, & pari felicitate ſtringi
Adſerite vos (o) *in libertatem illam A*
ſacis quondam regno acriorem, & mut
Chriſtianæ concordiæ amore coaleſci
ſic fiet, ut, quam lateritiam ſitu & ſqual
re obductam vidiſtis hactenus Germ
niam, eandem marmoream & adama
tinam, cultam & nitentem venturæ p
ſteritati relinquatis.

(o) *Tac. de m. G. cap. 37.*

S

Sed ne Veſtra audiendi benignate diutius abuti velle videar, ad ultimam orationis meæ partem propero, hoc nomine fortaſſis ingratiorem, quod Arminii noſtri rogum Vobis exhibeat. Optabat Heros incomparabilis vitam ſibi à fatis protrahi, ut quem pro nomine Germano, pro aſtruenda libertate feliciter ſusceperat laborem, hunc feliciſſimo terminaret fine, ſeq; tum demum naſcendi præmia retuliſſe, & dignum patria ac Parentibus geſſiſſe omnes intelligerent, ſi patriam, quæ ipſa vita charior, ex belli faucibus & ſervitii jugo penitus ereptam virtute ſua atque victoriis explicaviſſet. Sed properabant fata diem, circumventusq; Vir fortiſſimus, tanquam libertati immineret, aut ſceptrum adfectaret, (p) *dolo ſuorum occiditur, quum ſeptem & triginta annos vitæ duodecim potentiæ expleviſſet* quum Varum anno ætatis ſexto & vigeſimo fudiſſet, Maroboduum regem potentiſſimum, cujus reſpectu (q) non

(p) *Tac. II. Ann. cap. ult.*
(q) *Id. ib. cap. 63.*

non Philippum Athenienſibus, non Pyr-rhum aut Antiochum populo Romano per-inde metuendos fuiſſe Tiberius Impera-tor dictitabat, finibus ſuis pepuliſſet, gen-tiq; ſuæ pacem non contemnendam, ſibi autem gloriam ſummam circumlucen-tem undique peperiſſet.

Verum enim verò tanta ab omni æ-vo ſubditorum erga Principes ſuos ben... merentiſſimos extitit impietas, tanta in-gratitudo, ut præſtantiſſima Ducum fa-cinora ſcelerata morte contaminarent, iisq; vitam ficta qualicunq; cauſa erept... irent, quorum conſiliis atq; bene merit... vitas ſuas atq; opes acceptas ferre debui... ſent. Nimirum quidquid Principes b... nè fecerint, nihil tamen præter ferrum, venenum aut mortem ab ingrata mor... lium impietate illis reliquum eſt, ut Si... phii ſaxi molem fruſtra volutare, & p... cariam inter inviſos animam trahere n... immerito quis dixerit. Neq; in Ger... nos tantùm, ſed omnes Mundi popu... graſſata peſtis hæc fortiſſimos quos... ſu...

ſuſtulit: Julium enim Cæſarem viginti quinque vulneribus confoſſum in curia Pompejana eidus videre Martiæ. Hæc Ciceronem, hæc Germanicum Cæſarem, hæc Corbulonem homines ultra mortalem conditionem aliquid ſpirantes confecit. Hæc impietas, hæc invidia Aetium Occidentalis imperii ſalutem, Regis quondam Attilæ terrorem, ut loquitur Marcellinus in Chronico, columnamq; alteram Boëthium à Valentiniano Imp. trucidatum imperio ſubduxit, cum quibus & Heſperium cecidit regnum. Hæc eſt ille furoris ſtimulus, quo incitati vecordes Romani, ut Marcellinum Dalmatiæ Præſidem confoderent, & ſiniſtra manu dextram ſibi amputarent. Hic furor ſceleratiſſimas Monachi manus armavit, ut Heinricum Lûzelburgenſem Imperatorem imperio ſuo non indignum tincta veneno ſacramenti hoſtia, ô ſcelus exſecrabile! extingueret. Veriſſimè ergo cecinit Lucretius, (r)

O mi-

(r) *Lucret, lib, III. Natur.*

O miſeras hominum mentes, ô pe
cæca!
Qualibus in tenebris vita, quant
periclis
Degitur hoc ævi, quodcunq; eſt.

Sed tu mihi nunc compellandus es,
lator fortiſſime, victor glorioſiſſime,
mini, & iis commemorandus laudil
ut dignum tandem virtutibus tuis ha
præconem; quibus olim legionem M
tiam pro patria morte procumben
Princeps Oratorum proſequutus eſt
fortunata mors, quæ naturæ debita
patria eſt potiſſimum reddita! Te
patriæ natum judicio, & ſuperos G
maniam gentibus, Te Germaniæ g
iſſe exiſtimo. Illi autem impii, quo
dolo & manu vitam amiſiſti, gravi
apud inferos parricidii pœnas luent.
vis à natura tibi vita data eſt, at mem
bene redditæ vitæ ſempiterna. Ac
igitur præclare tecum, fortiſſime, c
vixiſti, nunc verò etiam ſanctiſſime
les, quod tua virtus nec oblivione cor

qui nunc ſunt, nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit: quum tibi immortale monumentum ſuis jam olim libris populus Romanus, & nos, qui Germani veri eſſe cupimus, extruxerimus. Multi ante te exercitus Teutonici Italicis Gallicisq; bellis magni fuerunt; nec tamen ullis tale genus honoris tributum eſt. Atq; utinam majora poſſemus, quandoquidem à te maxima accepimus. Tu Quinctilium Varum ſubvertiſti; tu Germanici Cæſaris arma viriliter ſuſtinuiſti. Erit igitur ſcripta laus tua libris noſtris ſempiterna: nunquam de te eorum, qui aut legent tua facta, aut audient, graviſſimus ſermo conticeſcet. Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem conſequutus es. Tu Pater Patriæ, tu liberator es Germaniæ: tibi Germanorum poſteritas columnam poſuit virtutis atq; victoriæ tuæ indicem. (s) *Te tui Germani in prælia ituri olim cecinerunt*, & nos hodie canemus, (t) *quàm*

 diu

(s) *Tac. lib. II. Annal. cap. ult.*
(t) *Senec. conſol. ad Marc. cap. 1.*

diu quisquam erit, qui reverti velit
acta Majorum; quàm diu quisquam,
velit ſcire, quid ſit vir Germanus.

Sed tempus eſt, ut jam vela cont
hamus, & feſſam portui puppim ſub
camus, acturi gratias DEO immort
quod huic navi Director adeſſe, & co
tum juvenilem primæq; exercitatio
rudimentum, quod tanto Germaniæ H
roi civis fidelis promtiore quidem a
mo, quàm calamo ſtatuendum cen
cœleſti ſua gratia adjuvare voluerit. T
ergo DEUS O. M. qui regna trans
de populo in populum, qui dona larg
maxima te petentibus, agimus grat
non quas debemus, ſed quas poſſu
ardentiſſimas, quod gratiæ & benign
tis tuæ ſidus hactenus illuceſcere n
volueris: protege, quæſumus hum
mè, inter tot hominum gemitus, tot
morum ſtrepitus, tot adverſitatum d
manos fluctus, naviculam Eccleſiæ
& Germaniam patriam noſtram du
ſimam, quæ extremum prope ſpira

tantùm non expirat halitum. Exaudi preces, quas tibi pro Germaniæ, pro hujus Athenæi, pro horum Patrum, pro hujus conſeſſus, pro omnium denique hominum ſalute ſupplex offero:

Mæſta Tuam ſibi quærit opẽ Germania mater,
Hanc DEUS omnipotẽs oculo vigilãce tuere:
Et quos jam pridem muros inſedit Apollo,
Defendas, ſimul hæc clariſſima lumina Patrum;
Quîs ut Neſtoreæ tribuiſti flumina linguæ,
Sic da, Neſtoream poſſint ſuperare ſenectam!
Largire, ut firmo jungatur fœdere nexus
Cum Bonitate Fides, fucatæ neſcia fraudis:
Poſthac juſtitiæ Pax oſcula mille propinet,
Atq; ſerenatis defigat baſia labris.
Mars nudos contra quatiat Garamantas & Indos,
Aut ſua Lunatos irritet in agmina Turcas,
Scutigerosq; Getas, quos Thracia terra quietos
Hactenus in noſtris expromere gaudia turbis,
Atq; cruentatos civili ſanguine campos
Mirari voluit, noſtra non invida ſortis!

Cæterùm & VOBIS, A. A. honoratisſimi, intimos mentis meæ receſſus panderem, ſi aut Vos cuperetis, aut mearum planè eſſet virium: interim præſentia hæc Veſtra, quam ſeverioribus ſubtractam ſtudiis incomtæ & adipatæ huic Oratiunculæ commodaſtis, nunquam vileſcet in oculis, datura Bono cum DEO ad majora calcar & incitamentum.

 PRO-

Digitized by Google

PROGRAMMA.

QUod nonnemo judicavit è recentioribus, non alia lege ad principes partes Juventuti eſſe nitendum, quàm ut otio bellum pertinax indicat, multa legat, multa ſecum volutet aſſiduè; quæq; probè meditata ſunt, ea in publico, judiciis omniũ approbanda, proferat: id ſibi dictũ putavit *Juvenis Nobiliſſimus Dn Joh. Jacobus im Hof, Patricius Noríb.* Cras enim nona matutina (quod ipſi tẽp⁹ à Magnifico Univerſitatis hujus Rectore, Patrono noſtro plurimũ honorando, indultum eſt) ad *numum XV. Octavii Stradæ* recitare conſtituit Orationem, *de fortuna, in victoriis reverenter habenda*, elaboratam ſanè cum cura, & ſententiis hiſtoriisq; decenter exornatam. Scio, quid „ de hoc Orationum genere judicet u„ nus & alter, *ad judicandum, quàm fa„ ciendum, promtior*; quaſi vel eloquen„ tia propria deſtituti, vel ſtolidè ſuper„ bi ſit, & grandis opinionem lectionis

affe-

affectantis, *alienis ſubinde verbis loqui.* "
Sed excuſabit nos *exemplum Iſocratis*, Oratorum celeberrimi; qui, ut eſt apud *Photium Cod. CCLX*, etiam in Oratione panegyrica, multa ex epitaphiis & ſermonibus *Thucydidis*, *Lyſiæ*, aliorumq; in medium protulerat, ſine reprehenſione rectè judicantium. Ut taceamus Clariſſimorum virorum *recentioris ævi teſſellatas* Orationes. Quin, *ut in telo, aut gladio, multum intereſſe videmus, à qua manu veniat: ita in argumentis, ut penetrent, plurimum facit inveterata pondus auctoritatis; quod ineſt claſſicis illis & patriciis rerum geſtarum Scriptoribus.* Cùm ergò nihil metuere debeam, ne rubori mihi ſit ambitus; *Magnif. Dn. Rectorem &c.* ad dictam Orationem audiendam quàm obſervanter invito.

Chriſt-Adamus Rupertus,
Hiſtor. P. P.

MONUMENTUM VANITATIS ET INSOLENTIÆ,

è numo M Antonii, ab Octavio de Strada à Rosberg, Numiſ. XV. pag. XII. publicato.

MAgnifice Domine Rector Perilluſtres & Generoſ Dnn. Barones, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, admodum Reverendi, Clariſſimi & Excellentiſſimi Dnn. Profeſſores Nobiliſſimi, Præſtantiſſimi & Doctiſſim Dnn. Studioſi:

Apud Areopagitas lege ſancitũ fuiſſe, μηδὲν ἐξεῖναι λέγειν ἔξω τοῦ πράγματος, ne *quid diceretur, quod ad rem & propoſitũ nihil faceret*, Lucian⁹ (a) Pollux, (b) Themiſti⁹, (c) Scholiaſtes Hermogenis; Ariſtoteles, (d) & alii cõplures in literas miſére.

(a) *in Anach*, (b) *lib. VIII. cap. 10.* (c) *Orat. 6.* (d) *Rhet, lib. I, cap. 1.*

Quam

Digitized by Google

Quam ipſam quum Oratorum præſtantiſſimi, quoties in corona gravium auditorum iis dicendum fuit, ſibi quoq; latam exiſtimarint; nec extra reprehenſionem ſint, qui multis verborum ambagibus, ſtrophis, lenociniis & fuco adſcititio, auditorum benevolentiam ſibi conciliare affectusq; commovere ſtudent, iisdem nunc abſtinebo, licet aliqua verecundiæ ac neceſſitati debere videar: Quippe

Nec Tulliano fonte prolui labra,
Nec Suada blandũ mellilinguis arriſit,
Surgam ut repente gratioſa dicturus.

Quid? quod coram tantis viris, qui ut per Remp. literariam eruditionis, ita humanitatis famam magnam raram pulcerrimamq; adepti ſunt, qui nemini ſe claudunt per ſuperbiam, neminis ſpem triſtitia quadam frontis aut moroſitate fruſtrantur, ſed inſito magnis viris à natura, miſcere ſummam cum facilitate doctrinam, cum placido magnificum, cum comitate gloriam, ſemper obvii & expoſiti

 ſunt;

ſunt; næ favorem ſolicitius ambire ſit ejus, qui negotioſiſſimus eſſe velit in nihil agendo. Atq; hisce duabus cauſis fretus rem ipſam aggredior, & *numum XV. Octavii Stradæ* (cujus in altera parte Cleopatræ caput, cum prora navis & inſcriptione, CLEOP. REGINÆ. REGUM. FILIORUM. REGUM. ab altera, ANTONI. ARMENIA. DEVICTA. ponè *Tiara Armeniaca* repræſentatur) explicaturum me profiteor, nihil moratus centauros nonnullos & rupicones, qui hæc antiqua nimis, & noſtris moribus aliena cavillantur. Quum autem moderandum eſſe ſentiam orationi, fugiendamq; ſatietatem veſtram, (e) *quàm potero, tam verba & res conferam maximè ad compendium.*

Quum poſt Cæſaris necem, qui unus Romanæ libertati officere credebatur, neq; vindices libertatis, uti ab Optimatibus habebantur, Caſſius & Brutus ſecuri eſſent, & Roma pro uno eoque non

(e) *Plautus Mil. Act. 3. ſc. 1. v. 185.*

non immitiſſimo triplex jugum Triumviros accepiſſet, iterum civilia arma, & furioſius etiam mota ſunt, orbiq́; terrarum cum Roma fuit inſaniendum. Sed victis partibus, licet ancipiti prælio, & diviſione provinciarum facta, transmarinas Antonius obiit, & quod rebus ſecundis fieri amat, ut ſtrenuiſſimorum judicia corrumpantur, ipſe quoq́; (f) *lætitia transverſum truſus à rectè intelligendo atq; conſulendo* tandem Cleopatræ in Cilicia viſæ amore correptus nullam honeſtatis curam gerens Ægyptiæ mulieri ſerviit, ut ex hac cauſa progeniem Herculis, è cujus fœcundis nuptiis perſonatum quendam Antonem Antoniæ gentis conditorem neſcio quis primus rapuit, inficiari debeamus minimè. (g) *Namque hic Sidonia fecit ſervilia palla Officia, & Lyda penſa diurna colu.* Scribit Florus, (h) *patriæ, nominis, togæ, faſcium oblitum,*

(f) *Cato ap. Agell. lib. VII. cap. 3. Dio lib. XLVIII. pag. 371. ed. Leunclav.*

(g) *Prop. lib. IV. el. Amphitr.*

(h) *lib. IV. cap. 11.*

tum, totum in monſtrum illud ut mente, ita animo quoq; & cultu deſciviſſe.

Hinc conjuncta in numo Antonii & Cleopatræ capita, tanquam ſcil. conjugium memorabile per hæc monumenta ad ſeræ poſteritatis memoriam transmittendum fuiſſet, ob quod maximè vapulat à ſcriptoribus, quod illum in externos mores & vitia (i) nõ Romana trajecit, quod hoſtibus ſuis imparem reddidit, & è quo nati ſunt gemelli Alexãder & Cleopatra, deinde Ptolemæus cognomine Philadelphus. Eos *reges regum* appellari (k) juſſit, & Alexandro Armeniam, Mediam & Parthiam attribuit, Ptolemæo verò Phœnicen, Syriam & Ciliciam, quid aliud, niſi libidinum pretia? Filia Cleopatra, quæ & Selena, Jubæ Regi (l) in matrimonium data, Ptolemæum ei peperit, quem *inter Cajanas cuſtodias ſibi viſum*, Romanus Sapiens, (m) & occiſum à Caligula conſobrino ſcribit Dio Cocce-

(i) *Sen. ep. 83.* (k) *Plut. in Ant. pag. 941.*
(l) *Plut. in Ant. Suet. in Calig. cap. 26.*
(m) *lib. de Tranq. animi cap. 11.*

Digitized by Google

Coccejus. (n) Ex eodem conjugio doctiſſimi viri natam ſuſpicantur Druſillam Antonii Felicis conjugem, ex illis (o) Taciti: *Antonius Felix* (Claudii libertus) *per omnem ſævitiam ac libidinem jus regium ſervili ingenio exercuit, Druſilla Cleopatra & Antonii nepte in matrimonium accepta: ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos eſſet.* Et hoc quidem illi conſtituunt, ut Tacitum concilient cum Actis Apoſtolorum (p) & Joſepho, (q) è quibus inter ſe collatis manifeſtum eſt, Druſillam Felicis conjugem filiam fuiſſe Cyprûs & Agrippæ majoris, avum paternum habuiſſe Ariſtobulum Herodis M. filium, maternum Phaſaelum dicti Ariſtobuli patruelem. Imò ut Suetonio (r) lucem darent, qui Felicem *trium Reginarum maritum* ſtatuit, de diverſis Druſillis Acta & Joſephum & Tacitum interpretari maluerunt. Sed non deerit fortaſſe, qui ſuſpectam in hac

Pp 6 narra-

(n) *lib. LIX.* (o) *lib. V. Hiſt. cap. 9. §. 7.*
(p) *cap. 24. v. 24.* (q) *lib. XVIII, cap. 7.*
(r) *in Claud, cap, 28, & Caſaub, ibid,*

Digitized by Google

narratione habebit & Taciti & Sueto
fidem. An enim tàm proclive potuit e
liberto utut potenti, ſine offenſa prin
pis, ſine ſcævæ interpretationis metu,
ne ſuſpicione rerum novarum toties t
tare & adipiſci regii ſanguinis femin
Novimus arcanum dominationis, (s)
ſplendida matrimonia nimium è rep. p
& ſemper à dominantib. attendi ſlat
illum Lyci apud Senecam: (t)

- - - una ſed noſtras poteſt
Fundare vires, juncta regali face
Thalamiſque Megara; ducet è gen
inclyto
Novitas colorem noſtra - - -

An ſervus nequiſſimus frater Pallan
inter venales trans mare advecti,
matrimonium in affinitatem Auguſ
rum transiit, ad quam Tiberius Sejan
ſuum equeſtri loco natum, ſocium lab
rum, (u) ut ipſe appellabat, admitt
tergiverſatus eſt, & quum ſaltem deſti
tus eſſet ſocer Claudii filio, contemti

(s) *Tac. IV. An. 53. §. 3.* (t) *in Herc. Fur. v. 3*
(u) *Tac. IV, An. 2. Id. lib. IV, cap. 40.*

mi tùm temporis & ipſius Antoniæ matris teſtimonio, (x) *hominis non abſoluti à natura, ſed tantum inchoati*, qui ſermones? quæ judicia? qui fremitus? *Polluiſſe* Tiberius (y) *nobilitatem familiæ videbatur, ſuſpectumq́; jam nimiæ ſpei Sejanum ultrò extuliſſe.* Sic *multis luctibus funeſta civitate, pars mœroris fuit, quod Julia Druſi filia, quondam Neronis uxor denupſiſſet in domum Rubellii Blandi, cujus avum Tiburtem equitem Romanum pleriq́; meminerant.* Nunc verò liberto tres Reginas, & inter eas Antonii neptem fortuna conciliavit, ut ejusdem Antonii quondam Triumviri potentiſſimi progener eſſet, quem avum ſuum ciebat Claudius Imperator!

Hæc narratio, ut dixi, nonnemini transmarina videri poterit. De una quidem Druſilla non adeò mirabitur, quæ per Herodiadas añexa Judæis (z) *deſpectiſſima parti ſervientium*, ut loquitur Taci-

(x) *Suet. in Claud. cap. 3.*
(y) *Tac. lib. III Ann. cap. 30. Id. lib. VI. cap. 27.*
(z) *lib. V. Hiſt. cap. 8. §. 3.*

Tacitus. Unde Suetonius (*a*) *inſignem* vocat amorem illum, h. e. interprete Berneccero, *notabilem & quaſi infamem*, quo in Berenicem exarſit Titus, Veſpaſiani filius. Ridebit Tacitum cum Joſepho & Actis conciliari, qui tamen manifeſtè contrarius in eo, quod Druſillam, neptem Antonii, Felicis uxorem facit tùm, quum Judæam pro Cæſare curaret; nam illo tempore in matrimonio Felicis fuiſſe Druſillam Judæam, Agrippæ & Cyprûs filiam Joſephus & Acta nos apertè docent. Neq; hoc inſolens dicet Tacito, (*b*) qui & alibi diſſentit à Joſepho in ipſius Felicis hiſtoria, neque novum tùm ipſi, tùm aliis, res Judaicas, quas memorant, fabuloſis narrationibus condire; cujusmodi errorem planè belluinum (ut id ipſe explicem) in Alexandro Mileſio notavit Scaliger; (*c*) in Ariſtotele, Diodoro Siculo, Strabone, Dione, Juſtino, Helladio, Ptolemæo Hephæſtione apud Photium, Plutarcho, & ipſo

(*a*) *in Tito cap. 7. §. 2.* (*b*) *Lipſ. ad lib. XII. Ann. cap. 54.* (*c*) *ad Euſeb, pag. 247.*

ipſo Tacito, (*d*) Cunæus, (*e*) Baronius, (*f*) Caſaubonus, (*g*) Bernecccrus, (*h*) Curtius Pichena, (*i*) Voſſius & alii. Et adhuc ceſpitarunt illo ævo, quum Roma laboraret Judæorum multitudine, quum per omnes terras recepti, (*k*) *victi victoribus leges darent*, ut veritatem à præſentibus diſcere potuiſſent, ſi voluiſſent.

Deniq; premet auctoritatem Taciti ex aliis graviſſimis hallucinationibus, quas in Romanarum etiam rerum hiſtoria commiſſas notavit paſſim I. Lipſius. (*l*) Et poſt hæc ſuſpicabitur, Tacitum longius abripuiſſe non intellectum *cognationis* vocabulum, in Scriptore quodam laxè & liberè uſurpatum: nec enim unam crucem fixerunt antiqui, dum id genus vocabulis abutuntur; & *fratrem* dicunt, qui *frater patruelis* eſt, itemq; *conſobrinum, qui ſobrinus & patruelis, pa-*

trem

(*d*) *lib. I. de Rep. cap. 4.* (*e*) *in A. C. 34. n. 157.* (*f*) *ad Strab. lib. XVI. pag. 262.* (*g*) *ad Iuſt. lib. XXXVI. cap. 2. § 4. 11. 12. & 14.* (*h*) *Ep. Ded. in Tac.* (*i*) *1. de Idol. 2.* (*k*) *Sē. ap. Auguſt. lib. VI. de Civ. Dei cap. 11.* (*l*) *v. ad 2. An. 30. 3. Ann. 29. 6. Ann. 12. 12. An. 23. 13. An. 1.*

trem qui vitricus &c. Sanè *cognati*
quædam fuit inter Herodis & Jubæ do-
mum, inter Cyprum Druſillæ matrem,
& Jubam II. Antonii & Cleopatræ fili-
um, quod ex Joſepho (*m*) colligimus.
Suetonii locum nihil juvare Tacitū fate-
bimur, ſi admittemus, ad quę præire vide-
tur Cornelius à Lapide. (*n*) Forſan enim
ut alii Cæſarum liberti, ſic iſte Felix mul-
tis famoſis libellis Romæ proſciſſus, &
hoc ipſum matrimonium cum Druſilla
Judæa Satyrico ſale benè perfrictum eſt
& quum Druſilla à triplici regno (*o*) E-
meſæ, Comagenæ & Judææ Regina dic
poſſet, quidam ex una fecit tres Regina
& Felicem *trium Reginarum maritum*
qui unius eſſet. Cujusmodi luſum poë-
ticum ſi parum attentè legit Suetonius
libris ſuis inſeruit id, quod fidem omnem
excedere videtur.

Sed hæc alii potius, quàm nos; qu
dicta in medio relinquimus, neq; vel in
Scriptores veteres è ſuſpicione nuda in
curri

(*m*) *lib. XVII. cap. 15.* (*n*) *Comm. ad Act. Apoſ. 24. v. 24.* (*o*) *ex Joſeph. lib. XX. cap. 5.*

currimus, neq; tamen iisdem ubiq; ſtatim ſubſternimus fidem noſtram, confugientes interim in tenebris ad antiquam illam Senatus Romani formulam, NON LIQUERE. Tamen dicenda hæc fuerunt propter inſcriptionem numi noſtri,



qua Cleopatra MATER FILIORUM REGUM dicitur, & de liberis iſtis nepotibusq; ſimul agendum. Nunc ad alia numi ejusdem. Per illa tempora, quibus Antonius in Cleopatræ ſinu ſeſe reficiebat, neq; cauſa, nec conſilio ac ne imaginaria

naria (*p*) quidem belli indictione, quaſi
hoc ex arte ducis eſſet, relicta repente
Syria in Parthos impetum facit; ſed ea
fortuna, quam injuſtitia & ambitio me-
rebantur, quæ illum in hoc bellum miſe-
rant. Quamvis enim peditum Romano-
rum eſſent LX. millia, Hiſpanorum Gal-
lorumque equitum X. millia, ceterarum
nationum, cum equitibus ſimul & levi
armatura, XXX. millia, (*q*) tamen nihil
tanto apparatu actum eſt. Ad Phraata
ſtatim in principio belli cæſa decem mil-
lia; & quum recederet, circumfuſi Par-
thi premere legiones, fugere & rurſus in-
ſtare. Mox & tentavit fames exerci-
tum, quum chœnix tritici Attica, quæ
erat legitima menſura homini in diem
alendo neceſſaria, quinquaginta dra-
chmis, hoc eſt, computante Waſero, (*r*)
totidem aureis Ungaricis veniret; &
hordeacei panes ad argenti pondus dis-
traherentur. Siti (*s*) præterea vexa-
bantur

(*p*) *Flor. lib. IV. cap. 10.*
(*q*) *Pl. in Ant. pag. 932.*
(*r*) *2. de num. Hebr. 15.*
(*s*) *Pl. in Ant. pag. 937.*

Digitized by Google

bantur intolerabili, adeò ut multi aqua deſtituti perirent: at quum fortè per affluentem regionem iter facientes (*t*) omnibus uterentur ex magna inopia effuſè, evadebant hydropici & cæliaci. Quid multis? Exercitu recenſito deſiderata ſunt viginti millia peditum, & quatuor equitum. Quæ calamitas (*u*) tam anxium tenebat Antonium, ut ſubinde mortem inter moras à gladiatore ſuo efflagitaret. Reverſus Artavasden (*x*) ſeu Artabazem, Armeniæ Regem, qui expeditione Parthica eum deſerere viſus, multis pollicitationibus & invitationibus induxit ad congreſſum, ſed fidem ſervare nõ poterat, qui nullã juſtitiæ rationem habuit. Igitur comprehenſum catenis aureis, quia turpe eſſet, Regem in ferreis haberi, vinxit, vinctumque Alexandriam deduxit, ubi de eo triumphavit. Hinc in numo Antonii Tia-

(*t*) *Idem pag. 939.*
(*u*) *Fl. lib. IV. cap. 10. Plut. pag. 938.*
(*x*) *Vell. lib. II. cap. 82. Dion. lib. XLIX. pag. 415. Plut. pag. 939.*

Digitized by Google



Tiara Armeniaca, cum inſcriptione: ARMENIA DEVICTA. Dignum ſcilicet hoc erat factum, quod poſteritas noſſet! Putavit vel alios credere voluit, devictum illum eſſe, quem contra omnem æquitatem ſceleſta fraude decepit: de illo triumphavit, cum quo ne manus quidem conſeruit. Ita (y) *ſæpè pro gloria habentur, quæ ſcelera ſunt, & ad flagitia projecti dedecore ſuo non minus ac egregio aliquo facinore delectantur*: ſed, ſi

(y) *Sen. 2. de ira cap. 8. ep. 39.*

Digitized by

ſi cenſori Senecæ fidem commodamus, *tunc conſummata eſt infelicitas, ubi non ſolùm turpia delectant, ſed etiam placent.* Quale ingenium Tironis deſcribit Tacitus (z) *avidum famæ malæ*; & Meſſallinæ feminarum impudiciſſimæ, quæ adultero, vivente adhuc marito (a) *palàm nubere verita non eſt, ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos noviſſima voluptas eſt*; & Domitiæ Suetonius, (b) quum ait: *gloriari promtiſſimum illi fuiſſe in omnibus probris.* Scelus diximus, quod in numo crepat Antonius: atque ita nominavit Tacitus, quod ſcriptor ille verè policitus, & ut alicubi nominat Clapm. verè Comes Palatinus, ignoraſſet hodiernam Politicam, cui fidem fallere ludus & jocus & neceſſarium dominationis inſtrumentum eſt, & illum leoninum ac barbarum verſum Canoniſtarum:

Frangenti fidem fides frangatur eidem.

quem

(z) *lib. II. An. cap. 28.* (a) *Tac. lib. XI. An. cap 26. §. 5. v. eund. I. Hiſt. 30. 1.* (b) *in Tito cap. 10. lib. II. Ann. cap. 3. in Nob. Tr.*

quem ita reddidit Heinr. Ranzovius:

(c) *Audenti violare fidem, violetur & ipſa:*
Fallere fallentem publica jura ſinunt.

Quemadmodum eandem hanc artem ignoravit Beliſarius Juſtiniani Dux, quē ad Theutobertum Francorum Regem ſcripſiſſe refert (d) Procopius: *Turpe eſt, Theutoberte, cùm aliis omnibus, quibus vel minima virtus ſit cordi, tum inprimis principi viro mentiri & fallere.*

Poſſem hîc excurrere, ac pro Tacito contra ſeculum & Antonios noſtros diſſerere, quorum ſæpè (e) *lingua juravit, ſed injurata mens eſt*, quibus nihil magis arridet, quàm illud ſive Lyſandri, ſive Dionyſii, (f) *pueros quidem talis circumveniri oportere, at viros juramentis*. Incurrerem ſimul in Severum, qui *unus omnium mortalium ad amorem ſimulandum maximè factus, ſic ut ne jusjurandum quidem fallere dubitaret, ſi ita uſus poſce-*

(c) *Ex lib. XXI. C. de pact. & lib. VI. C. comm. utriusque jud.* (d) *lib. II. de B. G.*
(e) *Eurip. ad Stob. Serm. 28. & Cic. lib. III. Off.*
(f) *Pl. Apoph. Lacon. & orat. 1. de fort. Alex.*

Digitized by Google

poſceret: longeq́; aliud in lingua promtum, quam in animo reconditum gerebat, uti hac egregia ſcil. laude eum nobilitat (g) Herodianus. Contrà extollerem fidem in dictis & factis, à qua virtutes reliquæ lumen acccipiunt, & ſine qua rurſus obſcurantur: ac ſimul revocarem ſanctiſſimam veterum memoriam, de quibus Cato Cenſorius dicere ſolebat, (h) *nihil ita primoribus labris promiſiſſe, quin promiſſo fidem ſubderent, & verba re ſancirent.* Nullum enim vinculum ad fidem aſtringendam jurejurando Romanos arctius eſſe voluiſſe, duodecim tabulæ indicant, indicant ſacra, indicant fœdera, indicant cenſorum animadverſiones, qui nulla de re gravius atq; diligentius, quàm de jurejurando judicarunt. Si plus fidei tribueres externæ auctoritati, audire te juberem (i) Polybium: *Qui publicam pecuniam tractant, apud Græcos quidem ſi vel unum duntaxat talentum fuerit eis creditum, decem reſcriptoribus adhibitis, ſigil-*

(g) *lib. II. cap. 9.*
(h) *Lat. Pacat. paneg. c. 18.* (i) *lib. VI. cap. 54.*

ſigillis totidem, teſtibus autem duplo pluribus, fidem tamen ut ſervent, impetrare ab iis nequeas. Iidem apud Romanos quum & in magiſtratibus & in legationibus magnam pecuniæ vim tractent, propter unicam jurisjurandi religionem fidem ſervant; & quum apud alios rarò aliquis inveniatur, qui publico manus abſtineat, quiq́, ejusmodi ſceleris purus ſit: apud Romanos contrà, ut manifeſti peculatus arguatur, rarò accidit. Venerarer P. Scipionem Africanum majorem, qui etſi non induciarum modò fides à Carthaginienſibus, ſed etiam jus gentium in legatis ſuis violatum eſſet; eorum tamen legatos ſupervenientes incolumes dimiſit, (k) *nihil nec inſtituto populi Romani nec ſuis moribus indignum in iis ſeſe facturum profeſſus.* Compararem cetera incomparabili heroi Sigismundum Imperatorem apud Æneam Sylvium, qui potius (l) *rerum maximarum, quàm fidei & famæ jacturam Principi ſubeundam* dicti-

(k) *Liv. lib. XXX. cap. 25.* (l) *in Apoph. Imp.*

dictitabat, idem ſcil. ſentiens cum Livio, (m) *qui famæ ac fidei damna majora dicit, quàm quæ æſtimari poſſint.* Adderem ex Regibus Franciſcum I. Galliæ Regem, qui (n) *etiamſi fides toto terrarum orbe exularet, tamẽ regi tenendam eſſe* rebatur: & ex principibus Adolphum Clivienſium Ducem, quem hoc inſigni elogio honeſtat (o) Pighius: *Hujus Principis tanta fuit auctoritas, ut ejus nudo dicto plus fidei, quàm aliorum Principum ſignatis literis palàm adhiberetur*: & tandem è Rep. patria Chriſtophorum Fürerum, Magni Duumviri noſtri proavum, de quo Vir Ampliſſimus, & de bono publico benè meritus, (p) *fuiſſe virum prudentem, apertum & probum, cujus verbis juxta proverbium turris inædificari potuiſſet.* Sed non eſt animus hoc agere: ſed aliud potius, ob alium ſeculi noſtri morbum, quo laborare non tam fre-

 quen-

(m) *lib. III. cap. 71.* (n) *Bodin. lib. V. de Rep. c. 6.*
(o) *in Herc. Prod. pag. 63.*
(p) *G. Richt. in Exeg. Gen. Fürer. adjuncta Itinerar. Chr. Fürer, quod Latinè vertit.*

quentius incipit, quàm occcultius, quo
minoris illum faciat perfidiæ malo.

Largiamur hoc Antonio, juſtis ar
mis petitam & ſubactam Armeniam, a
fas erat tantoperè jactare victoriam i
numis, & cladem ſuam exprobrare ho
ſtibus? Fuit quidem communis hæc Ro
manorum conſuetudo, ut re feliciter ge
ſta ingentia tropæa, arcus triumphales
ſuperbas inſcriptiones & alia ſtatuerent
Cujus generis inſcriptionem apud Ta
citum (q) legimus: DEBELLATI
INTER RHENUM ALBIMQUE
NATIONIBUS EXERCITUM TI
BERII CÆSARIS EA MONIMEN
TA MARTI ET JOVI ET AU
GUSTO SACRAVISSE. Ejusdem
ſuperbiæ argumenta ſunt hodieq; ſuper
ſtites monetæ: & ut unius vel alteriu
mentionem faciam, à M. Scauro & A
Plautio, utroq; Cn. Pompeji in Aſia le
gato & Proquæſtore, quorum alteriu
Joſephus meminit in libris (r) Antiqu
tatum

(q) *lib. II. Ann. cap. 22.* (r) *lib. XIV. Ant. ca*
9. lib. I. B. Iud. cap. 6.

Digitized by Google

tatum de Bello Judaico, illo ARETAS REX Arabum, hoc BACCHIUS JUDÆUS Arabiæ & ipſe Regulus ſuperati, in denariis expreſſi ſunt, ſupplicum ritu, dextro genu nixi, camelos tenentes & olivæ ramum paci impetrandæ dextra prætendẽtes: Quod ipſum pecuniæ gen⁹ in ſignum ſubjectionis & recognitionis dominatus Romanis pendendum fuiſſe, cenſumq́, à Salvatore nominari, hariolatur Marquar. Freherus ſermone votivo de verbis Domini: *Date Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo, quæ ſunt Dei:* ſed hariolatur, quum omnis pecunia, quæ pro tributo ac cenſu penditur, qualiscunq; illa ſit ſive aurea, ſive argentea, ſive hoc ſive alio typo ac charactere ſignata, *cenſus* appellatus ſit; nec in certo pecuniæ genere cenſum ſolvi debuiſſe, probari poſſit vel ex Heſychio, quem adducit, vel aliis: ut ex iis, quæ Salmaſius ad Alexandri Severum docet, ſatis manifeſtum ſit. Neq; Romani ſolum, ſed aliæ quoque

gentes victoriæ lætitiam nullam exiſtimarunt, niſi ſuperbis tropæis inſuper adderēt ſigna in æternum ignominioſa. (s)

Quale fuit illud Seſoſtris, qui cippos ubiq; terrarum bello acquiſitarum erexit, ſacris Ægyptiorum literis hoc verborum indicio inſcriptos: *Hanc provinciam armis ſuis devicit Regum Rex & Dominus Seſoſtris.* In cippis autem illis *τὸ αἰδοῖον ἀνδρὸς* apud gentes ſtrenuas & pugnaces: apud ignavas aut molles & timidas *τὸ γυναικὸς* expreſſum erat, ex his animorum in ſingulis adfectionem poſteris evidentiſſimam fore ratus. Hoc ut ab omni pudore alienum, ita magis pudendum longeq; crudelius factum eſt Theobaldi, Camerinorum & Spoletinorum Comitis, qui viris titulum ſuum ereptum ibat immani ludibrio. Etenim (t) *quotquot capiebat hoſtium, exſectis teſtibus & evulſo ex ipſis corporibus velut lytro ad ſuos remittebat, teſtatus à non viris ſe non timere.* Cum iſtis minimè com-

(s) *Diod. Sic. lib. I. cap. 55.* (t) *Eryc. Put. lib. VI. Hiſt. Inſ. pag. 301.*

comparandum eſt, ſed inſolens tamen,
quod Folieta (u) de principe cetera ma-
ximo ſapientiſſimoq; refert, redacta in
poteſtatem Genua, ſupplicii loco civibus
edixiſſe, ut feminæ viros præcedant, “
criſtasq; geſtent virgines & variegatis “
coloribus utantur: viri contrà pulli “
& atrati incedant, dextram ſemper u- “
xoribus relinquentes: Sed & deſtru- “
xiſſe omnia propugnacula, & in Caſtelli
locum, Caſtellaccio dictum, patibulum
extrui mandaſſe. Noſtro tempore, quo
colliſa Chriſtiani orbis capita univerſos
in partes trahunt, & utrinque ingentes
cauſæ neminem patiuntur quieſcere, ali-
is religionem, aliis libertatem, aliis anti-
quam gloriam & imperii majeſtatem ja-
ctantibus, quamvis nihil miſerius ſit ipſis
victoriis, tamen poſt unam vel alteram
adverſarii cladem ſtatim in prodigioſam
lætitiam explicantur frontes, in foro, in
biviis triviisq; pueri, viri, ſenes fortunam
publicam extollunt, & ἐπινικίῳ illo hy-

(u) *lib. IV. Hiſt. Gen.*

anno proceſſionibusq; ſolennibus & exploſione tormentorum lætitiam ſuam teſtantur,

Non minus ac juſtum vibraſſet patria telum,
Ereptosq; dolens Solymos ac priſca Deorum
Hoſpitia, athercamq; trabem ſanctumq; ſepulcrũ,
Iſſet in Eoas animis concordibus oras.
Jamq; pia Nemeſi ſuccumbens perfidus Oſman
Diffiſusq; ſibi & charta Mahumetis anili
Reſpiceret veteres latebras & Caſpia clauſtra;
Jam caderent tot vincla piis, jam remige Turca
Noſtra per Euxinos fluctus Phryxéaq; ſtagna
Vela ſuperbirent, Phariis inflata tributis;
Nec terris fortuna minor nunc altera ſceptra
Redderet Heſperia, curruq; intraret eburno
Mœnia Byzantis multumq; amplexa ſororem
Roma ſoror, tepidos oculis abſtergeret imbres,
Atq; iterum in noſtras juraret Græcia leges.

His & aliis ſimilibus factis rationes quasdam & quæ inſtar rationis eſſe poteſt ſapientiſſimorum ducum modeſtiam opponere placet, quod quidem faciam alienis potius verbis & ſententiis, quàm meis; nam in telo aut gladio multùm intereſſe videmus, à qua manu veniat, & me animat ipſius Iſocratis exemplum, qui ut

eſt

eſt apud Photium (x) hujuſmodi teſſellatas orationes ex Archino, Thucydide & Lyſia & aliis contexuit. Ac primum quidem ea eſt fortunæ mutabilitas, ut facilimè deſerat eum, qui debellatum uno prælio hoſtem faſtidioſe præſumit: *Sæpè eſt cernere eos*, inquit Polybius, (y) *qui ſuperiores jam videbantur evaſiſſe, mox univerſo prælio eſſe victos, alios contrà qui per initia offenderant, poſtmodum mutata rerum facie ſumma rei victoriam ſua ſolertia præter omnium opinionem eſſe conſecutos.* Hæc ille. *Caduca* nimirum (z) *ſunt omnia & fragilia, puerilibuſq́; conſentanea crepundiis: affluunt ſubitò, repentè dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt, ſed incertiſſimo flatu fortunæ huc atq́; illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improviſo decurſu deſtitutos, profundo cladium miſerabiliter immergunt.*

Hoc eſt, quo Alexandrum M. rebus ſecundis ebrium pro libertate patria ju-

(x) *Cod. 260.* (y) *lib. XI. cap. 12.*
(z) *Val. Max. lib. VI cap. 9.*

Digitized by

bent advertere Scytharum legati, (*a*) *Fortunam*, inquientes, *tuam preſſis manibus tene; lubrica eſt; nec invita teneri poteſt. Impone felicitati tuæ frenos, faciliùs illam reges.* Pauci enim ſunt, quibus fortuna currum à carceribus ad metam ſine offenſſione aut everſione perduxit. Hoc (ut in tanta exemplorum (*b*) copia unum vel alterum proferam) Seſoſtris Rex Ægypti tandem didicit & imbibit, qui victor erat non vicinorum tantum, ſed imperium in Pontum & Scythiam usq; protenderat. Hoc tantos illi ſpiritus fecit, ut & quatuor Reges equorum vice currui ſubjungeret, quo vehebatur. In eo quum ſublimis ſederet, Regum unus capite reflexo identidem rotam currus aſpiciebat. Quîd rei ſit, Seſoſtris rogat: ille liberè: Intueor volumen hoc aſſiduum rotæ; in qua viciſſim ima ſumma, ſumma ima fiunt: quod exemplum capio & applico noſtræ fortunæ. O benè: potuiſſet tamẽ addere, & tuæ: ſed Seſoſtris

(*a*) *Curt, lib. VII. cap. 8.* (*b*) *Lipſ. 2. Mõ. & Ex. Pol. 14. è Diod. Sic. lib. I. cap. 58. Plin. lib. XXXIII. cap. 3. Lucã. lib. X. V. 278.*

Digitized by Google

ſoſtris ipſe fecit, & ſtatim illos à jugo, ſe à faſtu liberavit. Gilimer (c) Rex in Africa Vandalorum diu felix fuerat, opes terrasq; victoriis quæſiverat; ſed vertit ſe Fortuna, & Beliſarius à Juſtiniano Imperatore miſſus cum exigua manu hominem evertit. Acie igitur victus, fugit in Numidiæ excelſum montem Pappum, atque ille obſidione aliquamdiu tolerata, deſperans ad Pharam miſit, qui mandato Beliſarii obſidebat, actum ſuper deditione, ſimulq; petitum, panem ſibi mitti, ſpongiam & citharam: panem fami relevandæ, ſpongiam ſiccandis oculis, citharam leniendo animo. Dedit ea Pharas & mox ſeſe Gilimer: qui ad Beliſarium deductus, nil niſi riſit. Deſipere eum è cladibus homines cenſebant: vera ſapientia erat, qua incerta hæc rerum, uſu edoctus, ridebat. Idq; apertiùs in ipſo triumpho oſtendit, cum per pompam Byzantii, ad Juſtinianum & Theodoram conjugem in ſublimi ſolio ſedentes adductus, & hoc tantum effatus eſt: *Vani-*

(c) *Procop. lib. IV. de Bello Vand.*

tas vanitatum & omnia vanitas. Ha
fortunæ volubilitatem cùm optimè c
lerent Romani, in ipſo (*d*) curru po
triumphantem publicus miniſter veh
batur coronam auream immenſi pon
ris & amplitudinem ſuſtinens ac ſæpè
ſuſurrans: RESPICE POST TE, HO
MINEM MEMENTO TE. Quæ
ſpicere jubebatur, erant tintinnabul
& flagellum, ultimi ſupplicii inſtrumen
Quanquam & alia aderant, quæ Impe
tori aurem vellicabant, ne obliviſci po
imbecillitatis humanæ. Nam bullam
illam auream, quæ pueritiæ erat or
mentum, nec non indicium atq; inſi
fortunæ (cujus favor tenellus ac mom
taneus eſt, uti naſcens ex ſtillicidiis in
ta vento in aquis bulla) velut fren
quoddam contra inſolentia reſumeb
illo ſolemni die triumphum acturi.

Quod ſi fortunæ, quam nemo
ſapientum agnovit, viciſſitudo ni
mo

(*d*) *Zonar. tomo II. Ann. pag. 32. Plin. lib. XX*
cap. 1. Tert. in Apol. cap. 33. Iuven. Sa
v. 37. (*e*) *Pigh. in Herc. Prod. pag. 425*

Digitized by Google

modeſtiores facit; tum & illam rationem attēdi velim, quod inſolentia victorum animos ſæpè excitat ad virtutem, & acriores reddit ad inſurgendum ac rebellandum. Cujus rei exemplum eſt apud (*f*) Tacitum: *Cùm milites Romani aggerem ſtruxiſſent, & in modum tropæorum arma, ſubſcriptis victarum gentium nominibus impoſuiſſent, haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, quàm ea ſpecies dolore & ira adfecit. Qui modò abire ſedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt: plebes, primores, juventus, ſenes, agmen Romanum repentè incurſant, turbant.* Hinc apud Amm. (*g*) Marcellinum cadentes prælio Sarmatæ *non tam mortem dolore, quàm Romani militis lætitiam horrendo ſtridore monſtrabant.* (*h*) *Nec enim ſemper victis minor animus,* ſed iis etiam (*i*) *ira virtusq;, & diſciplina majore agunt, quàm victores: illos enim ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit; hi*

(*f*) *lib. II. Ann. cap. 19.* (*g*) *lib XVI.* (*h*) *Tac. III. Hiſt. 41, 3.* (*i*) *Idem in Agr. 37. 4. II. Hiſt. 77. 4.*

per faſtidium & contumaciam hebeſcunt, ut loquitur Tacitus

Fractis rebus violentior ultima virtus,

ut canit Silius. (*k*) Huc facit, quod dicebat Cato Cenſorius apud (*l*) Agellium: *Adverſæ res ſe domant & docent, quid opus ſit facto*, ſeu, ut loquitur Mithridates apud Salluſt. in fragmentis hiſtoriarum, (*m*) *victis fortuna multis ereptis uſum dat benè conſulendi.* Cum quibus convenit illud Syri: *Calamitas virtutis eſt occaſio*, & tritum, παθήματα μαθήματα, quod adeò verùm eſt, ut Seneca (*n*) hunc in modum alicubi differat: *Ne gubernatoris quidem artem tranquillum mare & ſequens ventus oſtendit. Adverſi aliquid incumbat oportet, quod animũ probet*, quib⁹ adſidet illa (*o*) Plini: *Nequaquã par gubernatoris eſt virtus, quum placido & quum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus ſubit portum: at quum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula timent, tunc ille clarus & Diis maris proximus.* Certè

(*k*) *lib. I.* (*l*) *lib. VII. cap. 3.* (*m*) *lib. IV.* (*n*) *Conſol. ad Marciã cap. 6.* (*o*) *lib. IX. ep. 26.*

Certè vera illa Romana virtus, nunquam aliàs tam apparuit quàm in calamitate, & adverſariorum ſuorum inſultatione; id quod animadvertit Ofilius Calavius Ovii filius. Nam cùm imperitè jactaretur, habere Samnites victoriam non præclaram ſolùm, ſed & perpetuam; cepiſſe enim eos non Romam, ſicut ante Gallos, ſed quod bellicoſius multò fuerit, Romanam virtutem ferociamque: *Longè*, inquit, *aliter ſe res habet, ſilentium iſtud obſtinatum ſub jugum miſſorum Romanorum cum indelebili ignominia, fixiq; in terram oculi & ſurdæ ad omnia ſolatia aures intuendaq; lucis pudor ingentem molem irarum ex animo alto cientis indicia eſſe: aut ſe Romana ignorare ingenia addens, aut ſilentium iſtud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusq; excitaturum, Caudinaq; pacis aliquantò Samnitibus quàm Romanis triſtiorem memoriam fore: quippe ſuos quemq; eorum animos habiturum, ubicunq; congreſſuri ſint: ſaltus Caudinos non ubiq; Samnitibus fore.*

Digitized by Google

Neq; defuit augurio eventus, ut apud Livium *(p)* videre eſt. Quemadmodum enim apes cùm fuci aliquam partem cibariorum abſumunt, ſarciendo damnum fiunt agiliores: ita Populi Romani virtus ſemper in malis major reſurrexit. Unde pulcrè Romanæ fidicē lyræ *(q)* Horatius:

Gens quæ cremata fortis ab Ilio
Jactata Tuſcis æquoribus ſacra
Natoſq; maturoſq; patres
Pertulit Auſonias ad urbes.
Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido
Per damna, per cædes ab ipſo
Ducit opes, animumq; ferro.

Hactenus allatis accedit etiam hæc tertia ratio, quæ ab inſolentia victores abſterrere debet, quod victis ſuccurrant pleriq; omnes, etiam qui infenſiſſimi prius erant, dum qui aliena mala audit, unà quodammodo pati ſibi videtur: *Benevolentiam miſericordia ſæpè gignit. Animus enim eorum quos audit, mœrore delinitus & malorum auditione in eundem ferè ſenſum pertractus, triſtitiam in miſeri-*

...cap. X. quæſ. XI. d. (p) lib. IX. cap. 7. (q) lib. IV. Carm. Od. 4.

ſericordiam, miſericordiam verò in benevolentiam commutat, ut ſcitè loquitur (*r*) Achilles Tatius. Sic in miſerationis bivio poſita Jocaſta apud Senecam tandem infit:

Vtrumq; quamvis diligam affectu pari,
Quo cauſa melior ſorsq; deterior trahit
Inclinat animus, ſemper infirmos fovens
Miſeros magis fortuna conciliat ſuis.

Quam mentium humanarum inclinationem tangit etiam qui valet in hiſtoriis maximè: *Etiam quos injuriæ inviſos faciunt, gratioſos miſeriæ reddunt*: & (*s*) Cicero: *Sic fieri ſolet, ut regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant*. Quod ſi iis, quæ majorem vim habere putantur, exemplis agendum eſt, non deſtituunt nos Memoriæ Sacerdotes, ſed quamplurimis ad ſtabiliendam ſentētiam noſtram ſubveniunt. Anſibarii non modò copia, ſed adjacentium populorum miſeratione augebantur: quia pulſi à Chaucis & ſedis inopes, tutum exilium orabant, referente Corn.

(*r*) *lib. III. de Amor. Clitoph. & Leuc. pag. 188. edit. Salm. in Theb. v. 382.*

(*s*) *lib. V. cap. 3. pro lege Manil.*

Corn. Tacito (*t*) Romanarum rerum ſcriptore ſolertiſſimo. Sic Athenienſium (*u*) rebus poſt pugnam infelicem ad Ægospotamos planè ac de im̃anitate XXX tyrannorum planè deperditis *non deerat quarundam civitatum tàm crudeles caſus miſerantium favor.* Itaq; pulſos Thebanorum princeps Iſmenias etſi publicis non poterat, privatis tamen viribus adjuvabat. (*x*) Ipſe Pauſanias Spartanorum Rex qualis in Athenienſes perpetuos dominationis æmulos? Quos pro affectu, quem debebat patriæ, non poterat non odiſſe; tamen quum multi cæſi, multi ejecti eſſent; miſericordia exulis populi permotus eſt, ut patriam miſeris Athenienſibus reſtitueret, & decem tyrannos ex urbe Eleuſina ad cæteros migrare juberet.

Nec abſimile vidit ſæculum ſuperius, poſtquam ad Ticinum Franciſcus I. Rex Gallorum captus humanæ fragilitatis exemplum dedit, & ſimul octo millia Gallorum & qui pro Gallis pugnarunt, flos regni

(*t*) *lib. XIII. Ann. cap. 51.* (*u*) *Iuſt. l. V. c. 9.*
(*x*) *Iuſt. lib. V. cap. 10.*

Digitized by Google

regni & nobilitatis cæſa eſſent, ſcribit Ill. Thuanus, (y) clade ea, proſtratis omninò Galliæ viribus, uti videbatur, tamen rex victus tantum efficere potuit, quantum incolumis vix auſus eſſet optare, exemploque ſuo verum eſſe comprobavit, regum afflictas res multorum opes allicere ad miſericordiam, dum quisque in præpotentum cladibus efficacius conditionis ſuæ admonetur. Nam Cæſar licet moderato animo ſucceſſum hunc tuliſſet, tamen invidiam Italicorum Principum vitare non potuit, qui timentes rebus ſuis etiam non rogati conſilia ultrò communicarunt, ut jacentem Franciſci fortunam quà poſſent, ſublevarent, & victoriam nimia proſperitate exultantem reprimerent.

Quæ cum ita ſint, *rebus ex animi ſententia cedentibus, ſine bellicis negotiis impoſito, caveat Imperator, ne ob res ſecundas elatior ac gravior videatur, ſed placidus ſit ac benignus, neq; faſtum minaci ac truculento vultu præ ſe ferat, ſed civilem*

(y) *lib, I, Hiſt.*

atq;

atq; amabilem benevolentiam comiter omnibus exhibeat. Illa enim invidiam ac livorem gignunt, iſta æmulum amorem conciliant, ut Onoſandri verba (z) hîc mea faciam. *Tùm demum victoriam & apud Deos & apud homines minimum invidiæ habituram, reor, cùm plurimum humanitatis habuiſſet,* eleganter ſcribit (a) Valerius Maximus. *Nihil hominibus ac Deo magis inviſum, quàm poſt victoriam impotens animus. At hominis modeſtia, qui magna peregit, duplex tropæum ſtatuit, tùm factis ipſis, tùm quod ob ea ſe non efferat,* ut ait Manuel Imperator (b) ad filium. Hanc modeſtiam omni ſtudio amplexi ſunt veteres Romani, cùm adhuc pulchri, pii, ſancti, egregii atque magnifici eſſent, ut nos docet Florus, (c) quū illos laudans, recentiores autem perſtringens, *Domitius Ænobarbus,* inquit, *& Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant in locis, ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus tropæa fixe-*

(z) *cap. ult.* (a) *lib. V, cap. 1,* (b) *cap. 77.*
(c) *Fl. lib. II, cap. 19.*

fixere: quũ hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit. (d) Lacrymæ bonis cadunt præ gaudio, quoties de eodem populo Romano legunt ap. Diodorum Siculum, (e) *cum Reges potentiſſimos Antiochum & Philippum bello ſuperaſſent, nullum ſupplicium non modò ab eis exegiſſe, verum etiam regna ſua illis conceſſiſſe, & in amicitiam recepiſſe.* Et mox, (f) *clementia adverſus victos mira eſſe uſum, ita ut cum victi omnia extrema à victoribus expectarent, ipſi tamen victores incredibili humanitate victoriam ſuam temperarent.*

Atque ut ab univerſis ad ſingulos veniam, L. Æmilius Paullus (g) tanta humanitate fuit erga Perſem, Macedoniæ Regem ultimum, à ſe debellatum, ut eum in templum ſive tentorium ſuum reciperet, & conviviis adhiberet, & milites ſuos hunc in modum cohortaretur ad modeſtiam: *Exemplum inſigne cernitis mu-*

tatio-

(d) *Idem lib. III. cap. 2.* (e) *in Exc. Peireſ pag. 313.*
(f) *Pag. 346.* (g) *Fl. lib. II. cap. 12.*

tationis rerum humanarum. Vobis hoc præcipuè dico, juvenes. Ideò in ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè ac violenter conſulere decet: nec præſenti credere Fortunæ, cum quid veſper ferat, incertum ſit. Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera flatu ſuo, nec adverſa infringent. (h) Aurea certè verba & Homerico præconio digna! Quàm admirabilis hac in parte Scipio major, (i) cui quum tres captivi ſiſterentur, iſta calamitas non ſolùm lacrymas excivit, ſed & quum inter illos virgo quædam eſſet eximia forma, à cujus amore nunquam temperaturum ſibi Scipionem opinio erat, comperto puellam Allucio cuidam principi Celtiberorum deſponſam eſſe, ſtatim ſponſum ad ſe vocavit, eiq́; puellam in manus tradidit cum omni pecunia, quam virginis propinqui ejus redimendæ cauſa attulerant. (k) A ſimili humanitate commendatur M. Claudius Marcellus, quum Syra-

(h) *Liv. dec. 5. lib. V.*
(i) *Polyb. lib. X. cap. 18.*
(k) *Dio in Excerpt. Peir p. 604. Val. Max. 4.3.1.*

Syracuſarum, urbis modò opulentiſſimæ, tunc afflictæ fortunam ex alto cerneret.

Sed his omnibus, ni fallor, anteponendus C. Julius Cæſar, (l) & quo majorem hac in parte ne in Chriſtiana quidem hiſtoria reperias. In acie clamabat: *Parce civibus.* (m) Poſt aciem temperavit jus crudelitatemq; victoriæ; quod dicere ſolebat, præſtitit; neminem occidit niſi armatum. Sed & quum Pompeji caput aſpiceret, oblitus hoſtis, ſoceri vultum induit, ac Pompejo tum proprias, tum etiam filiæ ſuæ lacrymas reddidit: caput autem pretioſiſſimis odoribus cremandum curavit. (n) Quanquam illas lacrymas parum exiſtimavit ſinceras Dio, (o) quum ſcriberet: Τὴν Πομπηΐου κεφαλὴν προσενεχθεῖσαν αὐτῷ θεασάμενος, κατεδάκρυσε καὶ κατωλοφύρετο: ὅτι μέντοι τῇ προσποιήσει ταύτῃ γέλωτα ὠφλίσκανε i. e. *Cæſar allatum ad ſe Pompeji caput conſpicatus in lacrymas iſſe fertur, ſed nihil*

(l) *Val. Max. 5. 1. 4.* (m) *Fl. lib. IV. cap. 2 § 50. Sen. 5. de Benef. 16.* (n) *Val. Max. 5. 1. 10.*
(o) *lib. XLII, pag. 189.*

hil illis lacrymis niſi riſum & ludibrium retulit, cui & adſtipulatur Lucanus. (p) Verum cum ex factis potius, quàm ſuſpicionibus heroës æſtimandi ſint, malim integram laudem relinquere Cæſari, nec aliter judicaſſe credo Scaligerum (q) patrem, qui de Cæſare quid ſentiret rogatus à Gallo, *Non reſpondebo*, inquit. Quãobrem? *quia*, inquit, *nolles me reſpondiſſe. Hoc tibi volo gratificari. De viro enim illo non poſſe quicquam verè dici, quin de omnium imperatorum, gentium omnium laude detrahatur, neq; putare ſeſe illum fuiſſe hominem niſi eſſet mortuus.*

Tamen ab hoc proximum locum obtinere poſſe M. Antonium à poſterioris ævi ſcriptoribus Philoſophum cognominatum è Dione (r) ſtatuendum erit, qui acta omnia quæ de Caſſio confecta fuerant, cremavit, ne ullum ex iis probrum adverſario ſuo adſpergeretur: poſtremò cunctis qui ſeſe ei addiderant, veniam dedit, Vultis præter Romana etiam

(p) *lib. IX.* (q) *Conſ. Burd. pag. 418,*
(r) *in Exc. Peireſ. pag. 718.*

Digitized by Google

etiam aliarum gentium hac in parte laudabilia? Cyrus quum Aſtyagem, à quo multis inſidiis petitus fuerat, cepiſſet, tamen nepotem in illo magis, quàm victorem egit, eumq; maximæ genti Hyrcanorum præpoſuit, referente (s) Juſtino: quæ modeſtia etiam adnotata eſt in eodem erga (t) Crœſum, cum ei vitam & patrimonii partes & urbem Barcem concederet; in qua etſi non regiam vitam, proximam tamen majeſtati regiæ degeret.

Philippi etiam Macedonum Regis in tali genere laudis memoria apprehendenda eſt, qui devictis Athenis lætitiam victoriæ callidè diſſimulavit: quippe non ſolita ſacra illo die fecit; non in convivio riſit; non ludos inter epulas adhibuit; non coronas aut unguenta ſumſit: & quantum in illo fuit, ita vicit, ut victorem nemo ſentiret. Juſſit (u) etiam ob rerum humanarum conditionem, ut puer ſingulo mane memoraret; Philippe homo

(s) *1, 6, 16,* (t) *Idem 1. 7, 7.* (u) *Idem 9. 4. 1,*

mo es. Annibal, cæde nunciata Marcelli, ipſe confeſtim properabat in tumulum. Corpus contemplanti, poſtquam diu robur & ſpeciem conſideravit, nullum dictum excidit arrogantius, (x) nec lætitiam vultu, ut alius fortaſſis, acri & gravi ſublato hoſte præ ſe tulit. Eademq; virtute (ut veteribus aliquod è recentiori memoria ſubjiciam) Suleimannus Imperator Turcarum, cùm inſignem victoriam de Chriſtianis deportaſſet, nulla inſolentis lætitiæ ſigna dedit, adeò ut teſtetur Busbequius (y) in epiſtolis, ſe altero poſt die ad ſua ſacra proficiſcentem vidiſſe in eodem vultus habitu permanentem; eandem fuiſſe frontis ſeveritatem & triſtitiam, pœnè ac ſi nihil ad eum hæc victoria pertineret, nihil novum aut inexpectatum contigiſſet. Ut taceam (z) Alexandrum M. (*a*) Eumenem, (*b*) Antigonum, (*c*) Sigiſmundum & (*d*) Aladud-
dau-

(x) *Pl. in vita Marcelli.* (y) *ep. 4. pag. 227.*
(z) *Curt. 5. 13. 31.* (a) *Plut. in vita Eumenis,*
(b) *Idem in vita Pyrr. & Polyb. lib, II, cap. 70.*
(c) *Luckius in numis pag. 28.* (d) *Emalcinus 5, 5.*

Digitized by Google

daulam, alios: dum illud manifeſtum ſit, eò mitiorem & modeſtiorem quemque fuiſſe, quò generoſiorem.

Et quanquam virtus nihil faciat utilitatis cauſa; tamen illa nunquam defuit, quum omnia benè ſuccederent modeſtis ac clementibus. Quid enim multis modis amplificat regna? Modeſtia & Clementia: quod expertus eſt Antiochus: Nam cum fuſis fugatisq́; Ægyptiis ad internecionem delere poſſet omnes, equo circumvectus occidi eos vetuit, ſed potiùs vivos comprehendi juſſit. (e) Ob quam maximè humanitatem & Peluſio, & paulò poſt, univerſa Ægypto eſt potitus. Philippus Amyntæ filius, cùm ſingulari in victos clementia uteretur, ultrò illi principatum Græciæ ceſſere: & ille quod tot diſcriminibus ac præliis aſſequi non potuerat, (f) ſola clementiæ & humanitatis opinione ab hoſtibus minimè invitis obtinuit. Eadem Romani adverſus victos uſi maximum (g) incremen-

(e) *Diod. Sicul. in Exc. Peir. pag. 311.*
(f) *Idem in iud. p. 339.* (g) *Idem in iud. p. 340.*

tum rebus ſuis addiderunt: plus parcendo victis, quum vincendo Romanum imperium auctum eſt. Quid conficit bella, & ad exitum felicem perducit? Modeſtia & Clementia: ſi credimus Juliano Imperatori, qui in concione (h) ad milites: *Non ille hoſtis vincitur ſolus, qui cadit in acie, pondere armorũ oppreſſus & virium: ſed multò tutius etiam tuba tacente, ſub jugum mittitur voluntarius, qui ſentit expertus, nec fortitudinem in rebelles, nec lenitatem in ſupplices animos deeſſe.* Quid reddit ex hoſtibus amiciſſimos? Modeſtia & Clementia. Q. enim Metellus clementia effecit, ut ad redigendas ſub poteſtatem Celtiberorum urbes non multis ſibi obſidionibus eſſet opus: etſi enim non unius civitatis mœnia, omnium tamen Celtiberarum urbium animos recepit, ut refert (i) Valerius. Notatu etiam dignum, quod Paulus Æmilius, (k) in literas miſit, à Carolo M. Saxonibus ſub jugum miſſis ademtam

tam

(h) *Amm. lib. XIV. pag. 25.* (i) *lib. V. c. 1. ex. 5.*
(k) *in Carolo M. lib. III.*

tam libertatem teſtandi, reſtitutam poſteà à Ludovico Pio Caroli filio, eamque reſtitutionem tam grato animo accepiſſe addit Saxones, ut magis pro Francorum gloria ex eo tempore pugnaverint, quã antè pro libertate ſua adverſus eosdem decertaſſent. Hunc fructum ſenſit etiam Alexander, cùm eximiæ pulchritudinis virginibus peperciſſet: Nam inquit (*l*) Frontinus, *hac res univerſa gentis animos ipſi conciliavit*. Igitur oraculum eſt illud Valerii: *Humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat, torvosq; & truces hoſtium mollit oculos, ac victoria inſolentiſſimos ſpiritus flectit*. Nec illi difficile & arduum eſt, inter arma contraria, inter diſtrictos cominꝰ mucrones placidum iter reperire. Vincit iram, proſternit odium, hoſtilemq; ſanguinem hoſtilibus lacrymis miſcet. Nec minoris æſtimandum eſt illud (*m*) Salluſtii: *Qui benignitate ac clementia imperium temperavere, his candida & læta omnia*

 fuére;

(*l*) *lib. II. cap. 11. lib. V. cap. 4.*
(*m*) *Orat. 1. de Rep. ordin.*

*fuére; & hoſtes æquiores, quàm illis ci-
ves.*

Utinam verò æquis animis hautiren
Magnates Chriſtianæ Reipublicæ! na
felicior eſſet rerum humanarum ſtatus
Nunc pro modeſtia, quum illa exular
juſſa, ſubiit immanis feritas diritasque
Nulla acies audivit Cæſarianum illud
Parce civibus. In ipſo prælio furiæ
poſt victoriam, quaſi memorabile faci
nus fuiſſet cum conſanguineis gladiato
rio more comparari, inſolentia, gaud
um, exultationes, vociferationes no
tantum illorum, qui verè ſunt purgamen
ta civitatum, truces enſium candidat
ſacerdotes Bellonarii, ſed & togatoru
& in conviviis multa millia occidentiu
O morem perverſum! O Germania
moribundam! ò deficientem! Nondu
tempus ut tollamus ſuppara: longè po
tus, & adhuc ſupra caput ingens temp
ſtas eſt. Ignem, ligna & oleum ad m
ſerum Germaniæ incendium paſſim ſu
gerunt omnes, & nos ardemus, vicini a
rident, ſpectant. O Germania, H

Digitized by Google

Heu! heu quàm mala ſors, quæ te fataliter urget,
(n) Eheu, quantus equis, quantus adeſt viris
Sudor. Quanta moves funera Teutonum
Genti! Jam gladios miles & ocreas
Equosq́; & rabiem parat.
(o) Jam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aures: jam litui ſtrepunt:
Jam fulgur armorum fugaces
Terret equos, equitumq́; vultus.

Hæc eſt miſerabilis illa florentiſſimæ quondã, ah verè quondam! Germaniæ noſtræ facies, hæc ingens illa metamorphoſis, hæ tot tam graves acceptæ clades, quarum obliviſci non tam eſt in poteſtate noſtra, quàm meminiſſe. Quæſo, ſequamur hîc ſanctiſſimorum patrum conſilium, (p) qui τῶν ἔξωθεν σοφῶν ſcripta vel eo nomine legenda nobis cenſent, ut ſapientiſſima illorũ præcepta & exempla laudatiſſima pudorẽ nobis incutiãt, & nos nobis accinere cogãt: hæc dixére, hæc fecére, quibus veræ lucis vix aliqua ſcientia affulſerat, nos filios lucis quid æquũ eſt facere? nos quibus ad omne virtutis genus dux, doctor & auctor filius Dei & ipſe Deus? nos quib⁹ (ſi tamẽ profeſſionis noſtræ nomẽ non emẽtimur) cœlo immiſſa & infuſa vis Sancti Spiritus τοῦ παρακλήτου ſemper adeſt? Hujusmodi co-

(n) *Horat. lib. I. od. 15.* (o) *Idem lib. II. od. 1.*
(p) *Caſaub. ep. 593.*

gitationibus nos revocemus ad ſtudia modeſtiæ & humanitatis, & lugeamus potius in tam miſeris victoriis, quàm ut explodamus tormenta, feſta celebremus, hymnos triumphales canamus, ſuperbi ingrediamur.

PROGRAMMA.

QUod aurum ebori, hoc generis dignitati ſuperinductam eruditionem eſſe, ſi quis quam dixiſſet olim, næ illi repoſitum fuiſſet è Romano Sapiente: *Putabam te aliquid novi dicere.* Nunc patriam noſtram agentibus fatis in barbariem, nemo ſuſcepti laboris ſuper vacui, ut opinor, argui poterit, qui genitus in ampliſſimam ſpem literarum ſtudia commendare volet. Quantus enim eorum numerus, qui ætatem inter diſciplinas exercere ſaltem privatum decus exiſtimant? ne alia graviora refricem, quæ nemo ignorare poteſt, niſi qui rup[...] conum noſtrorum minas & altum ſupercilium incognitum habet. Quamobrem luce craſt[...] na ut multa erudita, ſic tempeſtiva & in oppro[...] brium illorum, qui literaturæ poſſeſſionem cum inſignium avitorum læſione conjunctam eſſe calumniantur, dicet *Illuſtris & Generoſiſſimus* Dn. GEORGIUS HANNIBAL L. [...]

Digitized by Google

INET EGG HUNGERSPACH. Qui licet incitamentũ ipſe ſibi pulcherrimũ ſit; tamen ut hoc argumentum à tempore non alienum, nec illuſtri perſona indignum, deligeret, auctores habuit *Perilluſtres & Generoſiſſimos Viros* DN. GEORGIUM SIGISMUNDUM L. B. IN EGG ET HUNGERSBACH *Dominum Parentem ſuum* & DN. FRANCISCUM CHRISTOPHORUM A TEUFFENPACH DN. IN MÆSWEG ET SPIELBERG, digna profectò nomina, quæ Muſarum Faſtis inſerantur primo loco. Jam noſtrum eſt illuſtris ingenii ſpecimen & ingenuæ prætereà devotionis erga *Illuſtres Heroas* ſuſpenſum donarium omni cultu & honore proſequi. Fecit olim Roma, etiàm quum virtutum oblita videretur; & quod Germanicus aliquando inter oratores conſpectus eſſet, cenſuit ei clypeum ex auro & qui reliquos magnitudine antecederet, in eo curiæ loco ponendum, ubi imagines virorum eloquentia præſtantium dicatæ erant. Nimirum tantò cæteris eloquentibus acceptior videbatur, quantò nobilitate generis præſtantior. Nos quidem haud ſedemus in aurea illa-meſſe, quam tot provinciæ dabant Romanis, imò temporum iniquitate benè tonſi ac circumciſi, ex auro ſtatuere poſſumus nihil; tamen inpræſentiarum *Illuſtri* DN. BARONI honorificum monumentum erit præſentia *admodum Reve-*

rendorum, *Conſultiſſimorum*, *Experientiſſimorum*, *Clariſſimorum* DNN. PROFESSORUM, ut & *Nobiliſſimorum*, *Præſtantiſſimorum* & *Doctiſſimorum* DNN. STUDIOSORUM. Hac ut quisq; ſtudium & honorem erga *illuſtris Familiæ Iuvenem* atteſtari ſuarum eſſe partium ducit, ita nec ambitioſa invitatione op' eſt. Sufficit indicare, dicta luce craſtina nonam matutinam Orationis recitationi deſtinatam eſſe. B. V. P.P. Altorf Id. XIII. Aug. A. S. cIↄ Iↄ CXLV.

DE STUDIIS, ILLUSTRI PERSONA DIGNIS, ORATIO.

M*Agnifice Domine Rector, admodum Reverendi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, Clariſſimi & Excellentiſſimi Dnn. Profeſſores, Vosq; Nobilitate generis, Virtute ac Doctrina præſtantiſſimi Domini Studioſi.*

Nullus ignoro, verba facturos Orationum ſuarum frontiſpicia ſic exornare, ut infantiam, pudo-

pudorem, trepidationem, & metum ſuum; loci contrà vel materiæ præſtantiam ac dignitatem variis ſpecioſorum verborum formulis exponant, atq; hæc velut amuleta judicare contra Faſcinum & Invidiam: Sed qui hunc tam conſpicuum locum conſcendi, tantùm abeſt, ut eorum jam ſecter conſuetudinem, ut potius umbraticis umbram ſuam animo lubentiſſimo relinquam, ita nimirum judicans, non poſſe non triviales id genus querelas Ampliſſimo Conſeſſui nauſeam & faſtidium creare. Omnis enim cantilena ſæpiùs occentata primum ſatietatem, dein contemtum cum odio conjunctum habet.

Sufficiat in excuſationem auſus mei produxiſſe, quod non tam publicæ famæ judicium, quàm quid *Perilluſtre par Virorum Generoſiſſimorum*, DN. GEORGIUS SIGISMUNDUS L. B. IN EGG ET HUNGERSPACH, *Dominus Parens meus debita filialis animi ſubmiſſione æviternùm venerandus*, ut & DN. FRANCISCUS CHRISTOPHORUS L. B. A TEUFFENBACH, DOMINUS IN MÆSWEG ET SPIELBERG *Dominus & Patronus meus omni honoris & amoris cultu nunquam non proſequendus*, mearum partium eſſe duxerint, ad animum revocarim.

Hæc enim illis ſtabat ſententia, ut antequam incluto huic Athenæo valedicerem, publico eruditorum conſpectui me ſiſterem & hoc argu-

mentum explicandum mihi deligerem. *Quàm illuſtribus perſonis decorum & neceſſarium ſit incumbere literarum ſtudiis.* Igitur pro lege hoc mandatum eſt; & præſtat artificium orationis, ſententiarum argutias, verborum cincinnos, & omne delectationis aucupium, quàm pietatem & obſervantiam deſiderari.

Unde nec illos moror, qui rarioribus adſueti, hoc fortaſſe aliis in aurem: *cui non dictus Hylas?* & quis, quæſo, non bruti judicii vel exſenſæ mentis, illud ipſum, quod affirmas hîc, in dubium vocaverit? Quum manifeſtum ſit, jam plures ad ravim usque nobilibus hoc occentaſſe tanto quidem ſucceſſu, ut multis Illuſtribus literatis Germania noſtra dulciſſima ſemper effloruerit; nõne talia inculcare velle, aut ſuperflua tractantis, aut domeſticam gloriam ignorantis eſt? Fateor, *Auditores*, actitatum id eſſe, & Iliadem nunc cantari poſt Homerum; nec tot Principes, tot Comites, tot Barones, tot alios nobiliſſimis majoribus oriundos, qui Reip. literariæ commodum opibus, & quod longè majus, calamo ſuo juverunt & auxerunt, ulla dies memori eximet ævo: ſed in tempeſtate iſta ferrea numerus ille ſæculi melioris ad opidò paucos redactus, imò fatali quadam periodo, quæ ut omnibus humanis rebus, ſic literis intervenit, eò nunc deventum eſt, ut ſuaviſſimæ illæ ſimul & ſaluberrimæ optimarum

artium

Digitized by Google

artium deliciæ apud pleroſq; ſordeſcāt&negligantur, quos aut generis nobilitas ſupra vulgus extulit, aut fortunæ benignitas ab opib⁹ opimiùs inſtruxit. Sufficere namque putant, ſi Eteobutadæ aut Metelli nati ſint, ſi

(a) *fumoſos equitum cum dictatore magiſtros*
& ſtantes referant in curribus Aemilianos,

immemores vel ignari potiùs illius, quod Julianus (b) ait, *non magnum eſſe, divitiis atque opulenti principis eſſe filium, ſed illud verè magnum, paterna etiam virtute ſuperata nihil omninò pudendum majoribus ſuis aut indignum committere.* Jam & ignorantia contumeliam peperit, & illa ſcientiæ liberalis ſeminaria, illæ ſapientiæ arces, illa veritatis templa, & omnium ingenuarum artium mercatus (quibus epithetis Academiæ quondam honeſtabantur) compoſitis ad ignominiam dicteriis exploduntur, & infra ſordes dejiciuntur ſordidiſſimas. Nimirum nihil eſt tam ſanctum, nihil tam honeſtum, in quo non improbitas dentem ſuum exerceat. Nec hac fini ſtetit hactenus malum: ſed præſtat Camarinam immotam relinquere, & accommodare ſe tenello ſeculo, quod aliquando reſpicit, niſi rodas mordaci vero. Quid? quod magnum ſolatium eſt, diſplicere, non Catonibus, Læliis, Scipionibus; ſed imperitis & benè loqui neſciis, qui ut canes qui-

 dam

(a) *Iuv, Sat. 8.* (b) *Orat. 2. pag. 174.*

dam non ob cauſam aliquam, ſed ex conſuetudine latrant? Nobis per honeſtiora vadentibus contĕnendus eſt iſte contemtus & Romano verbo, AGENDUM HOC: quod ut ritè fiat, oro vos Romano verbo, FAVETE!

Quod Cn. Agricolam, virum, quo temporum ſuorum atrocitati nemo ſeſe prudentius accommodavit, feciſſe ſcribit Tacitus, (c) *eruditum* fuiſſe *utilia honeſtis miſcere*; id in hoc argumenti genere, quod tractandum ſuſcepi, vix quisquam niſi morum ſeculi noſtri neſcius omittendum judicabit. Nam quamvis (d) *Natura nihil habeat præſtantius, quàm honeſtum, cujus* (e) *facies ſi oculis cerneretur, mirabiles amores* (ut ait Plato) *excitaret Sapientiæ*: tamen qui ab utilitate ſejunctum velit, is dicendi laudem quærat in illa perfectiſſima Platonis Rep. ubi alii homines, alii mores ſunt. Noſtris temporibus, quod non utile, adeò non acceptum eſt, ut oratorum præſtantiſſimi, aliquãdo permoti ſint, argumentum ab utili velut in acie prima collocare, & Honeſtum, cujus robur minus eſſet, in eum locum rejicere, ubi numerũ expleret potius, quàm adverſam ſententiam conficeret ac profligaret. Sed non ignari loci & Virorum probitate ac doctrina clariſſimorũ, qui ſermonem noſtrum præſentia ſua dignati ſunt, nolumus à regia & præſcripta divinitùs Hone-

(c) *in Agr. cap. 8. §. 1.* (d) *Cic. II. Tuſc. q. 21.*
(e) *Idem 1. Off. 5.*

Honeſti via primùm deflectere ad utilitatis ſemitam.

Quod igitur Honeſtatem attinet, eam in tantum agnoverunt Monarcharum, regum & dynaſtarum celeberrimi, ut neq; ex aquila, (f) *ſceptro quæ ſurgit eburno*, neq; è veſtimentis mirabili opere contextis, neq; è diademate vel corona, neque è magno pecuniarum aggeſtu tantū externi ſplendoris ſibi promitterēt, quantùm veræ ſolidæq; dignitatis ex imbibitis literarū ſtudiis. Imò quaſi ſolos Reges ea decerent, *Alexander* judicaſſe videtur, quum de Ariſtotele conquereretur, (g) DIGNITATEM *ſublimiorum diſciplinarum evulgatis præceptis profanaſſe. Nam qua*, dicebat, *alia re præſtare cæteris poterimus, ſi ea, quæ ex te accepimus, omnium prorſus fient communia.* QUIPPE EGO DOCTRINA ANTEIRE MALIM, QUAM COPIIS ATQUE OPULENTIIS. Macte hac dexteritate judicii! quē, quod parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet, quodq; ultimas oras, quas viſere ſupra ſpem humanā eſſet, peragraſſet, principem imperatorū judicavit (h) Annibal, nobis ob generoſitatē tanti de literis judicii longè majoris principis documentum dediſti!

Mirari talia, quàm imitari plures hodiè volent: ſed imitatus eſt tamen ſuperiori ſeculo (i) *Franciſcus I. Galliarum Rex*, qui lite-

(f) *Iuv. Sat. 10.* (g) *Agell. lib. XX. cap. 5.* (h) *Liv. lib. XXXV. cap. 14.* (i) *Thuan. lib. III.*

literatis miſceri verè regium putavit. Ipſe namq; de rebus pulcerrimis diſſerentes avidisſimè audiebat: hiſtoria naturali præcipuè delectatus, ut quamvis à pueritia nullis literis imbutus, quicquid de animalibus, plantis, metallis, gemmis ab antiquis & recentioribus ſcriptoribus memoriæ proditum eſt, & meminisſet & aptè ediſſereret. Quid? quod *Alphonſus* ille *Magnus* Librum apertum pro inſigni uſurpavit, ſatis indicans, nihil Rege dignius, nihil ſplendidius, quàm ſcientiam è libris hauſtam. Et quum aliquando audiret, Regem Hiſpanum dixiſſe, (k) *Non convenire Principibus literas*, ſtomachans ſubjecit, *Bovis, non hominis, eam vocem eſſe.*

Nec tam in Regibus honorificum iſtum de literis ſenſum admiramur aut ſtupemus, quā in vetuſtiſſimis illis Gallis, qui Philoſophos & Theologos ſuos ſummis honoribus afficiendos rebantur: illos internuncios Deorum eſſe dicebant, & quum jamjam ſtrictis enſibus & protenſis haſtis dimicaturi eſſent, Philoſophi verò & Theologi in medium progrederentur, ſtatim prælia dirimebant. *Adeò*, exclamat Hiſtoricus, (l) *apud ferociſſimos quoq; barbaros, ſapientiæ honos eſt; & Mars veneratur Muſas.* Quanquam in hoc ipſo loco vanitatem Græculorum ridere licet, quibus omnis extra terram

(k) *Lipſ. Mon. & Exemp. Pol. 1, 8. 15, 12, quod.*
(l) *Diod. lib. V, cap. 21.*

ram ſuam homo barbarus & Gallia vetus barbarorum mater.

Omnes videmur nobis eſſe belluli
Et feſtivi ſaperda, cum ſimus ſapri,

ajebat olim Varro: ſemper patriæ fumus igne alieno luculentior eſſe videtur; & quo philautiæ vitio *Chinenſes* hodiernos laborare auctor eſt I. Petr. Maffejus, (m) ut ſe duos oculos habere, Europæos unum, & quod reliquum eſt hominum, cæcutire dictitent: idem Græcis innatum erat, ſuum ſcilicet extollere vano elogio nomen, quicquid præterea uſpiam eſſet hominum, truci appellatione premere. Nobis invidiæ non erit, magnis Regibus Gallos antiquos ſubjeciſſe, qui olim in Macedoniam & Aſiam Græcis habitatam irruptione facta, cum denis armatorum millibus, ſola æſtimatione virtutis armati, elegantulos illos imperata facere coëgerunt.

Verumenimverò qui ex auctoritatibus & dignitate perſonarum decus ſuum literis conciliare allaboro, in tam illuſtri cauſa plebejo more agere videbor, quod vulgus auctoritates ante rationes habeat. Nos verò parùm moramur iſtos, qui novimus etiam Heroum filios hoc acroamate capi, & ſic judicare, maximos Reges nonniſi maxima & ſibi æqualia ſectari. Habemus tamen, quamvis ficulneum hoc argumen-

(m) *lib. VI. Hiſt. Ind. ſub f.*

literatis miſceri verè regium putavit. Ipſe namq; de rebus pulcerrimis diſſerentes avidiſſimè audiebat: hiſtoria naturali præcipuè delectatus, ut quamvis à pueritia nullis literis imbutus, quicquid de animalibus, plantis, metallis, gemmis ab antiquis & recentioribus ſcriptoribus memoriæ proditum eſt, & meminiſſet & aptè ediſſereret. Quid? quod *Alphonſus* ille *Magnus* Librum apertum pro inſigni uſurpavit, ſatis indicans, nihil Rege dignius, nihil ſplendidius, quàm ſcientiam è libris hauſtam. Et quum aliquando audiret, Regem Hiſpanum dixiſſe, (k) *Non convenire Principibus literas*, ſtomachans ſubjecit, *Bovis, non hominis, eam vocem eſſe*.

Nec tam in Regibus honorificum iſtum de literis ſenſum admiramur aut ſtupemus, quā in vetuſtiſſimis illis Gallis, qui Philoſophos & Theologos ſuos ſummis honoribus afficiendos rebantur: illos internuncios Deorum eſſe dicebant, & quum jamjam ſtrictis enſibus & protenſis haſtis dimicaturi eſſent, Philoſophi verò & Theologi in medium progrederentur, ſtatim prælia dirimebant. *Adeò*, exclamat Hiſtoricus, (l) *apud ferociſſimos quoq; barbaros, ſapientiæ honos eſt; & Mars veneratur Muſas.* Quanquam in hoc ipſo loco vanitatem Græculorum ridere licet, quibus omnis extra terram

(k) *Lipſ. Mon. & Exemp. Pol.* 1, 8, 15,
(l) *Diod. lib. V, cap.* 21,

ram ſuam homo barbarus & Gallia vetus barbarorum mater.

Omnes videmur nobis eſſe belluli
Et feſtivi ſaperdæ, cum ſimus ſapri,

ajebat olim Varro: ſemper patriæ fumus igne alieno luculentior eſſe videtur; & quo philautiæ vitio *Chinenſes* hodiernos laborare auctor eſt I. Petr. Maffejus, (m) ut ſe duos oculos habere, Europæos unum, & quod reliquum eſt hominum, cæcutire dictitent: idem Græcis innatum erat, ſuum ſcilicet extollere vano elogio nomen, quicquid præterea uſpiam eſſet hominum, truci appellatione premere. Nobis invidiæ non erit, magnis Regibus Gallos antiquos ſubjeciſſe, qui olim in Macedoniam & Aſiam Græcis habitatam irruptione facta, cum denis armatorum millibus, ſola æſtimatione virtutis armati, elegantulos illos imperata facere coëgerunt.

Verumenimverò qui ex auctoritatibus & dignitate perſonarum decus ſuum literis conciliare allaboro, in tam illuſtri cauſa plebejo more agere videbor, quod vulgus auctoritates ante rationes habeat. Nos verò parùm moramur iſtos, qui novimus etiam Heroum filios hoc acroamate capi, & ſic judicare, maximos Reges nonniſi maxima & ſibi æqualia ſectari. Habemus tamen, quamvis ficulneum hoc argumen-

(m) *lib. VI. Hiſt. Ind. ſub f.*

gumentum dici non poſſit, adhuc validiora, quæ literarum dignitatem magis magisq; aſſerere poſſunt, & nubem illam, quæ multorũ animos obſidet, diſcutere. Conſtat inter omnes Virtutis ſtudium, cumprimis in Illuſtribus communi egregio deſtinatis & quorum bona malaq; ad Remp. pertinent, requiri. *Proprium hominis bonum* (n) Tacitus appellavit; ſed nobilitatis eſſe debet maximè:

-(o) *quis enim generoſum dixerit hunc, qui*
Indignus genere, & præclaro nomine tantùm
Inſignis?

Virtute deſtitutus totius familiæ ſepulchrũ eſt, & quamvis multa ſoboles, ad virtutem non excitata, tamen majorum ſuorum agmen claudere videtur, quum non poſterorum anima, ſed egregiis factis vita & nominis memoria propagetur in multa ſecula. Sed interpellat hic aliquis, cujus infamiam aſſertus literarum honos nimis arguit: Opportunè Virtutis mentionem jam feciſti; hoc ipſum volebamus, tenemus te, videre geſtientes, quomodo ex his laqueis, in quos tua ſponte cecidiſti, expliceris. Nonne tibi ſuccurrebat illud C. Marii, (p) *noluiſſe Græcas literas diſcere, quod ad virtutem doctoribus nihil profuerint?* Sed Marius ſit Marius, h. e. agreſtis, ferus & planè militaris, qui

Vol-

(n) *lib. IV. Hiſtor. cap. 17.* (o) *Iuv. Sat. 8.*
(p) *Sall. Iug. cap. 85.*

(q) *Volſcorum in monte ſolebat*
Poſcere mercedes alieno laſſus aratro.

Nonne te movet illud Senecæ: (r) *Literarum ſtudia ad alia multum conferre, ad virtutem nihil?* Si Mario cedere non vis, cede literato, cede Romanorum omnium ſapientiſſimo. Quisquis es, qui ſic aurem mihi vellicas, ſcire potes, non eſſe me Terminum, Capitoli immobile ſaxum, ipſiq; Jovi cedere neſcium. Cedimus libenter tanto Conſuli de via; nec opus erat te lictore, qui viam faceret. De Mario ne quid dicamus, acceptum referimus tibi: at quod Senecæ locum attinet, explicat ſeipſum in iis, quæ tu nimis inſidioſè diſſimulaſti: *Quare ergo liberalibus ſtudiis filios erudimus? Non quia virtutem dare poſſunt, ſed quia animum ad accipiendam virtutem præparant. Quemadmodum prima illa literatura, per quam pueris prima elementa traduntur, non docet liberales artes, ſed mox percipiendis locum parat: ſic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, ſed expediunt.* Idem judicium Philonis (s) Judæorum ſapientiſſimi: *Ut in ædibus veſtibula ſunt ante fores, in opidis ſuburbia, per quæ in ipſa itur: ſic virtuti præjacent liberales artes. Hæc enim via eſt, quæ fert ad illam.*

Non eſt opus pluribus: ſufficiunt iſta, quæ dextra ſublata exclamare nos jubent: O pulcher-

(q) *Iuv. Sat. 8.* (r) *Epiſt. 88.*
(s) *De congr. quær. erud. gratia.*

cherrimum, digniſſimum & eminentiſſimum Literarum ſtudium, quod nos ad virtutem præparat, cum Honore indiſſolubili vinculo ſemper conjunctam! Honor enim & Virtus idem, quod Pylades & Oreſtes, quod Damon & Phintias, individua ſocietate juncti: & quum olim pontifices reſiſterent (t) M. Claudio Marcello, ædem Honoris & Virtutis dedicaturo, negarētq; unam cellam amplius quàm uni deo rectè dedicari, vicit Marcellus, quod alter alterā in tam arctam ſocietatē recepiſſet, ut etiam fugientem ſecuturus eſſet.

Illud autem ipſum, quod Philo & Seneca cenſuerunt, exemplo ſuo firmat M. Aurelius Antoninus, *qui vir omnium Imperatorum optimus, ne quid ſponte vel imprudens delinqueret, quàm diligentiſſimè ſibi cavit, aliorum interim peccata nec veſtigans curioſiùs, nec puniens ſeveriùs Hypocritam dicebant calumniatores: ſeu quum hypocriſis nihil habeat ſolidi, nec unquam eadem ſit, hic Princeps per octo & quinquaginta annos, quibus vixit, per novendecim, quibus imperavit, tam æquabilis in omni vita uno atq; eodem tenore permanſit, ut omnibus conſtet, virtutem ſecutum eſſe bona fide.* (u) Hæc quum narraſſet hiſtoricus, ſubjecit: (x) *Multum contulit natura: ſed non minus adjumentum*

(t) *Livius lib. XXVII. cap. 25.*
(u) *Dio in Exc. Peir. pag. 721.*
(x) *Diod. Sic. in Exc. Peir. pag. 366.*

Digitized by Google

tum attulerunt optimarum artium ſtudia, quibus non mediocriter excultus fuit.

Apparebit idem ex contrariis. *Damophilus Ennenſis*, quum rudis eſſet, ac literarum omnium expers, licentiam cum magnis opibus adeptus, primum ad inſolentiam prorupit, rhedis vectus, trahentibus equis generoſiſſimis, ſtipatusq; armatis famulis per Siciliam diſcurrebat; pueros etiam formoſos atque aſſentatores & paraſitos ſecum quamplurimos circumducebat; dein bello captis abuſus vultum eorum ferreis ſtylis compungebat, alios compedibus vinctos ad ergaſtula mittebat, alios paſcendo pecori deſtinatos, nec veſtibus nec demenſo, quantum ſatis erat, proſequebatur. Hinc graviſſimum illud bellum ſervile ortum, quod multa millia Romanorum ſuſtulit, nec ſine multorum annorum laboribus ſedari potuit. *Fl. Valens* Imperator, is qui A. U. 1130. magno prælio victus à Gothis in Thracia, in vili tugurio à barbaris ignorantibus crematus eſt, quod eſſet in crudelitatem proclivior, ſubagreſtis ingenii, prorſusq; intolerabilis, ejus rei hanc cauſam reddit (y) Ammianus Marcellinus: *Liberalibus ſtudiis non erat eruditus.* Et quid evagamur per hiſtorias aliorum? Qui *Marii* mentionem fecit, audiat Plutarchi (z) judicium de illo viro, & erubeſcat. *Etenim,* inquit

(y) *lib. XXXI, pag. 464.* (z) *In Mario.*

quit ille, *ſi perſuaderi ſibi paſſus fuiſſet, ut Muſis & Gratiis, almis virtutum directricibus, litaret, haud profecto impetu ablatus tam fœdam & turpem rebus à ſe geſtis coronidem impoſuiſſet.* Age, bone vir, ſi nobis cedere non vis, cede magnæ dignitatis viro, cede veritati.

Haberem plura: ſed circumſcriptus temporis anguſtiis, ad alterum argumentum, ab Utilitate deſumtum, me confero. Hic rurſum doctor aliquis à tergo: Rem transmarinam & prodigioſam narraturus nobis videris, literarum ſtudium cum emolumento conjunctum. Quære viros literatos, & dicent tibi, quàm miſerum ſtipendium ſit ſedentium ad libros. Verbum hoc Trajani Boccalini fuit, *bonas literas in paupertate natas, in eadem, tanquam ſuo elemento proprio, vivere.* Credimus tibi, mi homo; &, ſi neſcis, ipſa paupertas hic utilitatem ſuam habet.

(a) *Quis expedivit pſittaco ſuum χαῖρε,*
Picasq; docuit verba noſtra conari?
Magiſter artis, ingeniiq; largitor
Venter, negatas artifex ſequi voces.

Sed hebetem & tardum te, qui utilitatem omnem in Euclionis olla quæris! Hæc enim cura ſaltem fractos & obtuſos animos decet,

(b) - - *pecudum qui more pererrant*
Avia - -

non

(a) *Perſ. in Pr.* (b) *Claud. lib. III. de raptu Proſ.*

non illuſtres & generoſos, quorum ſublimior ſtatus & ad Rempublicam erecta meditatio eſt. Majoris æſtimationis & pretii rem quærunt, SALUTEM POPULI ET CONSERVATIONEM TOT MILLIUM UTROQ. TEMPORE, PACIS AC BELLI. Ad hoc nati ſunt, ad hoc vivere, ad hoc vigilare, ad hoc lucubrare debent, omnia alia vota relinquentes humilioribus. Rariſſima quidē copula, in utroque excellere; (c) *nam enituit aliquis in bello, ſed obſolevit in pace: alium toga, ſed non arma honeſtarunt. Non* enim *omnia omnibus dii dederunt*, ait Maharbal (*d*) ad Annibalem, ſed

(e) *partitim ſingula quemq; Nobilitant*

tamen ea felicitas pleriſque Romanorum Procerum contigit, qui Remp. ex parva magnam, nec Italiæ tantùm, ſed cultioris terrarum orbis dominam fecere. *Duabus his artibus*, inquit Salluſtius, (*f*) *audatia in bello, ubi pax evenerat, æquitate ſeq; remq; publicam curabat.* Sic, ut ſingulos enumerem, M. Furium Camillum, qui Vejos cepit, Romam ab interitu vindicavit, Gallos expulit, ob id inter cantilenas militares Parens Patriæ & alter Romulus appellatus, *virū etiam pacis artibus eminētiſſimū* (*g*) laudat Dionyſius. Sic T. Māli⁹ Torquat⁹, Latinorū terror & qui

(c) *Plin. in Paneg. c. 4.* (d) *Liv. lib. XXII. cap. 51.*
(e) *Claud. lib. I. de laud. St.* (f) *Sall. in Cat. 9.*
(g) *In Exc. Peir. pag. 529.*

qui diſciplinam militarem, potiſſimum inſtrumentum æternæ dominationis, filii ſui ſanguine adamantinam fecit, *conſilio non minus in pace, quàm in bello fortitudine valuiſſe* dicitur (*h*) à Dione. Sic Q. Fabio Maximo Cunctatori, quem Imperii ſcutum atrociſſimis temporibus experti ſunt, *par ingenium caſtriſq; togaq;* (*i*) tribuit poëta. Sic Ti. Sempronius Gracchus, qui prætor Galliam domuit, Conſul Hiſpaniam & Sardiniam, & ex adducta nimia captivorum multitudine proverbio locum fecit, (*k*) *Sardi venales, vir in armis & toga præſtantiſſimus* Diodoro Siculo celebratur. Sic P. Scipio Æmilianus (*l*) *tantus in bello dux, quantus in pace princeps* (*m*) Vellejo. Sic M. Livius Druſus, *utrùm bellicis magis operibus, an civilibus ſuffecerit, in incerto reliquiſſe* (*n*) ſcribitur. Ut queì cum Hiſtoria Romana judicium ſuum conciliet Vir doctiſſimus, (*o*) *Romanos bellorum quidem veteres, viroſq; fortes, ſed ad pacis tempora neq; legibus neq; aſſuetudine inſtitutos fuiſſe*, ipſe viderit. Imò nunquã eò magnitudinis perveniſſent, ſi ex duob' iſtis defeciſſet alterũ: ſed utrũq; tam rarum ut adipiſcerentur, non minimo illis adjumento fuerunt literarum ſtudia.

Sanè nec primi conditores (*p*) ROMULUS ET REMUS tam ruſticuli fuerunt, quàm vulgò

(*h*) *Ib. pag. 585.* (*i*) *Sil. lib. VI.*
(*k*) *Sex. Victor cap. 57.* (*l*) *In Ex. Peir. pag. 373.*
(*m*) *lib. I. cap. 12.* (*n*) *eod. lib. II. cap. 97.*
(*o*) *Chr. Forſt. pag. 354.* (*p*) *Lip. I. Mõ. & Ex. c. 8. ex. 6.*

vulgò eos faciunt, ſi verum eſt, quod Dionyſius & Plutarchus tradiderunt, Gabiis in adoleſcentia liberalibus ſtudiis operatos, atq; omni eorum liquore perfuſos. Sed verum hoc eſſe, facta atq; ordo Romuli docent. Et quamvis Græcorum artes ſerò in urbem receptæ eſſent, tamen nec Græci ſoli ſapientes, ſoli doctores, & artium repertores cenſendi ſunt, ut non aliunde Romanæ civitati ſtudiorum lumen affulſerit. Habere ſe auctores teſtatur Livius, (q) Romanos pueros, ſicut poſteà Græcis, ita Etruſcis literis antiquitus erudiri ſolitos.

De recentiorum temporum magnatibus res indubitata eſt: & vel una JCtorum hiſtoria ſufficienter docuerit, quàm illi Herculis, Æneæ & Romuli nepotes Apollinem & Camænas inter tubas, galeas & enſes, inter impetus hoſtiles & conflictus cruentiſſimos, inter ipſa imperii ſui diſcrimina coluerint. Lege hiſtoriam (r) Ap. Claudii Cæci, (s) Scipionum, (t) Catonum, (u) Julii Cæſaris, (x) Meſſalæ, (y) & aliorum quamplurium. Eſt quidem ita, ut publicè ſimus utiles, multum poteſt Natura, multum Experientia: quarum illa tantum in Cn. Agricola valuit, ut, quamvis homo militaris,

(q) *lib. IX. cap. 36.* (r) *Liv. lib. X. cap. 15.*
(s) *Pomp. de O. I. lib. II. §. 37. Vell. lib. I. cap. 13.*
(t) *Liv. lib. XXXIX. cap. 40.* (u) *Suet. in ejus vita cap. 40.* (x) *Lipſ. I. de recta pr. L. L. c. 2.*
(y) *Caſaub. in Polyb. Præf. 10. 11. 12.*

taris, (z) *inter togatos facilè juſteq; ageret*: tantum in Hadriano Turnebo, (a) ut rerum civilium aut militarium tractatione & uſu rudis, tamen bonitate quadam & rectitudine judicii de his quoq; optimè & peritiſſimè cenſeret:
„ tantum in (b) Buchanano, Goveano, Mure-
„ to; ut Petrus Ronſartus vir acerrimi judicii
„ diceret, nihil illos homines pædagogicæ præ-
„ ter togam & pileum habuiſſe, & tamen de
„ vulgo pædagogorum cenſere, nunquam in-
„ corrigibilis ineptiæ ex pædagogica contra-
„ ctæ characterem vel longiſſimi ævi curriculo
deleri poſſe. Hanc verò ut (c) *efficaciſſimum rerum omnium magiſtrum*, ut (d) *magiſtrorum omnium præcepta ſuperantem*, ut (e) *fortiſſimum ac ſplendiſſimum dicendi genus* deprædicarint viri maximi. Cn. Pompejum Magnum valdè commendat (f) Cicero, *quod nullum belli genus ſit, in quo non eum exercuerit fortuna*, Ipſe (g) Marius quàm ſubnixis alis ſe infert apud Salluſtium: *Quæ illi audire & legere ſolent, eorum partem vidi, alia egomet geſſi; quæ illi literis, ea ego didici militando.*

Nos quoque haud inviti veneramur & celebramus iſtos: ſed ut pauciores inveniás; quibus Natura divitias ſuas gratificata eſt

(z) *Tac. Agr. 9.* (a) *Lipſ. 5. Mil. 20.*
(b) *Th. lib. LXXVI.* (c) *Plin. lib. XXVI. cap. 8.*
(d) *Cic. 1. de Orat.* (e) *Bæcl. Sch. Pr. §. 2.*
(f) *in Manil.* (g) *Ing. 85.*

eſt non parca manu; ſic per ætatis brevitatem, adverſa fortunæ, varietatem rerum civilium & immenſam multitudinem, non cuivis eò pervenire licet. *Vix mare negotiorum ingreſſi, naufragium faciunt*; & ſi unum vel alterum periculum effugerint, multum tamen laboris & viæ reſtat, donec in liquidiora agendorum conſilia penetrent. Themiſtoclem, quum annos natus centum & ſeptem moreretur, de natura conqueſtum legimus, quod tunc egrediendum eſſet è vita, quando uſu longo ſapere didiciſſet. Tanta vivacitate, tanta fortuna opus eſt ad acquirendam experientiam! Et tamen quàm ingenium ad res magnas percipiendas Themiſtocli nunquam defuerit, è Cornelio Nepote, Thucydide & aliis novimus.

Omninò compendia vitæ quærenda " ſunt, & tutius illud parandæ prudentiæ iter " ineundum, ad quod unicè literarum ſtudia " nos deducunt. Vis rationem inire coercendæ impietatis, atheiſmi, & licentiæ? mores & animos ſubditorum componere? diſſidentes voluntates conſtringere, ne variis opinionibus fluctuent, ex inſanis inſaniores fiant, omnia ſurſū deorſū moveant? Vis auctoritatem legum ſtabilire ſine vi, ſine tyrannide, ſine convulſione publica, & ab iiſdem recedere ſine noxa, ſine dignitatis imminutione? Vis medicinam adferre morbis, latrones urbanos compeſcere, tueri bo-

nos, præmiis & ſtipendiis afficere dignos, in fide & obſequio continere omnes? Imò, quod maximum imperium eſt, vis te ipſum regere & tuos, ſecernere conſiliorum fucata & candida, obſcura penetrare, implexa explicare, retruſa protrahere, falſa convincere, inſidioſa eludere vel in contrarium vertere? uno deniq; verbo, providere, ut omnia domi bene ſe habeant? Hæc ſine periculis, ſine longi temporis impendio, literarum ſubſidiis tibi præſtabuntur.

Ex his enim Philoſophia, Hiſtoria, & Jurisprudentia ſub præceptis& exemplis legēda, haurienda, diſcenda propinant, quæ fœda inceptu, fœda exitu & pernicioſa ſint. Vulgi tui mores & affect⁹ detegunt, conciliandi artes & remediorū opportunitatem docent, cauſas & event⁹, pacta, ſecreta, cavendi rationes indicant & deſcribunt, unde obvia in plerisq; loci & temporum tuorum ſimilitudine, ab iisdem cauſis pares exitus animo præcipere atq; colligere queas. Solon, quem ſi Athenienſibus detraxeris, nulli erunt, qui Salamine recuperata multos ex obſcuris & contemtis per id facinus illuſtres & opulentos fecit, mox Cliſtheni conſililiarius additus, duplici ſtratagemate effecit, ut Cyrrha expugnaretur, qui factiones inter Cylonios & Megacléos componendo imminenti periculo graviſſimo civitatem Atticam eripuit, eademq; felicitate ſeditionem inter Diacrios, Pediæos & Pa-

ralos

ralos ſopivit, populum ære alieno oppreſſum liberavit; areopagum & alteram curiam, velut ancoram fluctuantis vulgi, conſtituit; denique tam præclaras tamq; utiles leges tulit, ut ſi his perpetuò uti voluiſſent, ſempiternum Athenienſes habituri fuerint imperium: is, inquam, in his omnibus literas magiſtras habuit, quarum tam avidus fuit, ut ſupremo vitæ die, ſermonem inter ſe doctum conferentibus amicis, qui aſſidebant, ſatis jam preſſum caput erigeret, & interrogatus, (h) *Cui bono?* reſponderet: *Ut cum iſtud ſciero, peritior moriar.* Certè Philoſophiam tam calluit, ut in ſeptem ſapientum collegium cooptatus ſit, imperatorio quovis & conſulari præſtantius.

Rurſus quum non ſemper in tua poteſtate ſit, pacem colere; ſed interdum vicinus tuus libidinem rapiendi vel dominandi cauſam belli contra te habeat; vis ſcire, quomodo bellum ſuſcipiendum, quibus artibus pecuniæ, rerum gerendarum nervus, exigendæ, qua ſolertia commeatus, equitum peditumq; arma, machinæ, pulvis & alia præparanda, qua circumſpectione milites & duces legendi, qua diſciplina coërcendi? Vis ſcire, quis locus caſtris capiendus, quomodo circumvallandæ urbes, decipiendi hoſtes, acies inſtruenda, ineunda vel differenda pugna, pacis deniq; negotium contra o-

(h) *Val. Max. lib. VIII. cap. 7.*

mnes callidas & veteratorias artes tractandum ſit? Næ literæ ſunt, quæ ſexcentis hæc docent rationibus. Literarum, ſed inprimis *Annalium monumentis*, ut ait M. Tullius, *aut res bellica aut omnis Reip. diſciplina cognoſcitur.*

Quod è Veri tripode prolatum eſſe, tot exempla maximorum Ducum & Imperatorum ſatis ob oculos poſuerint. De Alexandro M. quanti literas & literatos fecerit, jam diximus. Is Ariſtotelem ſuum (quo quid (i) apud ſapientulos noſtros hodie contemtius?) jam occupatus bello (k) ſæpè per literas conſuluit, nec diſciplinarum tantùm arcana; ſed & morum remedia petiit: Homerum militiæ ſuæ viaticum & inſtitutionem bellicæ virtutis deprædicavit. Æmulus ipſe Alexander (l) Romanus, Mammææ filius, hanc perpetuam conſuetudinem tenuit, ut ſi de re militari ageret, non ſolum milites veteranos & emeritos locorum, bellorum & caſtrorum peritos, ſed etiam literatos omnes & maximè eos adhiberet, qui hiſtoriam norant: requirens, quid in talibus cauſis, quales in diſceptatione verſabantur, veteres Imperatores vel Romani vel exterarum gentium feciſſent?

Et hos quidem ex infinitis produxiſſe ſatis erit, ne quum omnibus conſtet de Caſauboni & Lipſii diligentia in exemplis ſimilibus conquiren-

(i) *Caſ. ad Athen. 14, 22.*
(k) *Plut, de fort. Alex,* (l) *Lampr, in Alex, Sev. p, 119,*

quirendis, cramben me recoquere & vel ipſi meridiei lucem fœnerari, quispiam moleſtè ferat. Quod ſi ad perſtringendam barbariem virorum magnorum exempla non ſufficiunt: vertam gladium, & turpioribus propoſitis contemtum noſtrum vindicabo. Quemadmodum Demodocum auctor eſt (m) Athenæus, Martis & Veneris flagitioſa ceciniſſe; ut quum ſciret, Phæaces luxurioſè delicateq; vivere, ſimillima recitando inſolentiam eorum reprimeret.

Habete igitur vobis, ô ignorantiæ veſtræ patroni pertinaciſſimi, *trigam* vobis ſimillimam, & ex illorum imperio, quantum ſit literas neſcire, intelligite, ſi tamen hoc ipſum ingenia veſtra tam triſti nocte ſpiſſata intelligere poſſunt. P. Valerius Licinianus Licinius, is qui à C. Galerio Maximiano Cæſar Auguſtus appellatus eſt, tam infeſtus literis, ut (n) *virus ac peſtem publicam* nominaret, partem orbis Romani, quam obtinebat, & ſeipſum multis calamitatibus implicavit: nec legum, nec fœderum, nec cognationis, nec pactionum vim ſatis intelligens, bellum crudele & peſtiferum (o) Conſtantino movit; cujus is tandem eventus fuit, ut Licinius, deditione facta, quamvis Conſtantiam ſororem principis haberet in matrimonio, tamen ob perfidiam & atrocitatem morum necaretur.

(m) *lib. 1. Dipn. p. 14.* (n) *Vict. in Conſt.*
(o) *Euſ. Lib. 1. de vita Conſt.*

Ejusdem commatis, hoc eſt, literarum neſcius Fl. Valens, Valentiniani Aug. frater, non ſibi tantùm ad virtutem & melioris vitæ genus vias omnes obſtruxit, ut modò diximus, ſed & toti Romano Imperio vulnus inflixit, nullius Imperatoris, quantumvis prudentiſſimi, arte ſanandum. Ex illo namq́, tempore, quo Gothos imprudenter in Romano ſolo conſtituit, infeliciter aggreſſus eſt, legiones ad ſatietatem hoſtium cædendas iisdem objecit, ſe deniq; cum nobiliſſimis ducibus Trajano & Sebaſtiano exitio dedit; omnia

(p) *in pejus ruere & retrò ſublapſa referri,*

&, (ut loquitur (q) Hieronymus) *Romanus ſanguis inter Conſtantinopolim & Alpes Julias cotidiè fundi, Thracia, Macedonia, Dardania, Dacia, Theſſalia, Achaja, Epirus, Dalmatia, cunctaq; Pannoniæ à Gothis, Sarmatis, Quadis, Alanis, Hunnis, Vandalis, Marcomannis vaſtari, trahi, rapi. Inluſum pudicitiæ ſanctarum virginum, capti epiſcopi, ſubverſa templa, effoſſæ martyrum reliquiæ, ubiq; luctus, ubiq; gemitus, & plurima mortis imago.* Nulla deniq;,

(r) *Nulla relicta foret Romani nominis umbra,*
Theudoſius princeps ni jam ruitura ſubiſſet
Pondera turbatamq; ratem, certaq; levaſſet
Naufragium commune manu.

Quan-

(p) *Virg. 1. Georg.*
(q) *ep. 3. ad Heliodor.*
(r) *Claud. in IV. de Conſ. Honor.*

Quanquam ne hunc quidem tot malis ſuffeciſſe, Gregorius Nazianzenus (s) judicet, lenitati adſcribens nimiam tarditatem & remiſſionem.

Centum & quadraginta annis pòſt ad Imperii majeſtatem evectus eſt Fl. Juſtinus, (t) *adeò literarum expers & analphabetus, ut cùm alii principes codicillis ſubſcriberent, quibus aliquid mandabant, hic neque imperare neque compos eſſe poſſet rerum gerendarum, ſed Proclus, qui officio Quæſtoris fungebatur, omnia faceret pro arbitrio.* Sed qualis tum Imperii conditio? *Quum nihil intelligeret, deridiculo ſubditis erat & deſpicatui: ſcelera palàm & horis diei ſingulis, & quolibet urbis loco, & virorum & primatum in oculis patrabantur: nullus legum & conventionum vigor certuſq; locus ſuperfuit, ſed perturbatè perque vim omnia decernebantur: Reſpublica degeneraverat in quoddam genus tyrannidis, inconſtantis quidem & verſatilis, ſed novo ſemper principio erumpentis. Judices in ſententiis de rebus controverſis pronunciandis non ad legum præſcripta, ſed, ut factioſi erga litigatorum quemque vel bono eſſent animo vel malo, ferebant calculum:* & quas calamitates alias exponit Procopius.

(s) *in Carm. de Vita ſua.*
(t) *Procop. in Arc. Hiſt. pag. 28.*

Hæc & plura imperitorum principum exempla quum accepiſſent verſutiſſimi alienorum ſceptrorum prædones, ut legitimorum dominorum progeniem, cui ſucceſſio debebatur, ad negotia Reipublicæ ineptam redderent, atque adeò in æternum excluderent, eam bonis ac literatis præceptoribus ſpoliatam ſub barbaris & ſtolidis vel etiam nullis adoleſcere voluerunt. Hoc agebant, qui Claudio (u) Druſi filio pædagogum imperitum ſimul ac ferocem præfecerunt, ut ob leviſſimas quaſque cauſas ab eo quàm ſæviſſimè cæderetur: & quamvis præter omnium expectationem eundem fortuna rebus publicis deſtinaſſet, ſolùm ex antiquiſſima Claudiorum domo ſuperſtitem; tamen multis experimentis cognitum eſt, quantum illi nocuerit barbarus ille præceptor.

Eandem poſteà fraudem in hujus ipſius Claudii filium Britannicum exercuit Agrippina *impotens & indomitum animal*, ut feminam definit Romanus Sapiens, (x) ſive, ut ipſam Tacitus, (y) *cunctis malæ dominationis cupidinibus flagrans*, & quum primùm Pallantem adulterio, Claudium Pallantis (z) opera circumveniſſet, ut Neronem proprio ſanguini antepoſuerit in adoptione, dein fideliſſimos quos-

(u) *Suet. in Claud. cap. 2.* (x) *de Conſt. Sap. c. 14.*
(y) *XIII. Ann. 2.* (z) *Idem XII. Ann. 25.*

quosque præceptores apud Claudium (*a*) calumniata, tanquam Britannicum in Neronem accenderent, discordiæque jacerent ſemina, in publicam perniciem eruptura, patrem ita commovit, ut optimum quemque educatorem filii exilio ac morte afficeret, datosque à noverca bardos & inſulſos cuſtodiæ ejus imponeret. Contrà ipſa (*b*) Neroni ſuo L. Annæum Senecam, magna ſtudiorum claritudine, præfecit, cujus conſiliis ad imperium formaretur.

Geminum ac germanum Fl. Julii Conſtantii Imp. facinus extitit adverſus Gallum & Julianum, minorennes patrueles ſuos, quos ſuſpectos habere cœperat. (*c*) Nam utrumque procul ab urbe, procul à ſcholis, procul ab illuſtrium affinium colloquiis, inter montanos & agreſtes educari juſſit, conceſſo ſaltem uno vel altero ſervulorum viliſſimo, quo cum velut pari luderent ac jocarentur. Ex quo factum eſt, ut Gallus publicis poſteà negotiis adhibitus, (*d*) ruſticitate ac feritate quadam omnia fœdaret, inſontes adfligeret bonos ac divites laribus ſuis extorres ageret, veſperi per tabernas palaretur ignoto habitu, & aliena contra decus ſecreta rimaretur, poſt multa demũ facinora odium omniũ certãq; ſibi perniciẽ accelerarer.

Ss 5 Juli-

(*a*) *Ib. 42.* (*b*) *Ib. c. 8. & Dio in Exc. Peir. p. 677.*
(*c*) *Iul. Ep. ad Athen.* (*d*) *Amm. lib. XIV. per tot.*

Julianus tamen ſingulari quadam fortuna præceptores eruditos adeptus quantum in literis profecerit, ex ſcriptis ejus eruditiſſimis ſatis manifeſtum eſt; haberetque hodie inter magnos principes non poſtremum locum, niſi à Libanio, Maximo, & aliis ad ethnicorum libros abductus longiùs, & velut faſcinatus, laudes ſuas impietatis & ἀποστασίας macula in perpetuum deleviſſet atque extinxiſſet.

Rarum aliàs, ad Idolomaniam pronos eſſe; qui literis probè imbuti ſunt, ut nunc breviter oſtendam. Nam ſi quis eſt, cui ea, quæ hactenus attulimus, non videntur eſſe tanti, ut literis amorem ac venerationem conciliare debeant; cum ſuperiora ſecula triſtibus barbariei tenebris tantum non ſepulta reſpicere velim. Annon literarum ignorantia pleroſq; in pecudes & beſtias transfiguravit, & omni pœnè uſu ſpoliavit, dum nulla veteris temporis memoria collecta & velut in mundo peregrinantes ad quamplurimas pravitates, fraudes & dæmonum præſtigias abripi ſe paterentur. Quantum hoc eſſet, ſatis intelligens is, in cujus fronte contumeliæ nomen ſcriptum eſt, qui abſque imperitia publica tyrannidem obtinere ſeſe poſſe deſperabat, (e) *omnia ſtudia ſic oderat & contemnebat, ut literatos uno nomine hæreticos appellaret, ac Romanos ſuos moneret, ne filios*

(e) *Revius in Paulo II, pag. 244.*

filios diutius in ſcholis verſari paterentur. Quin factum aliquando, ut Sacerdotes in ſacrorum adminiſtratione miſerè hallucinarentur, & Sacramentorum formulas fœdè deartuatas corruptasq́; balbutirent. Hæc qui nihili habet, is una eademque opera pietatem & religionem privatum bonum eſſe judicabit, nihil ad fortunam ſuam pertinens, & nugas egiſſe rerum civilium ſcriptores, qui ante omnia in Illuſtribus requirunt rectum in DEUM ſenſum, & rectum in DEUM cultum. Ridebit Imperatorem, qui (*f*) *Regis & ſacerdotis munus idem* dicebat, *venerari Deum aſſiduè, ritè atq; ordine, neque quicquam per negligentiam omittere, aut alterius officii putare, quaſi hac à dignitate ſua functio aliena ſit.*

Prudentiores, uti Religionem eſſe baſin & fundamentum Reip. norunt, ſine qua non princeps officium ſuum, non ſubditi facturi ſint; ita literarum utilitatem in negotio Pietatis experiuntur ſingularem, & ob id Muſarum Gratiarumq́; familiaritate nihil antiquius habent. Quamvis enim inficias eamus minimè, S. Scripturam unicum illum eſſe & directum limitem, qui ad veræ pietiatis & ſalutis viam nos ducat: tamen ad percurrendum eum humanas etiam literas laxamenti non parum, imò adjumenti adferre, & digitum ad Theologiæ

(*f*) *Iul, Orat. 2, pag. 126.*

fontes nobis intendere, haud falsò cum ſapientiſſimis viris (g) nobis perſuademus.

Sed jam deſinendi tempus eſt, & quod ajunt, tollenda manus de tabula, quamvis argumenti neceſſitatem expendentibus adhuc verborum continentior videri poſſim. Unum tamen prætereundum minimè reor. Quum hæc ita ſe habeant, & Illuſtri perſonæ in tantum conducat literarum notitia; bonis ac doctis ſanè ſtudiorum præfectis hîc opus eſt, non illis, qui à falſis commendationibus, perfidia ac diſſimulatione. quàm doctrina, inſtructiores ſunt, quiq; nihil aliud norunt, quàm excarnificando generoſam indolem libidinanti ſævitiæ ſuæ ſatisfacere. Cujusmodi fungi quantùm publico bono noceant, nullis verbis ſatis explicari poteſt. Nam acerbitate illà leones minimè cicurantur; ſed vel feritas eorum recrudeſcit, vel patientia in ſervilem quandam humilitatem degenerat. Succum illum, quem Natura in generoſis animis exundare voluit, perpetuus Orbiliorum metus abſorbet & exſiccat: & tandem fit, ut plebejum in modum habiti, marceſcant, & ad omnia, quæ vigorem & alacritatem deſiderant, tardiſſimi ſint. Sed hos quidem nunc mittimus. Illos quod attinet,

(h) *queis meliore luto finxit præcordia Titan,*

memo-

(g) *Lipſ. in Pr. pro Conſt. Suo S.*
(h) *Iuv. Sat. 14.*

memores erunt, commiſſos ſibi eſſe, qui vitæ ac Reip diſcant, non qui Scholæ. Illuſtribus neq; nihil, neq; omnia diſcenda ſunt, &, ut verba Taciti (i) leviter immutem, *tenendus ex ſtudiis modus.* Grammatices non imperitos eſſe debere ſcimus; ſed nec penulatis incedere licet, ut Ariſtarcho, Priſciano, Servio, Chariſio, aliis, & dubito, num tantoperè laudandus ſit M. Meſſalla Corvinus, ex antiquiſſima Valeriorum gente oriundus, qui librum integrum (k) de litera S. compoſuit, vel etiam ob hoc ſuſpiciendus Cæſar Dictator, quid de Analogia, i. e. levibus Grammaticorum tricis binos libros publicavit, & triumphales illas epulas variare & interſtinguere non erubuit ſcholaſtica illa dape. Privatos & in ſchola victuros ob hanc diligentiam amabimus; ſed, ut ait Trebellius, (l) *alind in iſtis, aliud in illuſtribus quæritur.* Eosdem qui volet in Helicone totos habitare, ac Danos illos magni faciet, qui Hiarnum (m) propter pauculos verſus, in tumulum Frothonis III. Daniæ Regis confectos, ad regnum evexerunt; ei nunquam ſubſcripſerim nomen meum, etſi artem illam diviniſſimam credam lubenter. Quid enim boni Gallienus ad imperium attulit, poëta dexterrimus? quid ad laudem Hadriano profuit, quum omnis

(i) *In Agr. cap. 4.* (k) *Lipſ. de pr. L L. cap. 2.*
(l) *in Gall. p. 180.* (m) *Saxo Gram. lib. VI. Hiſt. Dan. pr. & Krantz. l. Dan. 38.*

generis poëmata ſcriberet? Nihil; ſi Dioni Coccejano (*n*) credimus.

Nolumus etiam ſopiſtarum minutias & ſubtilitates noſtros perſequi, gnari ſuſpiriorum Maximiliani I. Divæ Memoriæ principis. Quū illi Fridericus pater rectorem juventæ delegiſſet Petrum, Novæ poſteà Civitatis Antiſtitem, hominem Logicas cavillationes & captioſas diſputationes doctiſſimum, cætera ignarum, optimus princeps calamitati ſuæ frequenter ingemuit, & jam Romanorum rex dixiſſe fertur; Si hodiè Petrus præceptor meus viveret, efficerem ut imperitæ inſtitutionis ipſum pœniteret.

Quid igitur? (*o*) *Qui fructuoſa, non qui multa ſcit, ſapit,* judicavit Æſchylus: *plus ſcire velle, quàm ſatis ſit, intemperantia genus* (*p*) dicit Seneca. Philoſophiam & Theoreticam & Practicam, Hiſtoriam præter eà & Eloquentiam magna fortuna præ cæteris dignas eſſe pleriq; conſentiunt, nec opus ut recoquam, quod ante me condivit coquus alius: ſed tamen hîc quoque redundans curioſitas rejicitur. Abſolvam me paucis, & quod Vitruvius in architecto ſuo requirit, *non debere nec poſſe architectum eſſe grammaticum, ut Ariſtarchum, ſed velle tamen non eſſe ἀγράμματον, nec Muſicum, ut Ariſtoxenum, ſed velle tamen* non-

(*n*) *In Exc. Peir. pag. 713.*
(*o*) *Stob. ſerm. 1.* (*p*) *Ep. 88.*

non eſſe ἄμυσον, nec pictorem ut Apellem, ſed velle tamen χαϕιδ non imperitum: idem hic dico. Non poteſt, cui ſalus publica committitur, philoſophiæ ſtudiis ſe ingurgitare, ut Plato, Ariſtoteles, alii; philoſophiæ tamen imperitus eſſe non poteſt. Neceſſum enim illi, ut regionum ſitum & rerum naturalium cauſas non ignotas habeat, poſſitq; cum Cæſare

- - (q) *media inter prælia ſemper*
ſtellarum cœliq; plagis ſuperisque vacare.

Neceſſum ex Practica diſcere, ut affectus & motus omnes in officio contineat, populos juſto imperio & conſiliis ſalubribus regat. Non poteſt eſſe in Hiſtoriis tam exercitatus, ut

- - (r) *auctores noverit omnes*
tanquam ungues digitosq; ſuos, ut forte rogatus, dum petit aut Thermas aut Phœbi balnea, dicat nutricem Anchiſæ, nomen patriamque novercæ Archemori, dicat quot Aceſtes vixerit annos, quot Siculi Phrygibus vini donaverit urnas;

tamen & ſucceſſiones magnorum imperiorum, caſus varios, conſiliorum verſutias, virtutum ac vitiorum fructus ignorare non poteſt, nec debet. Non poteſt in Rhetorum ſcholis conſeneſcere, omnes Oratorum capſulas exhaurire, artem quandam ſingularem, curam & longam meditationem in omnibus dictionibus præferre: tamen nec oratoria facultate deſtitutus

(q) *Lucanus.* (r) *Iuv, Sat, 7.*

tutus eſſe poteſt, niſi vicarium os in excipiendis legationibus, dandis reſponſis, ſatis eſſe putamus. Igitur uno verbo complectar omnia: *Sumendum ex unoquoque, quantum ad utilitatẽ publicã & illuſtris ſapientiæ diſciplinam ſufficit.*

EXEMPLUM
NON SPERNENDI PRINCIPIS,

TI. JULIUS CÆSAR, OCTAVIANI AUGUSTI SUCCESSOR ET FILIUS ADOPTIVUS,

Regibus & Principibus multis digniſſimum.

M*Agnifice Domine Rector, admodum Reverendi, Clariſſimi & Excellentiſſimi Dnn. Profeſſores, Nobiliſſimi, Præſtãtiſſimi & Doctiſſimi Domini Studioſi.*

Tiberium Imperatorem Romanum ſi quis efferre laudibus, ſecundisq; omnibus proſequi velit, non divinamus, ſed ſcimius, quod de ſe judicium relaturus ſit, nimirum ex ambitioſulis illis eſſe, qui nullam non prodigioſam ſententiam amplectuntur & fovent, qui ſi poſſent, mundum inverterent, ima ſummis mutarent, & tenebras pro luce inducerent;

rent: ſolem in lunæ locum, lunam in ſolis transferrent. Sub Tiberio fuiſſe *publicam accuſandi rabiem, quæ omni civili bello gravius togatam civitatem confecerit*, è Seneca; (a) eundemque *πηλὸν αἵματι συμπεφυρμένον, lutum ſanguine maceratum*, tum ex Suetonio (b) & Conſtantini Manaſſis (c) Annalibus, tum ex aliis audiet; Tiberii nomen tam inviſum, tam deteſtandum eſſe, ut *ad primum mortis ejus nuncium populi pars TIBERIUM IN TIBERIM trahendum clamitarint, pars Terram matrem deosq; Manes orarint, ne mortuo ſedem ullam niſi inter impios darent*. ex eodem Suetonio (d) docebitur.

Elapſi etiam ſunt, ut fama fert, quadraginta ſex anni, ex quo Tiberium in hac Nobiliſſima Univerſitate *Vir Clariſſimus Arnoldus Clapmarius Hiſtoriarum Prof. P.* ceu vivis coloribus depinxit; calliditates ejus & ſimulationes, perplexa, obſcura, ſuſpenſa, eluctantia ac in ſpeciem recuſantis compoſita verba, orationes intortas, verborũ involucra, & repentina tela in improvidos atq; magnæ ſpei ſuſpectos enucleavit; tandem etiam tyrannidem ac libidinẽ ob oculos poſuit. Nec ignoramus Viri doctiſſimi eloquentiſſimique noſtro tempore, addo, cenſoris animorum accuratiſſimi judicium, (e) *orbi Romano, in Auguſto quidem, quid Heroica indoles eſſet; in Tiberio autem, quid*

(a) *lib. III. Benef. c. 26.* (b) *cap. 57.*
(c) *pag. 335. ed. Meurſ.* (d) *in Tib. cap. 75.*
(e) *Bacl. in Charact. Polit. Vell. cap. 3. §. 1.*

quid heroicis auribus maximè adverſaretur, oſtenſum eſſe. Idem alibi locorum ſcripſiſſe alios manifeſtum eſt.

Sed uti adverſus communem famam & eruditiſſimorum virorum judicium ſentire non auſim adhuc adoleſcens, & in veterum hiſtoriarum conditoribus minus verſatus (quamvis & ab Iſocrate contra omnes τὸν ξενοκτόνον Βούσιριν, *hoſpitum occiſorem Buſirin* commendatum ſciam) ita licitum nobis erit cum Marone, ex luto colligere aurum, h. e. ex hiſtoria Tiberii decerpere omnia ea, quæ ad laudem & emendationis ſpem aſſurgere videntur. Nam & aurem mihi vellicat is, qui Valet in Hiſtoriis Maximè, (f) *præſtare rei favorabili, quàm turpi vacare*; & commonefacere lubet, ſi modò id à nobis patiuntur, temporum noſtrorum hiſtriones, ut perſonam ponant & ſeipſos examinantes quaſi manu deprehendant, quàm longè etiamnum abſint à virtutibus Tiberii, cujus memoriam alienæ ſententiæ ſecuri admodum ſubſcriptores damnare ac diris devovere ſtudent. Laudes plerique invidi præterimus, & contrà ad nævos aliorum acriter flectimus oculos; ut muſcæ & ejusmodi inſecta lævibus politisque non diu inſident, ſcabris adhæreſcunt.

Antequam autem ulterius provehar, à Vobis, *Auditores omnium ordinum ſplendidiſſimi,*

(f) *Val. Max. lib. V. cap. 4. pr.*

ſimi, honoratiſſimi, ſummoperè contendo, ut quando omne mihi perfugium in Veſtra bonitate ſitum eſt, tenuitatem meam Veſtro favore, & ſilentio ſublevetis, quò mea oratio his veluti ſecundis ſubvecta ventis, quem ſibi propoſuit, portum faciliùs conſequatur.

Commendationem inſtituere volentes, Animum ejusq; bona primùm conſiderare ſolent, quod (g) *animus duxatque Imperator vita mortalium, rector humani generis, agat atque habeat cuncta, neq; ipſe habeatur*: & quum illius bona vel ſint intellectualia, vel moralia, ex illis eruditionem doctrinamq, cum primis æſtimant, &, ſiquidem tantam reperere, multis elogiis cohoneſtant & venerantur. Nec immeritò. Eſt enim eruditio magnum refugium truci tonante, & ornamentum molliori blandiente fortuna, qua ſola, modò ſubtiliſſimo Stagiritæ habeatur fides, doctus in tantum differt ab imperito, quantum vivus ab eo,

Quem domat inferno recubans Proſerpina lecto,

Jam ſi coſulimus eos ipſos, qui omnia Tiberii peſſimè interpretati ſunt, nec ullam vituperandi occaſionem neglexerunt unquam, vel ex iis admirandum ab eruditione habebimus principem, ac talem prorſus, qui doctiſſimis ætatis ſuæ viris ambiguam palmam facere potuerit. Adoleſcens (h) in oratione Latina ſcribenda M. Va-

(g) *Sall. Iug. c. 2.* (h) *Suet. in Tib. cap. 70.*

M. Valerii Meſſallæ Corvini, ſummi Oratoris & Hiſtorici, à Tibullo, Ovidio, Seneca, Plinio, Tacito, Euſebio & aliis celebratiſſimi, veſtigia preſſit, eumq; ſenem capularem tanta complexus eſt pietate, quanto ſupercilio illiterati rupicones Apollinem hodiè deſpiciunt. Operæ verò pretium adeò fecit, ut eidem Tacito (i) confeſſio expreſſa ſit, *artem dicendi calluiſſe*, quod Romani ſcriptores tum demum uſurpant verbum, quum quem uſu ipſo, crebra exercitatione, ad perfectionem & ſcientiæ culmen perductum indicare volunt. Ut quum idem Tacitus, (k) C. Suetonium Paullinum, prudentiſſimum peritiſſimumq; ducem ita deſcribit, *neminem illa tempeſtate militaris rei callidiorem habitum.*

Cecinit (l) quoque carmen Lyricum, cui titulus: *Conqueſtio de L. Cæſaris morte.* Erat inprimis politiſſimus poëmatis Græcis, ſe totum fingens ad imitationem Euphorionis, Rhiani & Parthenii, quibus Muſarum ſacerdotibus admodum paſtus, ſcripta eorum atq; imagines publicis bibliothecis inter veteres & præcipuos auctores conſecravit, & ob id quicunq; inſigni aliqua peritia præcellere ſibi videbantur, ad ipſum paſſim confluxere, vel ingenii ſui monumenta dedicantes, vel exhibito artis ſuæ ſpecimine à munificentiſſimo fautore ingentia munera conſecuti. Eti-

(i) *lib. XIII. Ann. cap. 1. §. 5.* (k) *lib. II. Hiſt. cap. 31. § 4.* (l) *Suet. d. l.*

Digitized by Google

Etiamſi verò Græcæ linguæ peritiſſimus eſſet, patriæ tamen honorem conciliare ſtuduit maximè, adeò, ut *monopolium* (m) nominaturus, priùs veniam expoſcerit, quòd verbo peregrino uteretur, atq; etiam in quodam decreto Patrum, quum ἔμβλημα recitaretur, commutandam cenſuerit vocem, & pro peregrina Romanam requirendam, aut ſi non reperiretur, vel pluribus & per ambitum verborum rem enunciandam. Et in hoc quidem antiquorum magiſtratuum judicium ſtabilire viſus eſt, quos inter cætera obtinendæ gravitatis indicia illud quoq; magna cum perſeverantia cuſtodiviſſe ſcribit Val. Maximus, (n) ne Græcis unquam niſi Latinè reſponſa darent.

Hæc ſi accuratiori animi bilance mecum examino, dubitare cogor, quid prius mirer extollamvé, doctrinasné, an verò ſingularem cum iſtis junctam prudentiam? Scivit princeps ſapientiſſimus, (o) *Romam numine deûm electam, qua ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum diſcordes feraſque linguas ſermonis commercio traheret ad colloquia, & humanitatem homini daret: breviterque, una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret;* adeoque ab omnibus exoticorum verborum inquinamentis liberandam, ſummoque ſtudio excolendam Romæ & Terrarum Orbis validiſſimum vinculum Romanam Linguam.

(m) *Idem c. 71.* (n) *lib. II. cap. 2. ex. 2.* Idem
(o) *Plin. II. cap. 5.*

Idem, ni fallor, ſubolfacientes ſuperiori ſeculo Ibéri novam Monarchiam per ſomnium viſam condituri, ad exemplum Romanæ prudentiæ, Mauris neceſſitatem impoſuére, non ſua ſed Hiſpanica lingua ſermonem conferendi. Verùm quum eruditio nec monſtris Principum aliquandò defuerit, de majoribus ſolicitos eſſe decet, & (quando intellectualibus Philoſophorum Aquila (p) PRUDENTIAM annumerat) expendere seriò, quomodo Princeps noſter ſalutem Reipubl. procuraverit, leges bonas promulgaverit, populi quietem tranquillitatemq; conſervaverit. Satyrico quidem ſale conſperſum ac ſtylo naſi conditum eſt illud (q) Juliani: *Tertius acceſſit ad ipſos Tiberius, gravis vultu & truculentus aſpectu*, σῶφρόντε ἅμα καὶ πολεμικὸν βλέπων, hoc eſt, ut vertit Petavius, *neſcio quid prudentiæ & militaris virtutis præ ſe ferens.* Sed de Juliano certum eſt, quod judicavit Socrates, (r) *hominem ambitioſiſſimum & vanæ gloriæ ſupra modum deditum, cunctos ante ſe Imperatores ſugillare conatum.* Veriùs hac in parte (s) Lipſius: TIBERIO NEMO IN CALLIDITATE, ET FIRMA REGENDI ARTE SE COMPONAT! Studuit, ſi quis alius utilitatibus publicis, (t) *ne quid perperam fieret, providens, conſtitutionesque quasdam Senatus*

natus

(p) *1. Eth ult.* (q) *in Cæſaribus pag. 9.*
(r) *lib. III. Hiſt. Eccleſ. c. 1.* (s) *1. Mon. & Ex. Pol. 8. ex. 10.* (t) *Suet. Tib. cap. 33.*

natus minùs ſalubres generoſitate ſingulari *reſcindens.* (u) *Ius civium ac preces ſociorum tractabat, nihil intermiſſa rerum cura: negotiis etiam*, quod ſanè robur quoddam heroicum arguit, in graviſſimo luctu, quo multi maximi viri defecerunt, *pro ſolatio acceptis.*

Hic eſt ille Princeps, qui etiam, quum abeſſet corpore, vigilantia in omnibus provinciis præſens, tum aliis præſidibus onerandos tributo ſubditos ſuadentibus, tum Æmilio Recto Ægyptum expilanti reſcripſit, (x) *Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere*, verbis, ita me Fides, digniſſimis, quæ omnibus prætoriis aureis literis inſcribantur! Hic, quem (y) *nihil æquè anxium habebat, quàm ne compoſita turbarentur.* Sopitæ, quæ incendium daturæ videbantur, in ipſo principio ſcintillæ; ſatisfactum, quantum fieri poterat, quærentibus. Ergò in orbe Romano (z) *immota, aut modicè laceſſita pax*, adeò, ut in proverbium abierit. Notum illud, (*a*) Senecæ: *Omnes conſidera gentes, in quibus Romana pax deſinit: Germanos dico, & quicquid circa Iſtrum vagarum gentium occurſat.* Et quod apud eundem (*b*) ſuperbè jactat quidam è Tiberii ſucceſſoribus: *Hæc*

(u) *Tac. IV. Ann. 13. §. 1.*
(x) *Suet. in Tib. c. 32. Dio lib. LVII. p. 608. ed. Leuncl.*
(y) *Conſt. Manaſſ. in Ann. pag. 335.*
(z) *Tac. II. Ann. 65. §. 1. Id. lib. IV. cap. 32. §. 3.*
(*a*) *de Provid. cap. 4.* (*b*) *lib. I. de Clem. cap. 1.*

Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum ſtringentur.

Erubeſcat ſeculum noſtrum! Ille, cui tanquam ultimo mancipio tot ſtigmata inurunt, quem monſtrum & humani ſanguinis prodigum Phalaridem quendam aſſerunt, *pacem almam datricem opum & cœlitum pulcerrimam,* ut poëta laudat, reduxit, ferrum condidit, remp. profundo miſeriarum & bellorum civilium tantum non ſubmerſam ſalutari manu retraxit ac ſerenitate quietis publicæ refovit! Nos Chriſtiani, multis virtutibus ut opinamur, ſuperiores, in varias ſciſſi partes, annorum triginta calamitatibus nondum ſatiati, porrò in cognatum ſanguinem, in cives noſtros, in ipſam RELIGIONEM & pacis auctorem CHRISTUM immani pervicacia & animorum obſtinatione armamur, exemplo furentium, manus ac membra noſtra ipſi cæſuri. Accedit, quod vix pacem publicè deſiderare licet; &, quemadmodum olim, Flavianis militibus minaci agmine Romam petentibus, Muſonius Rufus (*c*) ſtudia Philoſophiæ & placita Stoicorum æmulatus, quum permixtus manipulis bona pacis ac belli diſcrimina diſſereret, à nonnullis mitiùs agentibus admonitus eſt, *omitteret intempeſtivam ſapientiam*, ab aliis tantum non propulſus proculcatusq;; ita qui nunc liberiùs optare

(*c*) *Tac. lib. III. Hiſt. cap. 81.*

optare velint pacatiorem rerum ſtatum, ſuis & publicis damnis ſatis afflicti, odio ſunt, & caput jubentur plangere. Ob quam cauſam & ipſe querelarum abſtinentior ad Tiberium noſtrum redeo, cujus prudentiam & alia quædam eminentiorem reddunt.

Maximam virtutem principis ajunt, NOSSE SUOS : &, quod in Senatore ante omnia requirit Cicero, hoc eſt, (d) *ut Remp. cognitam habeat, quid habeat militum, quid valeat ærario, quos ſocios habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſq; ſit lege, conditione, fœdere: teneatq; conſuetudinem decernendi & norit exempla majorum.* Inter reges hac laude quondã excelluit Tullius, is, qui apud Romanos Tarquinio Priſco ſucceſſit. Quod enim inſtar probi patrisfamiliàs publicas opes aptiſſimè diſpenſaret ac in tabulas referret, ut nihil confuſum, nihil obſcurum, vel incognitum magiſtratibus in tam ampla rep. potuerit eſſe; quidam inde finxerunt à Lare domus ac familiæ Tutelari deo, in regia Tarquinii ex foco fuiſſe genitum. (e) At quantus hic extitit Tiberius noſter! Reliquerat Auguſtus librum ſua manu perſcriptum, (f) *in quo continebatur, quantum civium, ſociorumque in armis; quot claſſes, regna, provinciæ, tributa, aut vectigalia, & neceſſitates ac largitiones*(g) Inerat accuratisſima diligentia ſimul deſcriptum,

(d) *lib. III. de LL.* Tt qui

(e) *Pigh. lib. I. Annal. pag. 46.* (f) *Tac. I. Ann. 11. § 7.* (g) *Caſaub. ad Spart. Alex. Sev. pag. 171.*

qui agri quibus colonis eſſent diviſi, & quæ ſubſeciva agrorum ſupereſſent, quæ dividi aliis poſſent. BREVIARIUM IMPERII vocat (*h*) Suetonius. Eum librum Tiberio in non minori cura fuiſſe, quàm Regibus Perſarum commentarios ſuos, facilè docuit tum, quum ad patres conſcriptos (*i*) *de magnitudine Imperii* diſſereret, *numerum legionum* percènſeret, *& quas quæq; provincias tutarentur, quæ Romanæ copia in armis, qui ſocii reges eſſent.* Hoc tam ſalubre prudentiæ induſtriæq; exemplum ſequentibus temporibus etiam ſtimulavit Alexandrum Severum, (*k*) *ut in cubiculo haberet breves & numerum & tempora militantium, ſemperq; quum ſolus eſſet, & rationes eorum, & numerum, & dignitates, & ſtipendia recenſeret, eſſetq; adeò ad omnia inſtructiſſimus.* Magna laus in privato, ſi ſua diligenter curet: quantò ſpecioſior in tanti Imperii moderatore,

(*l*) *Qui ſolis radiis æqualia munera tendit,*
Quà circumfuſus fluctuat Oceanus?

cujus rus erat orbis terrarum, ut Tertull. (*m*) loquitur? Etiamſi verò tanta ſint, quæ hactenus attulimus, ut ad noviſſimorum temporum ignaviam, ſocordiam & amentiam collata Tiberium incomparabilem faciant; tamen ad ulteriora jam progredientibus idem accidere neceſſe

(*h*) *In Aug. cap. 101.* (*i*) *Tac. d. l. & lib. IV. c. 4. § 4.*
(*k*) *Spart. in Alex. Sev. pag. 120. 121.*
(*l*) *Rutil. in Itiner.* (*m*) *de Pall.*

ceſſe eſt, quod iis, qui Romam illam veterem orbis miraculum, & lumen gentium, primùm eò profecti conſpexerunt. Nam, ut refert Strabo, (n) *delati ad Campum Martium amplitudine mirabilem & operibus exornatum magnificè, dicunt cenſentq; reliquam urbem nonniſi additamentum hujus campi eſſe. At iidem ſi in Forum Vetus deinde progreſſi, alia aliis hærentia & conſequentia vident, Baſilicas, Porticus, Templa, tum Capitolium ipſum & in eo variorum deorum ædes & cellas; tum Palatium & Liviæ ambulacra, ii facilè priorum obliviſcuntur, & omnium, quæ viderant extra urbem.*

Eodem modo ab Intellectualibus ad Moralia jam perducti, ſuperiorum memoriam vel ipſi facilè dimittunt, vel auferri ſibi patiuntur. Quàm enim omni doctrina prudentiaq; auguſtior & ſplendidior PIETAS, principalium Virtutum princeps, quæ ſola facit, ut ex hominibus fiamus ſemidei, & in corpuſculo iſto mortali ſocietatem JOVIS OPT. MAX. agitemus! Divinum eſt, quicquid ea tinctum eſt. Hic verò inſanus affectus eſt, inquis, quem nemo *cerebri felix* (o) æquo animo ferat?

(p) *Quid enim tenere vel bonum, aut verum queat,*
Qui non tenet ſummum caput,

Tt Veri

(n) *lib. V. pag. 236. ed. Caſ.*
(o) *Hor. I. Sat. 9.*
(p) *Paulin. ad Auſon.*

Veri boniq; fomitem & fontem DEUM,
Quem nemo niſi in CHRISTO videt?

Paganus eſt Tiberius, & ipſis paganis (q) *circa deos ac religiones negligentior* viſus. Ego verò Principem non comparabo cum Chriſtianis, ſed heic ſaltem de iniquitate Romanorum hiſtoricorum, levato affectuum velo, judicare vos velim. Auguſtum, Trajanum & Diocletianum ſideribus & majorum gentium diis inferunt, Tiberio vix in orco, inter Furias & Veſpas, locum relinquunt,

(r) Infernos gravat umbra lacus: pater Aeacus horret,
Intrantemq; etiam latratu Cerberus urget,

qui tamen Auguſtum, Trajanum & Diocletianum pietatis ſtudio longè ſuperavit. Contemtum religionum & nefandam impietatem in Auguſto perſtringunt ap. Tacitum ii, qui periti rerum omiſſis inanibus in ipſam ejus vitam inquirebant. (s) *Nihil deorum honoribus relictum, quùm ſe templis & effigie numinum, per flamines & ſacerdotes coli vellet.* Trajani ſimulacrum (t) coacti ſunt Chriſtiani venerari, thure ac vino ſupplicare; nec prohibuit impudentiſſima beſtia, in cujus fronte contumelia ſcripta erat; imò Bithyniæ præſidem, qui Chriſtianos id facere compulerat, laudavit. Diocletianus,

(q) *Suet. in Tib. c. 69.* (r) *Claud. lib. II. in Ruf.* (s) *Tac. I. Annal. 10. §. 8.* (t) *Plin. lib. X. ep. 97. 98.*

tius, (u) victoriis aliquot reportatis, veſte gemmata aureoq; habitu Deus cenſeri voluit, abjectis veteribus inſignibus, quibus Romani principes à Tarquinio usq; Priſco utebantur; pedes etiam adeuntibus exoſculandos præbuit. At Tiberius huic ambitioni prorſus inimicus, *(x) è plurimis maximisque honoribus præter paucos & modicos non recepit: templa, flamines, ſacerdotes & ſtatuas* inter deorum ſimulacra *decerni ſibi prohibuit; (y) qui divinas ejus occupationes, ipſumq; dominum dixerant, acerbè increpuit, (z) cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tantò ſe magis in lubrico,* piè ac modeſtè *dictitans.* Et quum aliquando Hiſpania ultra Iberum miſſa ad Senatum legatione rogaret, ut ſibi templum Tiberio matriq; ejus extruere liceret, *validus ſpernendis* id genus *honoribus* princeps, verbis memoria digniſſimis (a) interceſſit: *Ego me, P. C. mortalem eſſe, & hominum officia fungi, ſatisq; habere, ſi locum principem impleam, & vos teſtor, & meminiſſe poſteros volo, qui ſatis ſuperque memoriæ meæ tribuent, ut majoribus meis dignũ, rerum veſtrarum providum, conſtantẽ in periculis, offenſionum pro utilitate publica non pavidũ credãt. Hæc mihi in animis veſtris templa, hæ pulcherrimæ effigies, & manſuræ: nam quæ ſaxo ſtru-*

(u) Eutr. lib. IX. f. (x) Suet. cap. 26.
(y) Tac. lib. II. Ann. cap. 87. §. 2. (z) Idem lib. I. Ann. c. 7. §. 2. (a) Id. l. IV. c. 37. §. 1. & c. 38. §. 1.

untur, ſi judicium poſterorum in odium vertit, pro ſepulchris ſpernuntur.

Ferè dixiſſe pœnitet, nolle me Tiberium comparare cum Chriſtianis. Annon etiam Pontificum (b) quorundam vox fuit: *DEUS SUM, ERRARE NON POSSUM. NOS, NOS IMPERIA, REGNA, PRINCIPATVS, ET QVICQVID HABERE MORTALES POSSVNT, AVFERRE ET DARE POSSVMVS?* Sed modeſtiam illam Tiberii dum quidam ſic interpretati ſunt, *quaſi diffideret, homo degeneris animi: optimos quippe mortalium altiſſima cupere; Tiberium contemtu famæ contemſiſſe virtutes*, fecerunt profectò, quod araneus ſolet in roſa. Miror tam inepta narrare Tacitum, qui de Tiberio fatetur alibi, (c) ei famam & immortalitatem fuiſſe propoſitam! *Tiberio*, inquit, *non perinde curæ gratia præſentium, quàm in poſteros ambitio.* Nec verò deſunt multæ ſinceræ modeſtiæ argumenta, ut quum (d) *neminem Senatorum aut officii aut negotii cauſa ad lecticam ſuam admitteret, Conſularem per genua orare conantem ita ſuffugeret, ut caderet ſupinus: atq; etiam ſi quid in ſermone vel oratione continua blandius de ſe diceretur, non dubitaret interpellare, reprehendere, & commutare continuò.* Idem aureas literas à Senatu con-

(b) *Avent. lib. VII. p. 547. Platina in Gregor. VII.*
(c) *lib. VI. cap. 46.* (d) *Suet. cap. 27.*

contra patrium morem decretas (e) averſatus eſt, adulationes omnes (f) artificioſiſſimè refutavit, fœdaq; & nimia cenſentes his verbis (g) à ſe demiſit: *O homines ad ſervitutem paratos!* Unde nulli dubitamus, quin honores illos divinos bono animo riſerit repudiaritq; ?

Quid ſi autem hoc oſtendam quoq; *non defuiſſe* Tiberio *reſplendentiam Chriſtianæ veritatis?* Certè auctor eſt Petrus, ſive quis alius in Chronico, (h) quod Alexandrinum dicitur, C. Ceſtio Gallo, M. Servilio Noniano Coſſ. hoc eſt, A. V. 787. *Pontium Pilatum ad Tiberium Cæſarem de Chriſtianæ gentis religione literas miſiſſe, & hoc illum retuliſſe ad Senatum: eoq; reſpuente, decreviſſe capitis pœnam in Chriſtianorum delatores.* Idem in literas miſſum eſt ab Oroſio, (i) & multò antiquioribus Tertulliano (k) & Euſebio: (l) neq; diffidendi ſatis validam rationem invenire poſſum. Et hoc fortaſſe calumniandi anſam præbuit ſcriptoribus, ut Tiberium (m) *circa deos ac religionem negligentiorē & oraculis inimicum* dicerent, non met⁹ aliquis, non illa Mathematices ſtudia, vel quod ſtatueret, *cuncta fato agi.* Miſeris illis extra Eccleſiā, quibus per inſidias diaboli candidum nigrū

 erat,

(e) *Tac. lib. III, cap. 59. §. 2.* (f) *Ib. cap. 47. §. 5.*
(g) *Ib. cap. 65 § 3 & lib. IV, cap. 6. §. 2.*
(h) *pag. 542.* (i) *Oroſ. lib. VII, cap. 4.*
(k) *Tertull. Apol. cap. 5.* (l) *Euſeb. in Chr. n. 2051. & Hiſt. Eccl. lib. II, cap. 2.* (m) *Suet. c. 63. & 69.*

Digitized by Google

erat, & purpureum viride, nihil fuiſſe frequentius, quàm in Veritatis cultum falſis ἀσεβείας, ἀθεότητος, Magiæ & Impoſturæ criminibus fulminare, partim ſcimus ex illa Juſtini martyris (n) querela: *Vocamur autem athei: etſi ſanè confitemur talium, qui habentur, Deorum nos eſſe expertes, & hac ratione atheos; ſed non veriſſimi illius DEI, patris juſtitiæ, & temperantiæ, & ceterarum virtutum, & ab omni vitio intacti*; partim ex illa conſuetudine, à viris doctis (o) è Luciani Pſeudomanti animadverſa, qua tria nominatim hominum genera ſacris arcebantur, *athei, Chriſtiani, & Epicurei*; partim è S. Athanaſii fato, qui quum & futura multò ante proſpiceret, & imminentia pericula ſumma dexteritate vitaret, Arianis juxtà atque Gentilibus magicarum artium ſuſpectus fuit. Cum primis in opinione ſua confirmabantur, quod Alexandriam aliquando ingredientem Græci tum, qui forte aderant, de cornice, quæ ſupra modum crocitabat, per ludibrium interrogaſſent, ecquid prædiceret? isque reſpondiſſet, *Craſtinum diem vobis malè ceſſurum*, (p) Hoc enim perinde accidit, dum ſequenti die, quem gentiles feſtiſſimum erant habituri,

(n) *Apol. 2.*
(o) *Caſ. ap. Capit. pag. 78.*
(p) *Sozomen. lib. IV. cap. 9. Niceph. lib. IX. cap. 35.*

Digitized by Google

bituri, allatæ ſunt principis literæ, quibus templa deorum adire vetabantur.

Sed ne abeam, quod Græci dicunt, ἐκτὸς τῆ ἐλαιῶν, & qui urceolum inſtitueram, currente rota videam exire amphoram, redibo in viam, & ad aliam ſingularis Pietatis ſpeciem, cujus laudem, etiamſi velint, Tiberio Livor & invidia nunquam ademerint. Adhuc privatus (q) *Druſum fratrem natu minorem, intima Germania recludentem, & gentes fereciſſimas Romano ſubjicientem imperio, in complexu & oſculis ſuis amiſit: modum tamen lugendi non ſibi tantùm, ſed etiam aliis fecit. Totum exercitum, non ſolùm mœſtum, ſed & attonitum, corpus Druſi ſui ſibi vindicantem, ad morem Romani luctus redegit.* Imperatori poſteà, mors utrumque filium, (r) *& quem genuerat & quem adoptaverat*, intercepit: *ipſe tamen pro roſtris laudavit filium, ſtetitque in conſpectu poſito corpore, interjecto tantummodò velamento, quod pontificis oculos à funere arcebat, & flente populo Romano, non flexit vultum*, iniquum ratus, de diis queri, & animi ſui magnitudinē generoſiſſima voce detegens, (s) SE FORTIORA SOLATIA E COMPLEXU REIP. PETERE. Ita in omnibus, quæ nec evitari, nec provideri poterant,

Tt 5 inſtar

(q) *Sen. Conſ. ad Pol. c. 34.* (r) *Idem ad Marc. c. 15.*
(s) *Tac. IV. Ann. 8. §. 4.*

inſtar loricæ fuit magnus ſpiritus: nihil inter erat, quàm minax immineret fortuna, quantumq; eſſet, quod adverſus ipſum trahebatur. Nullo vexatus eſt timore, & ſi Capitolium rueret, animam in expedito habuit. Turbantibus in Gallia Æduis & Treveris, (t) *Roma non Treveros modò & Aeduos, ſed quatuor & ſexaginta Galliarum civitates deſciviſſe, adſumtos in ſocietatem Germanos, dubias Hiſpanias, cuncta (ut mos eſt famæ) in majus credita: paſſim convitia & probra jactabantur in Tiberium: ſed ille tantò impenſius in ſecuritatem compoſitus, neq; loco neq; vultu mutato, ſed ut ſolitum per omnes dies egit*, donec bellum an tumultus? conficeretur. Eadem conſtantia duplicem cladem à Friſiis illatam accepit & concoxit; ſed hinc occaſio nata ſcriptoribus debacchandi & inſaniendi in Tiberii famam, quaſi florentis P. R. ſtatum & commendatiſſimum illud Auguſti imperium nunquam adverſis fuerit interpolatum. Inprimis apud Suetonium (u) tot calumniæ, quot verba ſunt, *Reip. curam adeò abjeciſſe, ut non provinciarum præſides ullos mutaverit: Hiſpaniam & Syriam per aliquot annos ſine conſularibus legatis habuerit: Armeniam à Parthis occupari, Mœſiam à Dacis Sarmatiſq;: Gallias à Germanis vaſtari neglexerit, magno dedecore imperii, nec minori diſcrimine.*

Ut

(t) *Tac. lib. III. Ann. cap. 44. §. 1.*
(u) *Suet. cap. 41. Tac. lib. IV. cap. 74.*

Ut per occaſionem ad omnia reſpondeam, certum eſt, (x) *continuaſſe imperia, ac pleroſq; duces ac præſides ad finem vitæ in iisdem exercitibus, aut juriſdictionibus habuiſſe.* Flaccum (ita legendum videtur) Propr. tam diu reliquit in Syria, ut ob diuturnum imperium facetè ſcribat Romanus Sapiens, (y) *Syriam uſu ſuam feciſſe.* Vitraſius Pollio, decedente, quem ſuprà nominavimus, Æmilio Recto, Ægyptum per ſedecim annos obtinuit: Cn. Cornelius Coſſi F. Lentulus Getulicus (z) per decennium legiones in Germania ſuperiori rexit, occiſus à Caligula poſt Tiberii mortem: C. Poppæus Sabinus (*a*) maximis provinciis per viginti annos impoſitus, quum Macedoniam & Achajam regeret, vita conceſſit. Sed hoc factum ſummo conſilio, quod exponit Conſtantinus Manaſſes in Annalibus, *ne crebris mutationibus pluribus etiam Harpyjis nondum ſaturatis provinciæ exponerentur.* (*b*) Secutus hoc conſilium Antoninus Pius, nulli eorum quos Adrianus provexerat, ſucceſſorem dedit, fuitq; ea conſtantia, ut ſeptenis & novenis annis in provinciis bonos præſides detineret. Facit huc illa ratio ipſius (*c*) Taciti: DIFFICILIUS EST TEMPERARE FELICITATI, QUA TE

(x) *Tac. I. Annal. 80. §. 2.* (y) *ep. 12. Conſ. ad Helv. c. 17. ibiq; Lipſ.* (z) *Dio lib. LIX. pag. 657.*

(*a*) *Tac. lib. VI. cap. 39. §. 3.* (*b*) *Scip. Amir. lib. I. diſc. 12.* (*c*) *II. Hiſt. 47. §. 2.*

NON PUTES DIU USURUM. Largimur etiam illud Suetonio, *mandaſſe Tiberium quibusdam illuſtribus provincias, ſed quos egredi urbe non paſſus ſit:* & eſt Aruntii exemplum in promtu, cui Hiſpaniæ præſidis (*d*) titulum conceſſerat, ſed eum ne in Hiſpaniam iret, per decem annos attinuerat. Ceterum nondum coalita Monarchia, rigida cervice jugum ſubeunte populo, qui faceret Tiberius? Næ hujusmodi conſiliis ſuperbiam animiq; ferociam mitigare ac quaſi depaſcere debuit, ne in exitium orbis Romani, toties Optimatum ſeditionibus concuſſi rurſus erumperet. Licuit populo, licuit Optimatibus, quum rerum potirentur, ad contundendos indomitos illos ambitioſorum ſpiritus id genus ſophiſmatis uti; nec quisquam convitiatus eſt hiſtoricorum. At Tiberio termini & cancelli circumdandi ſunt, ne ultra plantam tollat, ne ad occultam iſtam ſtabiliendæ monarchiæ rationem confugiat. *Hiſpaniam & Syriam ſine Conſularibus legatis habuit*; quid tum? non habuit tamen ſine magiſtratu. Illuſtriorem retinuit, humiliorem interim, & à quo minor rerum novarum metus erat, regere permiſit. Quum L. Ælius Lamia, Syriam ſortitus, non permiſſus eſſet in eam proficiſci, rexit interim pro prætore L. Pomponius Flaccus, ſine ullo Imperii vel ipſius provinciæ incommodo,

(*d*) *Tac. lib. VI. cap. 27. §. 3.*

modo. (*e*) Sed quod apud Suetonium ſequitur, *Armeniam à Parthis occupari Tiberium neglexiſſe*, tam falſum ſciunt, qui Tacitum (*f*) legerunt, ut ne calumnia falſius quid excogitare potuerit. Gallias à Germanis vaſtatas, poſt Friſiorum defectionem, credamus; ſed bellum id paullo pòſt compoſitum, conſtans Taciti ſilentium à non paucis annis ad exitum Tiberii, haud difficulter concludere jubet. Pudendum eſt in hiſtorico, (*g*) *indere virtuti vitiorum ignobile nomen*, neglectum appellare, quæ, ut ex ſimili facto patet, *altitudo animi* fuit. Quemadmodum nobiliſſimus ille canis (*h*) ex Albania, conſpectis urſis, apris & deinde damis immobilis jacebat, ut ſegnitiem dicerent, qui generoſitatem ignorabant: ita Claudiæ magnanimitatis frigidus ac torpens interpres hîc Suetonius.

Limitare cogitabam viam aut ſtringere; ſed reliquas Tiberii virtutes mecum expendens immenſam & vagam apertam mihi video, incertusq; animi feror, ubi vel incipiendum vel deſinendum ſit. Nemo ſola Pietate inſtructus fuit: obſervantia Numinis multis virtutibus ſtipata incedit, non ſuo tantùm ſplendore fulgens.

(*e*) *Tac. lib. VI. cap. 27.*
(*f*) *lib. VI. cap. 31. 32. 33. 34. & ſeq.*
(*g*) *Tac. lib. III. Ann. 44. §. 4.*
(*h*) *Plin. lib. VIII. cap. 40.*

Fons eſt, unde pulcerrimarum rerum non rivi, ſed maria fluunt. Ut contrà (*i*) *quisquis uni flagitio ſe dederit, in aliud mox proclivior ruit: ita alterum alterius incitamentum eſt.* Tiberium, vel ex eorum monumentis (qui ob fundamenta principatus, ab Auguſto traditi, ſumma prudentia ſolidata capitaliter oderant) nulla magna virtute deſtitutum animadvertimus.

Quod ad juſtitiam univerſalem pertinet, LEGES, inquit Tacitus, (*k*) ſub Tiberio BONO IN USU. Unam quæſtionem majeſtatis excipit: nec ſanè atroces nugas illas excuſabo, quum ex ea pro crimine acciperetur, (*l*) *ſi quis circa Auguſti ſimulacrum ſervum cecidiſſet, veſtimenta mutaſſet, numo vel anulo effigiem impreſſam latrinæ aut lupanari intuliſſet, ſediſſet in ſella imperatoria temerè à miniſtro poſita.* Illud tamen ſcio, Senatum in obſequium ſervile ſubmiſſum, ſua ſponte in honorem Principis talia decreviſſe; ac Senatores ipſos flebilium ineptiarum fuiſſe delatores, abſente Tiberio, qui majeſtatis reos haud ſemel eripuit, reſcribens (*m*) Conſulibus: *Non ideò decretum Patri ſuo cælum, ut in perniciem civium is honos verteretur.* Ecquod autem juſti Principis certius documentum, quàm *magiſtratibus pro tribu-*

(*i*) *Saxo Grã. lib. III. Hiſt. Dan.* (*k*) *lib. IV. Ann. cap. 6. §. 4.* (*l*) *Suet. cap. 58. Sen. lib. III. de Ben. cap. 26. Caſaub. ad Suet. Dom. cap. 10. & ad Spart. Sev.* (*m*) *Tac. lib. I. Ann. 73. §. 3. & lib. III. cap. 70. §. 2.*

tribunali cognoſcentibus offerre ſe conſiliarium, providere, ne quis reorum per gratiam elabatur, judices legum & religionis & noxæ, de qua cognoſcendum eſt, admonere; ſiqua publicis moribus deſidia aut mala conſuetudine labant, corrigere; quæ omnia Tiberium gnaviter & ſine faſtidio feciſſe, Suetonius (*n*) commemorat? Quod magis mirere, quum pleriq; Principum magnum imperium idem eſſe credant, quod magnam licentiam, & facere quicquid collibuiſſet, id demùm arbitrentur eſſe vivere regiè, imò quum Tiberius (*o*) *lege Regia legibus omnibus ſolutus* eſſet, tamen ſemetipſum juſtitiæ ſubjecit, (*p*) *& quando cum privatis diceptabat, forum & jus*, h. e. ut explicat Freinshemius, ſi quando ob pecunarias cauſas cum privatis lis oriretur, in foro & jure, tanquam inter æquales, diſceptabatur. Si quid contra ſe (*q*) *decerneretur, ne queſtus quidem eſt*. Ab hoc animo profluxit egregia illa vox in cauſâ Cn. Piſonis, (*r*) qui Germanicum Tiberii adoptivum interfeciſſe putabatur: *Defleo equidem filium meum, ſemperq; deflebo: ſed neq; reum prohibeo, quò minùs cuncta proferat, quibus innocentia ejus ſublevari, aut ſi qua fuit iniquitas Germanici, coargui poſſit: voſq; oro, ne, quia dolori meo cauſa connexa eſt, objecta crimina pro approbatis accipiatis.* At

(*n*) *cap.* 33. (*o*) *Inſcr. Grut. p.* 242. (*p*) *Tac. lib. IV c.* 6. §. 1. (*q*) *Suet. c.* 31. (*r*) *Tac. lib. III. c.* 12. §. 7.

At juſtitiæ ſpecialis, quam in Diſtributricem & Commutatricem Philoſophi diſpertiunt, quæ nobis dabis exempla luculentiora, quàm (s) *quum mandaret honores, nobilitatem majorum, claritudinem militiæ, illuſtres domi artes ſpectando, ſatisq́; conſtaret,* NON ALIOS POTIORES FUISSE? quum (t) *honeſtam innocentium paupertatem levaret,* ſed *prodigos & ob flagitia egentes,* Varronem, Marium, Appium, Sullam, Vitellium & M. Hortalum Hortenſii oratoris nepotem, qui, ut ſcribit Valerius, (u) *ſcortis abjectiorem & obſcæniorem vitam exegit, & linguam cunctorum libidini proſtituit,* honoribus & beneficiis exutos ad inopiam (x) delabi pateretur? quum Conſidium Æquum, & Cælium Curſorem, (y) *quod fictis majeſtatis criminibus Magium Cæcilianum petiviſſent,* ſeveriſſimè puniret? quum quod ſuprà memoravimus, præſides (z) à rapinis & injuriis ſeriò dehortaretur, vel ſecus facientes graviſſimis pœnis coërceret? Nec verò Juſtitiam ſic adminiſtravit, ut oblivisceretur illius veteris, (a) *SVMMVM IVS SVMMAM* eſſe *CRVCEM:* ſed quoties atrociores dicerentur ſententiæ, eas mitigavit, aut (b) *præcipites pœnas deprecatus* eſt;

(s) *Idem l. IV. c. 6. §. 3.* (t) *Idē l. II. c. 48. §. 3.*
(u) *lib. III. cap. 5. ex. 4.* (x) *Tac. lib. II. cap. 37.*
(y) *Idem lib. III. cap. 37. §. 1.* (z) *Idem lib. IV. cap. 15. §. 5.* (a) *Columell. I. de R. R. cap. 7. pr.*
(b) *Tac. lib. III. cap. 51. §. 2. ibiq́; Lipſ. & c. 69. §. 1. 2. 3. l. II. c. 33. §. 6. l. III. c. 53. §. 2. l. IV. c. 31.*

eſt; majeſtatis reos, quod modò audivimus, *inter reos vetuit recipi*; *cenſuris intempeſtivis* obviam ivit, *prævalida & adulta vitia omiſit potius, quàm ut palàm fieret, quibus flagitiis* ſeveritas *impar eſſet*, damnatorum pœnas lege lata in decimum vel trigeſimum diſtulit: multos denique convitiorum & probroſorum carminum convictos incolumes dimiſit.

Hæc eſt illa virtus, Auditores, quæ vel ſola Tiberium ſupra multos Chriſtianos evehere potuit, ſed recentiores, & à veteribus illis in tantùm diſcrepantes, in quantum graculus à Muſis. Sæpe catapultas criminationum calumniarumque in Tiberium jaciebat univerſa Roma, præſertim quum magnam Germaniæ legiones ſeditionem excitaſſent, tam juſtè ac prudenter, quàm olim in Fabium Cunctatorem eadem neſcia veri civitas inſaniit; ſed Tiberius Fabium imitatus, nihil confundebatur. *Immotum*, inquit Tacitus, (c) *adverſus ſermones fixumque Tiberio, non omittere caput rerum, neque ſe remque publicam in caſum dare*; parique conſtantia furentium Quiritium ſibilos ſpreviſſe, quum, Julio Floro & Sacroviro ducibus, Gallia turbaſſet, (d) *quæ probanda eſſent, non quæ utiq; à vulgo probarentur, ſecutũ*, jam è ſuperioribus patet. Alius, quũ

prætor

(c) *lib. I. cap. 47. §. 1.*
(d) *Vell. de Tib. lib. II. cap. 112. §. 2.*

prætor eſſet A. V. 784. cum Tiberii, qui calvus erat, ludibrio ludos toto die per calvos exhibuit: lumen inſuper diſcedentibus nocte è theatro per quinq; puerorum, qui raſi erant, millia præbuit. *Id Tiberius* (agnoſcitis Dionis (e) verba) *tam nulla ira dignatus eſt, ut omninò contumeliæ hujus ſe certiorem factum diſſimulaverit.* Alius, *ut inviſum matri, Rhodium exulem, ſanguinis & meri avidiſſimum, Sullam victorem & Marium reducem*, virulentiſſimo carmine proſcidit: nec aliter Tiberius interpretatus eſt, quàm (f) *ab impatiente dominii, bile & ſtomacho* potius, quàm ratione profectum. Æquior paganus aliquis Jovis patientiam imitatum diceret in poëtarum nugas, (g) *quorum alius cornua impoſuit, alius adulterum induxit & abnoctantem, alius ſævum in deos, iniquum in homines, raptorem ingenuorum & parricidam.* Libet hic contra temporum noſtrorum inſolentiam repetere voces alias (h) immortalitate digniſſimas: *IN CIVITATE LIBERA LINGVAM MENTEMQ. LIBERAS ESSE DEBERE; NON TANTVM OTII SE HABERE, VT IMPLICARI NVGIS DEBEAT.*

Quid jam dicam de ABSTINENTIA ab alienis opibus, quæ à Juſtitia, velut à Sole magnum ſidus accenſum eſt? Ab Auguſti tem-

(e) *Dio lib. LVIII. pag. 633.* (f) *Suet. cap 59.*
(g) *Sen. de vit. beata cap. 25.* (h) *Suet cap. 28.*

Digitized by

temporibus periculoſum eſſe cœperat, præterire principem in teſtamento: ſed quum Junia Tertia, rebellis familiæ femina, in magnis opibus fermè cunctos proceres in teſtamento nominaviſſet, ſolum Tiberium omiſiſſet, (i) *id civiliter accepit: neq; prohibuit, quò minus laudatione pro roſtris ceterisq; ſolennibus funus cohoneſtaretur.* Sed longè magnificentius, quod etiamſi per leges poſſet, (k) *nullius hereditatem adierit; niſi quum amicitia meruiſſet:* cujus virtutis Pertinacem quoq; fuiſſe, Capitolinus memoriæ prodidit.

Quid de ſtupenda liberalitate? qua facilè refutavit viri magni (l) verbum, *fuiſſe parca & reſtricta manu*, vel Suetonii pòtiùs, quem ille ſecutus eſt, *pecuniæ parcum & tenacem, comites ſuos nũquam ſalario, cibariis tantum ſuſtentaviſſe.* At ſi de quoquam Imperatorum, de noſtro verum eſt: (m) *donare ſcivit, perdere neſciit.* *Eroganda*, inquit Tacitus (n) Suetonio apertè contrarius, *per honeſta pecuniæ* fuit *cupiens, eamq; virtutem* pertinaciſſimè *retinuit: ſatis firmus*, ut alibi (o) profatur, *adverſum pecuniam.* Quotes plebs acri annona fatigaretur, (p) *infecunditati terrarum, aut aſperis*

(i) *Tac. lib. III. cap. 76. §. 2. 3.* (k) *Tac. lib. II. cap. 48. §. 2. pag. 56.* (l) *Lipſ. III. Adn. c. 14 c. 46.* (m) *Tac. I. Hiſt. cap. 30. §. 2.*
(n) *lib. I cap. 75. §. 2.* (o) *lib. III. cap. 18. §. 2.*
(p) *Idem lib. IV. cap. 6. §. 7.*

Digitized by Google

ſperis maris obviam iit, quantum impendio diligentiaque poterat: aliquando frumentum (q) pretio conſtituto vendi juſſit; & ne tamen negotiatores damnum ſentirent, pollicitus eſt, ſe ipſis ultra pecuniam, quàm emtor ſolveret, in ſingulos modios binos numos adjecturum. Incenſo monte Cœlio, (r) *omnis ordinis hominum jactura; patrimonio ſuo ſuccurrit;* & quũ paullò ante mortem Tiberii rurſus gravis ignis urbem adfeciſſet (s) *deuſta parte Circi, ipſoque Aventino, exſolvendis domuum & inſularum pretiis millies ſeſtertium,* hoc eſt vicies quinquies centena millia Philippicûm impendit: qua ipſa immani ſumma (t) triennio ante fidem refecerat & multos debitores (u) liberarat. Familiis illuſtribus ne interciderent, pecunia ſubvenire nunquam deſiit: *Propertio* (x) Celeri prætorio jus exeundi ordinis Senatorii ob paupertatem petenti, *decies ſeſtertium* hoc eſt ad 25000 Philippicorum noſtratium dono dedit, ſed *comperto paternas ei anguſtias eſſe:* Æmilio Lepido (y) *bona Aemiliæ Muſæ locupletis inteſtatæ petita in fiſcum,* & M. Servilio Patuleji *divitis equitis Romani hæreditatem,* *ipſe*

(q) *Idem lib. II. cap. 87. §. 1.* (r) *Vell. lib. II. cap. 130. Tac lib. IV. cap. 64. §. 2.* (s) *Id. lib. VI. c. 45. §. 2.* (t) *Id. lib. VI. cap. 17. §. 5.*
(u) *Sen. II. Benef. 8.* (x) *Tac. lib. I. cap. 75. §. 5.*
(y) *Id. lib. II. cap. 48. §. 1.*

ipſe ex parte heres lectus tradidit: M. Piſonem (z) *ignominia* damnati *patris exemit, conceſſitque ei paterna bona*, nec paucis aliis nobiliſſimorum virorum poſteris, & quibus ſenatoriæ facultates non erant, opem tulit. Igitur, quam toties præſtitit, (a) *ſuetam erga familiarum nobiles liberalitatem*. uſurpat Tacitus: ſed perperam & cum magno Tiberianæ gloriæ detrimento. *Suetam* Lipſius interpretatur non ſolius Tiberii, ſed aliorum etiam principum, *quaſi principibus moris fuerit donare aliquid filiis præſidum, qui è provinciis redirent, atque ipſum adirent.* Ceſſent hîc mirari vel indignari ſcriptores, fraudatum Auguſti beneficio magni oratoris Hortenſii nepotem. Princeps ſagax & circumſpectus non ignoravit, ſolum liberalem eſſe, qui pro facultatibus dat iis, quibus oportet, neque rectè hic ſeſe daturum vidit, neque alterum rectè accepturum, qui ſecundum Valerium prodigus & impurus erat. Ex qua cauſa tentantes liberalitatem ſuam alios quoque (b) *probare* paupertatis *cauſam ſenatui juſſit*.

Et nequis exiſtimet, Romæ tantùm ſuæ benefeciſſe Tiberium; ecce mihi Romanum iſtum Triptolemum velut ſublimi vectum curru

(z) *Id. lib. II. cap. 37. §. 1.*
(a) *lib III. c. 8. §. 2.*
(b) *Tac. lib. I. cap. 75. §. 4.*

curru ſemina liberalitatis ſuæ ſpargentem per terrarum orbem! Tredecim *(c)* vel quatuordecim Aſiæ urbes nocturno terræ-motu conciderant, & intra paucos annos omnes reſtituit Tiberius, quod numi *(d)* hodieq; ſuperſtites teſtantur præter Tacitum, qui ſolis Sardianis *centies ſeſtertium*, h. e. 250000 Philippicûm donaſſe, & quantum ærario aut fiſco pendebant, in quinquennium remiſiſſe teſtatur. Paucis annis pòſt *factum eodem auctore SCtum,* (*e*) *ut civitati Cibyraticæ apud Aſiam, Aegirenſi apud Achajam terræ-motu labefactis ſubveniretur remiſſione tributi in triennium.* Eat nunc Suetonius, *(f)* & huic principi tenacitatem objiciat! eat Eutropius, *(g)* & *ſceleſtam* inſuper appellet, uterq; hoc ipſo ſatis profeſſus, ſe veram liberalitatem prorſus ignorare. Sed, inquit alter, *Aſiam juvit*, ſcio, ſed *ſolam!* Tam leve eſt, tot Aſiæ civitates inſtauraſſe? tam nullius momenti beneficium, quo Ægirenſes erexit? & nonne reliquis ſatis præſtitit, hirudines provinciarum legatos, proprætores & procuratores coërcendo, pacem ubiq; adamantinam faciundo?

Multa ſupereſſent, Auditores, de amabili *(h)* tanti Principis humanitate, qua nobilium & igno-

(c) Euſeb. n. 2034. Niceph. Call. lib. I. cap. 17. Tac. lib. II. cap. 47. §. 3. Scal. ad Euſ. d. l.
(d) Occ. in Num. pag. 91. *(e) Tac. lib. IV. c. 13. §. 2.*
(f) Suet. c. 46. *(g) Eutr. lib. VII.* *(h) Suet. Tib. c. 29. 32.*

& ignobilium exequias ad rogum usq; frequentavit, ſingulos & univerſos compellavit: multa etiam de rebus bellicis, & militarium rerum peritia, qua Romanos duces omnes à temporibus Scipionis Africani ſuperioris in tantum ſuperavit, in quantum omnes poſt Punica bella expeditiones à Romanis ſusceptæ concedunt illi graviſſimæ & periculoſiſſimæ, qua Tiberius, multis difficultatibus exantlatis, ad ultimum victor (i) *totum Illyricum, quod inter Italiam regnumque Noricum, & Thraciam & Macedoniam, interq; Danubium flumen & ſinum maris Adriatici patet, perdomuit & in ditionem redegit.* Sed hæc & alia, non iſta, non tribus orationibus abſolvenda, felicioribus ingeniis rectiùs commendavero. Nunquam deerunt, qui Romanorum ſcriptorum ergà Principes affectus eorumq; cauſas ponderare potiùs, quàm numerare volent; & poſt anxiam inquiſitionem tandem deprehendent, multum abeſſe Suetonios, Tacitos & alios ab oraculorum fide.

Legimus apud Vopiſcum, (k) *neminem hiſtoricorum non eſſe aliquid mentitum: Livium, Salluſtium & Tacitum manifeſtis teſtibus convinci:* & nonne pingue mendacium, quod cum infamia Tiberii traditum eſt: *apud antiquos (l) dicta fuiſſe impunè, quæ Tiberii avo vindi-*

(i) *Idem cap. 16.* (k) *In Aureliã. pag. 209.*
(l) *Tac. lib. I. cap. 72. §. 3.*

Digitized by Google

vindicabantur! Scimus enim, Claudiam (*m*) è tinniente illo & garrulo ſexu judicio ſubverſam, ob laſcivius dictum in populum; & nonne XII Tabb. fragmentum (*n*) eſt: *Siquis occentaſſit, carmenq́ condiderit, quod infamiam faciet flagitiumq́ alteri, capitale eſto?* Quæ & alia facilè nos animant adverſus illos magnorum hiſtoricorum clypeos, dubitaturæ poſteritati oppoſitos: *ſe ſine* (*o*) *ira & ſtudio Tiberii principatum tradidiſſe, falſas auditiones depuliſſe ſumma cura.* Crederem, niſi Senatores eſſent, niſi Agrippinæ Germanici filiæ Commentarios & alios inimicos Principibus ſcriptores adhibuiſſent, niſi acerbitatem naturæ ſuæ tam multis indiciis proderent. Eſt ſanè, ubi Satyricos potiùs, quàm hiſtoricos agunt. Vix unum vel alterum in Tiberii benè dictis & benefactis, cui non aculeato judicio mordentibusq́; verbis gratiam & auctoritatem demunt. Repudiavit nimios honores: (*p*) *Parum ſincerè locutus eſt, & voluit magis artificioſum adulandi modum, non tam apertum & ruſticum.* Suorum mortem ita tulit, ut heroës ſolent? (*q*) *Neq́ ſuos ulla charitate dilexit.* Adminiſtravit præſens juſtitiam? (*r*) *Dum veritati conſuluit,*

(*m*) *Ep. Liv. 19. Val. Max. lib. VIII. cap. 1. damn. ex. 4. Suet. Tib. c. 2.* (*n*) *Agell lib. X. cap. 6.*
(*o*) *Tac. lib. I. cap. 1. §. 6. & lib. IV. cap. 11. § 6.*
(*p*) *Id. lib. I. cap. 8. §. 5.* (*q*) *Suet. c. 52. 50. & 62.*
(*r*) *Tac. lib. eod. cap. 75. §. 1.*

Digitized by Google

ſuluit, libertatem deſtruxit. Juſtitiæ (s) rigorem temperavit? *Mimus Tiberio ſolitus fuit.* Liberalitatem exercuit? (t) *Gloriam ambitiosè reſpexit.* Ita in multis aliis. Sed profectò videretur in publicum longè utilius, facta Principum, ſi tolerabilia ſint, nudè ac ſine ulla triſtiori interpretatione memorari, quod neceſſe ſit, Principes, hac judicandi licentia perſpecta, omnium factorum ſuorum ſiniſtras explicationes metuere, atq; ex deſperatione in atrociſſima quæque prolabi. Cl. Voſſii ſententia hæc eſt, (u) *ſatius eſſe, ut de malis bene, quàm ut de bonis male ſentiamus.*

Non eſt nobis animus, *Auditores*, excuſare Tiberium totum. Quod enim ſceleratum eſt, ſaltem apud malam linguam patrocinium invenit. Ad mentionem libidinis illius, in quam ſeptuagenario majorem effuſum aſſerunt, meritò expuimus; ſed quum profligatiſſimos Romanorum ferè omnium mores illius ævi nobiscum reputamus, non poteſt non ſubire illud Satyrici:

(x) *Clodius accuſat mœchos, Catilina Cethegũ.*

Sævitiam illam in multos illuſtres & in Germanici domum, atrocem eſſe, libenter concedimus:

 mus:

(s) *Idem lib. III. cap. 51. §. 2.*
(t) *Id. lib. VI. cap. 45. §. 2 Suet. cap. 47.*
(u) *lib. de Art. Hiſt. cap. 18.*
(x) *Iuv. Sat. 2. v. 27.*

mus : nec tamen neſcii ſumus, *Germanicum* (y) *ita ſeſe geſſiſſe, ut Tiberius eum ſuſpectare debuerit, Agrippinam & ejusdem liberos multa ferociter locutos, & dominandi avidos ſpes improbas malè texiſſe*, nihilque minus calluiſſe, quàm illud peregregium (z) Alexandri : *Regum ducumq; clementia non in ipſorum modo, ſed etiam in illorum, qui parent, ingeniis ſita eſt. Obſequio mitigantur imperia : ubi verò reverentia exceſſit animis, & ſumma imis confundimus, vi opus eſt ut vim repellamus* : Totam præterea hiſtoriam illorum temporum haud limis inſpicienti, Caligula, utut monſtrum principis, non ſemel videbatur acerbo vero raſiſſe Senatorum aures, quum aliquando recenſitis ſingulatim iis, qui ſub Tiberio perierant, tandem concluſiſſet, (a) *plerisq; cauſam exitii Senatores fuiſſe : alios, quod accuſaſſent : alios, quod falſis teſtimoniis oneraſſent; univerſos, quia damnaſſent.*

Verum jam deſinendum eſt; quod faciam, extrema Tiberii quàm pauciſſimis attingendo. Quemadmodum viventi vigentique nihil antiquius fuiſſe Reip. ſalute & incremento, tum ex hucusq; dictis ſatis liquet, tum ex coti-

(y) *Forſtn. in Tac. p. 71. Tac. lib. I. cap. 33 §. 5. c. 69. §. 2. lib. II. cap. 72. §. 1. lib. IV. cap. 12. §. 2. cap. 52. §. 3. lib. VI. cap. 25. §. 2.*

(z) *Curt. lib. VIII. cap. 5. §. 8.*

(a) *Dio lib. LIX. pag. 651.*

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO E.

cotidianis precibus. (b) *Ita ſibi dii vitæ & imperii tempus prolongarent, ſi Reip. conduceret,* tum ex ipſius Auguſti, hoc eſt, Principis ſubtiliſſimæ naris judicio, quod in Tiberii adoptatione coram omnibus aperuit, (c) *Hoc ſe Reip. cauſa facere:* ita jamjam morituri unica ſolicitudo fuit, ut imperio & bono publico, in bono ſucceſſore deligendo, quàm optimè proſpiceret. Eò per bella civilia *neceſſitatis ventum erat,* (d) *ut imperii corpus ſtare ac librari ſine uno rectore non poſſet: deſerenda fuit omnibus libertas, qui* (e) *aliter ſalvi eſſe non poterant, niſi confugiſſent ad ſervitutem; nec* (f) *provinciæ* Monarchicum *ſtatum abnuebant, ſuſpecto Senatus populiq; imperio ob certamina potentum & avaritiam magiſtratuum: invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, poſtremò pecunia turbabantur.* Sed de idoneo ſucceſſore cogitanti, C. Caligula è fratre Druſo pronepos minimè omnium placere poterat, quem ſciebat *omnium* (g) *exitio regnaturum.* Nepotem è Druſo filio Tiberium Gemellum nolebat, *quod nondum pubertatem ingreſſus eſſet.* Agitanti de Claudio fratris filio, *quod is compoſita ætate bonarum artium cupiens erat, imminuta mens obſtitit. Tandem* imperium & *omnia fato permiſit.*

(b) *Dio lib. LVII. pag. 607.* (c) *Suet. c. 21. Vell. lib. II. cap. 104.* §. *1.* (d) *Tac. lib. I. Hiſt. c. 16.* §. *1.* (e) *Flor. lib. IV. cap. 3.* §. *4.* (f) *Tac. lib. I. Ann. cap. 2.* §. *4.* (g) *Suet. Cal. cap. 11.*

miſit. Hæc (h) Tacitus: ut ab inimicis confictum exiſtimem, quod apud Dionem (i) extat, fuiſſe Tiberio impium votum illud, Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, *me miſceatur igne terra mortuo,* & *Caligula ſucceſſore gaviſum eſſe tanquam flagitiorum ſuorum memoriam ſcelerum magnitudine contecturo.*

Ad ultimum *quum* Tiberium *corpus* & *vires desererent*, nondum conſilium & ratio deſtituebat; *ſermone* ac vultu defectionem & labentem ſpiritum tegebat, & medicorum artes prudentiſſimo eludebat dicto, (k) *A ſtultis poſt tricesimum ætatis annum medicos conſuli.* Ridet Tacitus; ſed Auguſtum mirantur alii, quod in extremis conſtitutus *remiſſiſſimo ad omnem comitatem fuerit animo,* (l) *epulum præbuerit, permiſſa omni jocandi licentia,* ſed & noviſſimo die, *petito ſpeculo, capillum ſibi comi, ac malas labentes corrigi præceperit.* Nec quisquam ſuperiori ſeculo rationem deſideravit in illo Suleimanis (m) facto, quum coloris ſui vitium fuco inductoq; genis purpuriſſo corrigeret, & exterorum oratores nunqam ſine magna bonæ valetudinis ſuæ opinione dimitteret. Eo fuit ingenio C. Caligula, (n) eo prætorii præfectus Macro, ut Tiberius iis metum, ceu diutiùs victurus,

(h) *Tac. lib. VI. Ann. 46.* (i) *lib. LVIII. pag. 634.*
(k) *Tac. lib. VI. cap. 46. §. 6. & cap. 50. § 1.*
(l) *Suet. Aug. c. 98. 99.* (m) *Busb. ep. 1. Leg. Turc.*
(n) *Dio lib. LVIII. pag. 638.*

cturus, objicere debuerit. Verum ita res habet. (o) INVISO PRINCIPE, SEU BENE, SEU MALE FACTA PREMUNT. Defunctus eſt Tiberius XVII. Kal. April. A. V. 789. Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigrino Coſſ. relictis imperio ſexaginta ſex millionibus & quinquaginta millibus Philippicûm, ut apud Suetonium (p) *vicies ſepties millies HS.* viri docti explicant. Lubet inſcribere tumulo: TI. CÆSAR HIC SITUS EST, CUJUS VIRTUTES NON ASSEQUUNTUR, QUI VITIA RIDENT ET PERSTRINGUNT.

(o) *Tac. lib. I. Hiſt. cap. 7. §. 3.*
(p) *In Calig. cap. 38.*

Subjicere placuit, quod ſuprà, ubi de Tiberii amore erga literas & literatos, nobis excidit, notatu longè digniſſimum.

Potamonem Lesbium ſive Mitylenæum hiſtoricum, quum aliquando Roma in patriam rediret, talibus literis viatici loco inſtruxit Tiberius: Ποτάμωνα Λεσβώνακτος εἴ τις ἀδικεῖν τολμήσοι, σκεψάσθω εἴ μοι δυνήσεται πολεμεῖν, h. e. *Potamonem Lesbonactis F. ſi quis injuria afficere fuerit auſus, videat, an bellum adverſus*

me ſuſcipere fuerit auſus. Auctor Suidas in Ποτάμων. O tempora noſtra! O mores!

Ad elogium Tiberii quoq; facit elegantiſſimum Antiphili epigramma de inſtaurata per illum Rhodo. Extat lib. III. Antholog.

Ὡς πάρος ἠελίου, νῦν Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἰμὶ
Νᾶσος, ἶσος δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἤδη σβεννυμένην με νέα κατεφώτισεν ἀκτὶς,
Ἅλιε, καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
Πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὃς μὲν ἔδειξεν
Ἐξ ἁλὸς, ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομένην.

Quod ita vertendum mihi videbatur:

CAeſaris, ut nuper Solis, Rhodus inſula nũc ſum:
Affuſus ſplendor par ab utroq; mihi.
Extinctam penitus radius novus illuſtravit,
Sol, & te juxta lux mihi clara Nero.
Quid memorem? cui plus debetur? Hic imputat ortum
Ex pelago, hic vitam traxit ab interitu.

Quod

QUod ait σεϲεϲυμένην, ſciendum eſt, terræmotu collapſam anno V. C. DCXLVI. L. Caſſio Longino C. Mario Coſſ. *Euſebius num. 1910.* qui reſpondet huic anno: *Rhodo terræmotu concuſſa, Coloſſus ruit.* Vide ibi cenſuram Scaligeri. Ad eandem calamitatem reſpexiſſe videtur Tertullianus in Apologetico: *Oro vos, ante Tiberium, id eſt, ante Chriſti adventum quantæ clades orbem & urbem ceciderunt? legimus Hierapolim, & Delon, & Rhodon, & Con inſulas cum multis millibus hominũ peſſum abiiſſe.* Retundit calumniam gentilium, qui omnium calamitatum cauſas Chriſto & Chriſtianis attribuebant. Ab hac clade nonnihil reſpirantem graviter afflixit C. Caſſius Cæſaris interſector, poſtquam ſocietatem contra Julianas partes detrectantem vi ceperat. *Plut. in Brut. p. 998. Dio lib. XLVII. p. 346. Auctor Sibyll. Orac. lib. III. p. 252.* Sic extinctam, & εἰς ἀφανὲς redactam, quam ἐξ ἀφανοῦς primum Sol produxerat, reſtituit Tiberius; cujus munificentiam diu poſt, quum iterum terræmotu penitus concidiſſet, æquavit Antonius Pius. *Pauſan. lib. VIII. p. 526.* Confer *eund. lib. II. p. 97.*

PROGRAMMA.

Liberis, quam vis parentum præſtat acris œſtri vicem! exclamavit olim *Gruterus*, admiratione quadam defixus, quum obverſarentur Martia illa nomina, *Tullus, Hoſtilius, Ariarathes, Antiochus, Cleomenes, Annibal,* & *Mithridates.* Ego verò derivatas ejusmodi virtutes in togatis nominibus tantò juſtiùs admiror, quantò veriùs profatus eſt cœleſtis eloquentiæ Conſularis: *Cedant arma togæ, concedat laurea laudi!* Quale quidem exemplum nobis imputat *Præſtantiſſimus Doctiſſimusq; Juvenis, Dn. Corn. Bruno, Viri Cl. & Excell. Dn. M. Jacobi Brunonis, Ethic. & Græc. Ling. P. P., olim præceptoris mei fideliſſimi, nunc collegæ honoratiſſimi, Filius.* Is enim quàm eruditionis paternæ fonte labra proluerit, ſatis his diebus manifeſtum mihi fecit Oratio, limpidiſſimo ſtylo conſcripta, cujus argumentum eſt: *Meliusné ſit, ſubitò, an tardè inclareſcere, & ad Remp. accedere?* Nulla hic opera mea ſubſidiaria; & quamvis hoc præſtantis ingenii ſpecimen cenſuræ meæ ſubjecerit, ea tamen honoraria potiùs, quàm neceſſaria cenſenda eſt. Porrò cùm à virtute nihil alienum ſit, imò ſapientis-

ſimus

ſimus ille Socrates in juvenili præcipuè ſpectarit, plurimum bonorum conſcientiæ ſtudiorum ſuorum rationem infundere; etiam noſter Orationem ſuam luce craſtina, conſueta hora locoq́; , recitare conſtituit. In quo propoſito ſuo laudatiſſimo ut magis magisq́; animetur, *Magnif. Dn. Rectorem, Ill. & Gen. Dnn. Barones, Conſultiſſimos, Experientiſſimos, admodum Rev. Clariſſ. & Excell. Dnn. Profeſſores, Nobiliſſimos, Præſtantiſſimos, Doctiſſimosque Dnn. Studioſos*, ea, qua par eſt, obſervantia & humanitate rogo, ut, ſi per negotia graviora licuerit, eandem gratiam ac benevolentiam, quam nobis præſtiterunt hactenus, nunc etiam honorifica præſentia ſua teſtari velint. Dabit operam uterque, ut ex obſervantia & officiis, quæ quidem à nobis proficiſci poterunt, de perpetua tam eximii affectus memoria cuivis conſtet.

Chriſt-Adamus Rupertus,
Hiſt. P. P.

DE QUÆSTIONE POLITICA: MELIUS NE SIT SUBITO AN VERO TARDE INCLARESCERE ET AD REMPUBL. accedere?

ORATIO.

Magnifice Domine Rector, Plurimum Reverendi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, Clariſſimi & Excellentiſſimi Dnn. Profeſſores, Præceptores, Patroni & Promotores, æternùm colendi, ut & Nobiliſſimi, Eximii, Præſtantiſſimi atq; Doctiſſimi Dnn. Studioſi.

Si quod eſt apud Eloquentiæ Romanæ principem, *Hannibal*, ducum Carthaginienſium fortiſſimus, jure riſit *Phormionem*, Philoſophũ Peripateticum non è multis, quod interveniente homine militari, relicto priore argumento, aliquot horas de Imperatoris officio, & de omni re militari copiosè dixiſſet: Cum tamen ipſe homo Græcus nunquam hoſtem, nunquã caſtra

caſtra vidiſſet, nunquam deniq; minimam partem illius publici muneris attigiſſet; adeò hominis diſerti facundiam ſine uſu & experientia rerum ſtultitiam interpretabatur. Hæc enim erant verba Pœni μυκτηρίζοντος: *Multos ſe deliros ſenes ſapè vidiſſe, ſed qui magis, quàm Phormio deliraret, vidiſſe neminem.* Si, inquam, hoc ſeni, ſi hoc viro ſapienti & erudito evenit, qualem mihi adoleſcenti imperito & indocto cenſuram paratam putem, quando non de humilitate, modeſtia, obedientia, aut alia virtute, quæ meam ætatem ornare poſſet, ſed *de ambitu* verba facere juſſus ſum. *An* nimirum *melius ſit ſubitò, an verò tardè inclareſcere, & ad Rempubl. accedere?*

Verumenimverò, cum non mea ſponte, ſed juſſus ab iis, quorum nutus mihi pro imperio, & voluntas pro lege eſt; temeritatis culpam, niſi fallor, facilè declinavero, etiamſi tenuia quædam, ut fert ingenii mei hebetudo, protulero, & de argumento iſto tam ſublimi & ambitioſo, humili & proletario dicendi genero, libavero veriùs, quàm dixero; & quidē in contentione, ut intelligitis, florentis vel juvenilis ætatis cum gravi & ſenili. In qua tamen comparatione ea linguæ & mentis moderatione utar, ne de ullius ætatis aut hominis fama & exiſtimatione malè ſenſiſſe, aut dixiſſe videar. Et ſi omnino aliquid promendum, quod dignitati

partium derogare, aut adverſari videtur; ipſe authoritate ſapientum & eruditorum virorum, quorum veſtigia ego ſequor, tanquam clypeo aliquo me defendam. Vos verò *Auditores honoratiſſimos* majorem in modum etiam atq; etiam rogo & obteſtor, ut infantiam meam, & imperitiam jugi & multiſcia ſapientia & benevolentia Veſtra ſublevetis; meq; indignum de re tam ardua balbutientem veriùs, quàm dicentem, benignè audiatis.

Et primùm quidem nobis ſe ſiſtant ad optimas virtutes nati & educati juvenes, quorum ætas, ut amœna eſt, & florens, ita ipſis ſenibus jucunda & grata, ſecundum illud Epigrammatiſtæ Græci: Ἐν τοιαύτῃ ἡλικίᾳ πολλὰ δ᾽ ἀμφιπέθηλε χάρεις. Sanè meliorem iſtam, ut Seneca vocat, non ſolum homines, ſed & Genii boni, & Deus ipſe ſingulari amore proſequuntur. Et hic quidem omnib⁹ ſeculis quibusdam adoleſcentibus admirandum virtutis ardorem & heroicos indidit motus, ut in ipſo ætatis flore ad Reip. gubernacula non educati, ſed nati; non ducti, ſed facti viderentur. Taceo Telemachum, quem eo nomine laudat Homerus; prætereo Aſcanium, cujus adhuc pueri amabilis virtus celebratur à Marone. Præ multis aliis unus nobis etiam atq; etiam ſpectandus & conſiderandus Cyrus, qui puer inter paſtorũ

filios educatus, & ab iisdem fortè ludentibus pro Rege habitus & honoratus non ſine omine, & inſigni naturæ benficio & igniculis animi generoſioris; qui utiq; in Cyro etiamnum puero, ſplendidè emicabant, exiliebantq;: ut rudes etiam & agreſtes, quibus ſortis iniquitate conjunctus erat, ipſi animadverterent, Regemq; ludentes facerent eum, quem jam antea natura fecerat Regem; quemque non decebat eſſe niſi Regem. Audite verba Medi illius, qui apud Xenophontem Cyrum adoleſcentem ita alloquitur: *Ego verò, mi Rex: nam Regem te à natura nihilominus eſſe arbitror, quàm ſit is, qui in alveari dux apum naſcitur: Illi enim apes ſemper lubentes obtemperant, ac quocunque loco manſerit, ab eo nulla earum diſcedit: Quod ſi aliquò exierit, tam ardens illis eſt ingenitus amor, ut ejus imperio pareant: Itidem erga te mihi quodammodo hi homines videntur affecti eſſe.*

Noſtrum eſt, ô *Auditores*, in his & aliis divinam admirari providentiam & ſapientiam. Hujus enim directioni tribuendum, quod in natura inq; ingeniis aliqua præludia, & parva documenta ingentium rerum & virtutum conſpici ſoleant. Nulla propemodum arbor eſt, " quæ non prius in florē ſe induat, quàm ſe-rat " fructū. Nullæ ſegetes, quæ non antè maturi- " tatem flaveſcentem herbæ viriditate paſcant " oculos. Et in ipſo cœleſti corpore, inque die- "

„ rum ſplendore & luce ipſe Sol antequam ex-
„ oriatur, luce præmiſſa radiis ſuis veluti præ-
„ ludit. Ita in omni ferè natura priusquam res
„ exhibetur, ſpes oſtenditur: Neq; vires ſuas
„ effundit, antequam eas ludendo quaſi peri-
„ clitata fuerit. Ita ſanè in Cyro communis illa mater natura, & Dei quidem providentia, ſine cujus afflatu nullum unquam magnum ingenium extitit, luſit. Ità in Severi educatione puerili antequam Imperator crearetur; modò vera fuerint, quæ leguntur apud Spartianum: *In prima pueritia,* inquit, *priusquam Latinis Græcisq; imbueretur, nullum alium inter pueros ludum, niſi ad judices exercuit, quum ipſe prælatis faſcibus ac ſecuribus, ordine puerorum circumſtante, ſederet ac judicaret.* Eſtq; à Scriptoribus Eccleſiaſticis obſervata præluſio, qua Athanaſius Magnus poſtea evaſit Epiſcopus. E tripode igitur veri prolatum eſt illud Vopiſci in Probo Auguſto: *Neminem unquam perveniſſe ad virtutem ſummam jam maturum, niſi qui puer ſeminario virtutum generoſiore concretus, aliquid inclytum deſignarit.*

Quod ſi itaq; amabiles iſtæ, & generoſioris indolis animæ, ſubitò inclareſcere, & ad remp. vel alia officia genio ſuo congrua accedere ſatagunt; *quis non ſupernis potiùs, quàm humanis hoc applicaret judiciis,* ut apud Caſſiodorum piè loquitur Rex Gothicus. Hac quaſi

dote

Digitized by Google

dote & viatico naturæ inſtructus ocyùs progreſſus ad imperium, petiitq; ædilitatē Corn. Scipio, ut eſt apud Plutarchum in præceptis Politicis: *Et ipſe Pop. Romanus ſubitò ipſum Conſulem præter leges deſignavit, ideò quod non modò victoriam, quam etiamnum adoleſcens, in Hiſpania ſingulari prælio obtinuerat, ſed & paulò poſt res ab eo tribuno militum ad Carthaginem geſtas admiratus fuerat.* De eo enim Cato, ſeverus ille morum cenſor perſpecta indole exclamavit:

Tanquam umbra volitant alii: Solus ſapit iſte! Imò non iſte ſolus, ſed plures adhuc alii, quorum memoriam & ſtudia adoleſcentiæ, ſi leviter attigero, Veſtræ expectationi, niſi fallor, ſatisfecero: Cùm enim alia adhuc commemoranda, prolixa attributionum narratione, detinendi mihi non videmini. Quis fuit IPHICRATES? Anno ætatis vigeſimo, & ita in flore adoleſcentiæ, magnus orator magnus Imperator, quod de eo teſtatur Juſtinus. * Neque plures vixerat ALEXANDER M. cum regnum à patre ſibi relictum ordiretur; & paulò poſt multis profligatis hoſtibus, ad latiſſimos mundi terminos ejus pomeria extenderet; de qua ipſius felicitate, Plutarchus, Arrianus, Curtius, & alii. Quàm glorioſa fuerit HIERONIS, poſtea Siciliæ Regis, adoleſcentia, ex eodem Juſtino

*lib. VI.

Digitized by Google

ſtino & Polybio videre eſt, P. SCIPIONEM ÆMILIANUM cum ædilitatem peteret, Conſulem ante annos ultrò factum, Carthaginemq; intra ſex menſes deleviſſe, author eſt Aurelius Victor: Annon C. I. CÆSAR ipſo decimo nono ætatis anno Conſul creatus eſt? Adeò ut nullum amplius dubium nobis relictum videatur, quin hujusmodi generoſis ingeniis etiam in prima ætate aditus ad Reip. dignitatem pateat; in cujus adminiſtratione indies magis magisque ſe movere & inclareſcere poſſit virtus, ejusque dignitas.

Grata omnibus novitate, cum primis verò vulgò: Hujus enim ingenium ita comparatum, ut potiùs Solem orientem, quàm occi-
„ dentem venerentur. Quemadmodum apud
„ veteres, quum novus aliquis certator ſive
„ curſu ſive lucta, ſive equeſtri ſive curuli cer-
„ tamine, ſive quocunque alio genere in lu-
„ dis publicis primum de palma contendebat;
„ magis in ſeſe convertebat ſpectatorum ocu-
„ los atq; animos, quàm vetus aliquis certa-
„ tor: Ita adoleſcens ſubitò prodiens & ardua
„ quæque ſuſcipiens novitate ſua ſeſe com-
„ mendat: Et majore cum plauſu admiratio-
„ neque excipitur, ut contrà uſitata omnia vi-
„ leſcunt.

Quando verò plurimum intereſt Reip. ut populo gratioſi ſint ejus moderatores, ipſa

utili-

utilitas publica hoc ſuadere videtur, ut pro tetricis & capularibus ſenibus, robuſti ac florentes juvenes præſint Reip., qui animi magnitudine, ope, & conſilio eam juvare, civiumq́; favorem & benevolentiam publicis beneficiis fœnerari & demereri poterunt. Nimirum primitus hoc agebant Romani in ipſa adoleſcentia imperii ſui, quod *tempus viris armisq́; fuit incitatiſſimum*, ut ſcripſit Florus in Prologo: Cùm enim animadverterent, quorundam animos ad virtutem divino quodam oeſtro excitari, hujusmodis generoſis animis aditum ad maxima quæq́; interclusum noluerunt. Quin potius, quos inclareſcere volebant, iisq́; committebant negotium & accuſationem adverſus potentiſſimos cives viroſq́;. Legimus apud Plutarchum in vita LYCURGI: Juvenem accuſaſſe patris ſui accuſatorem Servilium augurem, eamque rem populo Romano magnificam, & ſummi decoris viſum fuiſſe. Et delectatos, ait, Romanos eſſe, *improbos cives adoleſcentibus ſubjicere, ut generoſis canibus feras conſectantibus*. In ipſa verò vitæ conſuetudine non aurum & gemmas, ſed auro gemmisque contra pretioſiora dicta & monita auribus eorundem ingerebant, quale eſt illud apud Euripidem: Νεανίαν γὰρ ἄνδρα χρὴ τολμᾶν ἀεί, Οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥᾴθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ.
Vi-

Virum juvenem ſemper audere oportet : Nam nullus ignavus in virum celebrem evadit. Et quæ fuit paræneſis Minervæ ad TELEMACHUM: Οὐδ' ἔτι σε χρὴ Νηπιάας ὀχέειν, ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσί. *Non te decet hac ætate ſtulteſcere, ſed hortor :* Ἄλκιμος ἐσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. *Sis fortis ut poſterorum quispiam te laudet.*

Et hactenus quidem ſatis pro honeſta juvenum æmulatione, qua honorē aliquem in Rep. publ. ambiunt, pugnaſſe, ſed aliorum machinis videmur. Reſtat, ut eos quoq; audiamus, ſed per Veſtram benevolentiam, *Auditores humaniſſimi*, qui maturæ i. e. virili ætati Remp. committendam acriter contendunt. Quia autem eum ferè in modum facere ſolent, ut florenti ætati nonnihil detractum videatur, amplius mihi orandi, *Auditores Optimi*, ne illam quorundam auſteritatem ad animum revoceris; ſed rationum momenta, æquis auribus ac mentibus expendatis.

Equidem ſapientum omnium confeſſione hoc liquere ajunt, Reip. adminiſtratione, quam juvenes pariter ac ſenes ambiunt, nihil eſſe difficilius, nihil periculoſius, adeò, ut Demoſthenes jam ſeneſcens, experientia cautior redditus, dicere non dubitaverit: *Duabus viis propoſitis, altera ad tribunal, altera ad inferos,* pruden-

Digitized by Google

prudentem virum præoptaturum eſſe eam, quæ ad inferos ducat. Longè enim facilius fuerit ut prudenter ſcripſit Xenophon, * *armenta adducere, ut paſtoribus pareant, quàm ut homines pareant magiſtratui.* Armenta enim pergunt, quacunq; dirigantur à paſtoribus, & in iis regionibus paſcuntur, quo acta ab iis fuerint, & ab iis abſtinent, à quibus arceantur: Et quos fructus produxerint, paſtorum voluntati committunt, ut fruantur: Neq; ullum armentum unquam fuiſſe accepimus, quod adverſus paſtorem inſurgeret, aut ei obtemperare recuſaret, aut tandem fructuum uſum prohiberet. Sint licet atrocia adverſus alias beluas; quos tamen præſides habent, & fructibus ſuis fovent, & à quibus aluntur, eos nunquam oppugnant. Homines verò in neminem magis, quàm in illos inſurgunt, quos magiſtratus ſibi datos cognoſcunt.

Quæ perverſitas cum ex falſa præſumtione, ſed tamen pertinaciſſima proficiſcatur, robore non corporis (quis enim reſiſtere poſſet furioſæ beluæ) ſed animi opus eſt, Quod verò animi robur? Quæ victrix virtus? Sapiētia, prudētia & conſtātia ſenilis, de qua Cicero in Catone Majore: *Temeritas florentis ætatis eſt; prudentia, quæ cætera complectitur, ſenectutis.* In qua oppoſitione vel invitus cogor cùm ex Ariſtote-

* *in prim. παιδείας Cyri.*

ſtotele, tum ex aliis autoribus aliquid afferre de diverſis juvenum & ſenum moribus. Et quando ad ſummam omnia revoco, ſatis liquet, *juvenes futuri multum habere, præteriti verò parum: Contrà ſenes magis vivunt memoria præteritorum, quàm ſpe futurorum. Illos itaque decipere facile eſt, hos verò difficile: Illos mutari facilè veriſimile eſt, hos verò difficile: Illos perturbationes mẽtis ſequi, hos verò rationẽ rectam.* Audite Plutarchum multiſcium de THEMISTOCLE: *Primis juventutis moribus varius ille fuit & verſatilis, ſolumq́; ſuum ſequebatur ingenium, nullum excultum literis vel diſciplinis: Unde magnas illud utramq́; in partem faciebat inſtitutorum vitæ viciſſitudines, & crebrò ad deteriorem partem declinabat.* Ita ALEXANDER MACEDO, optimis licet præceptis inſtitutus, propter juvenilem animi impetum non conſtans permanſit in virtute, ſed *turpiter ſpei decoxit*; ut ita loquar cum Seneca Romanorum ſapientiſſimo.

Prævideràt hoc non ingeniorum ſolùm, ſed rerum omnium cenſor acutisſimus, Ariſtoteles, ideoq; dicto loco hæc notanter addit: *Juvenes in horas mutabiles, & faſtidioſi in cupiditatibus; & valdè quidem concupiſcunt, celeriter verò ſedantur: Acutæ enim voluntates eis ſunt, ſed non perdurantes, quales ſunt ægrotantium fames & ſitis.* En egregiam & χα-

φικὸς

φιχὴν juvenilium animorum picturam! Cui gemina eſt illa ſive Theophanis * ſive Theophraſti: *Aetas juvenilis incerta ſine ſcopo, multis mutationibus obnoxia, & aliàs aliorſum agitur.* Eſtq; in vulgus nota Homeri ſententia: Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται. *Semper juniorum virorum mentes inſtabiles ſunt.* Huic ita ſuccinens Romanæ fidicen lyræ:

Juvenilis ardor impetu primo furit:
Langueſcit idem facilè, nec durat diu.

Sed tolerari illa poſſet juvenum temeritas & inconſtantia, ſi non conjuncta eſſet cum defectu conſilii & prudentiæ, ad quem defectum reſpiciens idem Horatius: adoleſcens, dixit, utilium tardus proviſor. Et quod invitus addo ex Homero: Αἰεὶ γὰρ νεώτεροι ἀφραδέουσιν. *Semper juniores deſipiunt:* Quis ergò miraretur Solonem inter alias ſanctiones hanc legem præſcripſiſſe Athenienſibus, *ne quis admodum juvenis ad magiſtratum aut conſultationes admitteretur, quamvis prudentiſſimus videretur.* Cauſam quæris, Stobæus ſubjungit: τὴν ἀμελετησίαν τῶν ξυμφερόντων. Quæ ipſa cauſa fuit, ut Socrates negaret, *ante trigeſimum annum licere eſſe Senatoribus.* Licet enim Geometrici & Mathematici, atque in ejusmodi rebus ſapientes evadunt, inquit

* *Stob, Serm, 50.*

inquit Ariſtoteles, prudentes tamen evadere non videntur: Cauſa autem ea eſt, quod prudentia particularium, quæ experientia nobis ſuggerit: Juvenis autem experientiam non habet, quam adfert temporis diuturnitas. Hinc
„ Romana conſuetudo illa, cujus ſuprà men-
„ tionem feceram, ita reſtringenda ex Diony-
„ ſio Halicarnaſſenſi: Juniores quidem admiſ-
„ ſos in curiam, non tamen ut dicerent aliquid
„ (id enim adhuc pudori apud Romanos erat:
„ nec ullus juvenis ſene ſapientiorem ſe
„ ducebat) ſed ut diſcerent Conſularium ſen-
„ tentias.

Ubi nota modeſtiam priſtinam, à qua longè receſſerant Romani tempore Taciti, quemadmodum exemplum RUSTICI ARULENI * docere nos poteſt: *Aderat ille conſilio flagrans juvenis, & cupidine laudis offerebat ſe interceſſurum Senatus conſulto. Nam plebis Tribunus erat. Cohibuit ſpiritus ejus Thraſea: ne vana & reo non profutura, interceſſori exitioſa inciperet. Sibi actam ætatem, & tot per annos continuum vitæ ordinem, non deſerendum: Illi initium magiſtratuum, & integra quæ ſuperſint. Multum ante ſecum expenderet, quod tali tempore capeſſendæ reipubl. iter ingrederetur. Cæterum ipſe an venire in Senatum deceret,] meditationi ſuæ reliquit.* Enimverò pridem

* *lib. XVI. Ann. cap. 26. §. 6. 7. 8.*

dem populus Romanus ita corruptus ambitione, largitionibus, nundinatione, magiſtratus, ut ſenes pariter ac juvenes, digni an indigni, ambirent. Et ferè idem obtinuit, quod olim facetè ajebat Socrates: *Si quis in theatro coriarios ſurgere juberet, ii ſoli ſurgebant: Similiter ſi fabros ærarios, textores aut alios generatim opifices: At verò ſi prudentes aut juſtos, fore ut omnes exſurgerent, qui prudentes ſe ac juſtos profiterentur.* Et cum periculo ſuo legem de ambitu ſuaſerat Cato Minor, quod in ipſius vita ſcripſit Plutarchus: Cujus quidem rogationis ſuo tempore viderat Cicero; quando pro Cœlio perorans ſapienter præcipit: *Magno ingenio adoleſcentes refrænandi potius, à gloria ſcilicet dominandi, amputanda ſunt plura illi ætati, (ſiquidem effloreſcit ingenii laudibus) quàm inſerenda.* Adeò monitum Tiberii * vel potius præceptum, ad Senatum Romanum minimè contemnendum videtur, cumprimis in ambitioſa iſta plurimorum κακοζηλίᾳ, quod tale eſt: *Ne quis mobiles adoleſcentiæ animos præmaturis honoribus ad ſuperbiam extolleret.* Notaveratq; Valerius M. * * quoties resp. Romana *nobilium juvenum ingenia ab inſolentia revocaverat*, toties *magnos & utiles cives factos*, eſſe. Contra ab admiſſis aliis pro ingenita & ferè propria

* *Tac. lib. IV. Ann. cap. 17. §. 1.*
* * *lib. VII. cap. 5. §. 2.*

pria hujus ætatis levitate multa turbata, & tantum non everſa leguntur. Veriſſimè enim exactæ ſapientiæ ſcriptor Xenophon, & ex tripode, ut ita dicam, hoc protulit: *ut novelli citharadi multas citharas perdunt; ita cupidi juvenempubl. ut plurimum evertunt.* Et Cicero dicit: *Cum ad gubernacula reipubl. temerarii, atq; audaces juvenes accedunt, maxima & miſerrima fieri ſolent naufragia.*

Laudandi itaq; laudatarum Rerumpubl. Præſides, & Nomothetæ ſapientiores, qui non juvenes imberbes & imperitos, ſed *ſenes* annis & ſapientia venerandos reipubl. præeſſe voluerunt; quales quidem apud Perſas, eodem Xenophonte teſte, ex ordine *ſeniorum* delecti, qui viros ſine reprehenſione, virtute non minus, quàm ætate perfectos ſeſe geſſerant. Et de Lycurgo legimus apud Plutarchum, ipſum quoq; lege conſtituiſſe, ut *octo & viginti ſeniores* principes Laconum ſemper aſſiſterent. Illudque conſilium convenienti ætati nomine γερυσίαν vocaverat. Conſimili modo Romulus primus Imperii Romani conditor, ut eſt apud Livium, & plures alios in conſilium reipubl. ſeniores populi elegit, qui ipſi quidem * ex auctoritate *Patres*, & ob ætatem *Senatores* appellati; ex qua origine poſtea aliis *Senatus* nomen manſit. Sed quid infidelium exempla opero-

* *Flor. lib. I. cap. 1. §. 15.*

operoſè colligo, cùm adeò illuſtre nobis ſuggerant ſacræ literæ, ubi à Deo juſſus dux populi Iſraëlitici, Moiſes, *ſeptuaginta ſeniores* in conſilium publicum aſſumtos conſtituit, ut ita ſapienter regi poſſet populus. *In antiquis* enim *eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia*; magnus ille & generoſus veritatis pugil Jobus, (*a*) cujus animus tot vicibus & plagis ad ipſa oſſa penetrantibus exceptis, permanſit invictus, laudatore Suida. Experientia enim, & rerum multarum uſus, ſenes erudit; atq; efficit, ut, quid expediat, acutius, quàm alii proſpiciant; ut optimè ſcripſit Oratorum Græcorum prudentiſſimus Iſocrates ad liberos Jaſonis.

Verùm mihi multa hic objici poſſe, intelligo, & quidem Poëtarum illud: (*b*) *non ætate, verùm ingenio adipiſci ſapientiam.* * *Canos indices eſſe ætatis, non prudentiæ.* Et fortaſſis approbatione quorundam non caret illud Claudiani: - *Nullas recipit prudentia metas.* Haud dubiè verè Pindarus * * in Olymp. ad prudentiam quorundam juvenum reſpiciens ita cecinit: *Naſcuntur & juvenibus inter viros cani crebrò, etiam præter ætatis congruum tempus.* Quod Demophili exemplo probat idem in Pythiis: Κεῖνος δ' ἐν παισὶν νέος, ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς. *Ille inter pueros juvenis, in conſiliis ſenex extitit.* Ut taceam P. Sci-

Xx pionem

* *Menander.* * * *Od. 4. v. 40.*
(*a*) *Iob. 12, 12.* (*b*) *Plautus Trinum.*

pionem Majorem, cujus anteà mentionem feceram, annon apud Plutarchum hæc leguntur de GN. POMPEIO? *In vigore floreq; juventutis ſenilis quadam elucebat & regia morum dignitas.* Et illam quidem dignitatem ſapientia & prudentia conſtitui, extra controverſiam eſſe videtur, qua utiq; eam rerum geſtarum gloriam conſecutus eſt, ut in vigeſimo ſexto ætatis anno triumpharet. Et L. Proculo L. F. ſedecim annos nato monumentum in inſcript. Veter. erectum legimus apud Gruterum:

Non expectatos penſavit laudibus annos,
Vita flore puer, ſed gravitate ſenex.

Etſi verò mihi tot virorum ſapientum teſtimoniis, tot experientiæ magiſtræ exemplis adverſari grave accidit: Tamen aliorum iterum mihi ſapientum in ſubſidium vocanda auctoritas, qui raram quidem illam & minus ſtabilem hujusmodi juvenum ſive prudentiam ſive ſapientiam pronunciant. Quod enim in pomis aliisq; fructibus fieri animadvertimus, præcocia eorum minus durare; & quæ ibi ſubitò habent incrementum, ea quoq; prona natura ad decrementum. Idem ferè in præmaturis ingeniis obſervatum legimus, vel rarò ea perveniſſe ad frugem, vel in ipſa juventute ſpem bonorum eluſiſſe. Exempla habemus apud Senecam & Quintilianum, quæ ſtudio brevitatis prætergo, Catonis Cenſorii ſententiam ſolum ſubjicio, tan-

tanquam oraculo aliquo proditam, ut eſt apud * Plinium: *Senilem juventam præmaturæ mortis ſignum eſſe, vel argumentum.* Exemplum ſuggerit Suidas in HERMOGENE THARSENSI: Erat iſte Sophiſta temporibus Marci Imperatoris ingenioſiſſimus, cujus adoleſcentiam prudentia longè major ſuperabat, quàm ferret ætas illa, quæ tantis doctrinæ donis inferior eſſe ſolet: Cùm autem vigeſimum quartum ætatis annum attigiſſet, de ſano mentis ſtatu deturbatus eſt, & degeneravit à ſeipſo, quamvis nulla cauſa fuiſſet, vel corporis morbus. Quamobrem etiam quidam de ipſo per riſum dixerunt: *Hermogenes inter pueros eſt ſenex, & inter ſenes puer.* Quæ naturæ præcipitantia pleriſq; parentibus, viris optimis nimis quàm luctuoſa, veteri Poëtæ verſum expreſſiſſe videtur:

Odi puerulos præcoci ſapientia.

Ego verò non odi, neq; fatum præcox figo, quoties honeſta æmulatione emergere aut inclareſcere ſtudent. Poſſunt hoc utique facere primum parendo potiùs, quàm imperando; præclaris ſeſe viris aſſociando, & quidem ſenioribus, iiſq, reverentiam habendo. *Facillimè, & in optimam partem, cognoſcuntur adoleſcentes,* præclare ſcripſit Cicero in Officiis, *qui ſe ad claros & ſapientes viros benè conſulentes Reip. contulerunt, quibus cum ſi frequentes ſunt, opinionem afferunt populo, eorum fore ſe ſimiles,*

* *lib. VII. cap. 51.*

quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandum. Et hic quidem primus ſapientibus Romanis & aliis populis ad publicam dignitatem gradus fuit, quemadmodũ colligitur ex Plutarchi præceptis Politicis: *Solonē, inquit ille, ſecuti Ariſtides, Phocion, Pammenes Thebanus, Lucullus, Cato, Ageſilaus. Illorum enim unusquisq; inſtar hederæ, quæ validam amplexa arborem ſimul attollitur, ſeni alicui juvenis, & illuſtri obſcurus ſe applicuit; ejusq; potentiæ paulatim ſeſe ſubjiciens, atq; augeſcens, radices in Remp. egit.*

Et hic quidem primus dignitatis gradus tantiſper ſufficere poterit adoleſcentibus in conſuetudine clarorum virorum, inq; pulcra copula ſeniorum; donec ipſi ad majora nati obtinere ea ſuo meritò & mente poſſint. *Præſtat* enim *brachium,* ut olim Lycurgus imperabat, *vel manus intra togam cohibere, & cupiditatem regnandi coërcere; quàm præcipitatis conſiliis caſum ſibi ſtruere.* Quod enim de nautis olim pronunciavit Ariſtophanes: *Remigem prius eſſe oportet, ac poſteà demum proretam agere, atq; obſervare Aquilones; atq; inde gubernare ipſum ſeipſo.* Idem nobis hodieque, imò olim, adoleſcentiæ ſuæ dictum voluerunt Romani, in militia, aliisq; ordinibus vel honoribus publicis; quando non ſtatim ad integræ dignitatis poſſeſſionem admittendos, ſed per gradus, tanquam per ſcalas ordine ducendos commonebant.

Et

Et hæc quidem de propoſitia materia. Ego DEUM Ter. Opt. Max. veneror, ut & meam, & omnium bonorum adoleſcentum mentes ita regat ac moderetur, *ut præcipuè DEUM timeant, poſtea parentibus honorem ac ſenioribus reverentiam deferant, caſtitatem tueantur, verecundiam ac modeſtiam diligant*; quæ ſumma iſtius ætatis ornamenta eſſe ſcripſit Ambroſius in officiis. Ea enim vitæ ratione & conſuetudine favorem & benevolentiam non modò hominum, ſed & ipſius DEI ſibi comparabunt; inq; ætate, virtute, & ſapientia incrementum facient, per ejus largitionem benignam; à quo omnium rerum proſperitas & incrementum, cui benigniſſimo Domino & moderatori triuni ſit laus & gloria in omnem ſeculorum æternitatem.

PROGRAMMA.

NOn nimis vocales, vel Pythagorici potiùs hactenus viſi ſumus, qui cathedram Oratoriam per plures ſeptimanas non aſcendimus. Metuo ipſe, ne qui nunc conſcenſurus eſt, non figuratè, ſed propriè, in pulverem perductus dici poſſit. Hoc verò quacunque ex cauſa, certè præter voluntatem meam, factum eſt. Longè nunc acceptiſſima promtitudo exi-

mii Juvenis, DN. CHRISTOPHORI ARNOLDI, admodum Reverendo Clariſſimoq; Patre digniſſimi filii, mihi quidem ob ingenii dexteritatem, doctrinam ſingularem, & ſedulitatem indefeſſam amandi & æſtimandi. Quod in ſe recepit, ſtatim repræſentandum cenſuit. Neq; verò nobis metuenda Philoſophi Madaurenſis cenſura, *nullam rem feſtinatam ſimul & examinatam eſſe poſſe, diligentiæ laudem gratiamq; omnem tolli à celeritate.* Qui enim temporis accuratam rationem habet, neque per ſocordiam vires & ingenium defluere patitur, in numerato habet, quibus parandis alii plures menſes deſiderant. Sed hic meliorum judicium eſſe volumus; ac proinde *Magnificum Dn.* *RECTOREM, admodum Reverendos, Conſultiſſimos, Experientiſſimos, Clariſſimos Dnn. PROFESSORES, Nobiliſſimos, Præſtantiſſimos & Doctiſſimos Dnn. STUDIOSOS*, ea qua par eſt obſervantia & honore rogamus, ut, ſi per graviores occupationes poſſunt, cras XII. pomeridiana ARNOLDO noſtro, de CONSTANTINI M. virtutibus verba facturo, adeſſe velint. Cujus benevolentiæ memores, quicquid à tenuitate noſtra proficiſci poteſt omnibus ac ſingulis gratum & acceptum, operam dabimus, ut ſincerè præſtitum appareat.

Chriſt. Adamus Rupertus,
Hiſt. P. P.

DE

DE CONSTANTINO MAGNO, CHRISTIANO IMPERATORE PRIMO, CONTRA OBTRECTATORES EIUSDEM

ORATIO.

SI fas eſt, *Magnifice Dn. Rector, admodum Reverendi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, Clariſſimi atq; Excellentiſſimi Dnn. Profeſſores; Vosq; Nobilitate, Virtute, ac Eruditione Præſtantiſſimi Dnn. Studioſi:* Si, inquam, fas eſt dicere, nefas impium (calumniam puto) eo me impulit, ut jam ego Vobis præſentibus (ignoſcite juveni!) coràm ſtare ſuſtinuerim. Tanta enim profectò hominum eſt malitia, ut (a) nulla quamvis modeſta felicitas dentes ejus evitare poſſit: tot ſunt rixoſi vitilitigatores, tot inhumani Typhonis filii, ut quis innumeram ſobolem

(a) *Val. Max. lib. IV. cap. 7. ex. 2. ext.*

Saad (b) in monte *Ghazuan* habitantem, pauculam eſſe, ſeriò & tantùm non juramento affirmaverit. Inſulas (c) Philippinas plus quàm felices putemus, ubi Crocodilus Crocodilo cibus eſt; ne nimirũm innumerabili hujuſcemodi belluarum multitudine illæ inhabitabiles forent: at, ô infelicem orbem noſtrum! in quo calumnia ſeipſam faſtidit, ac reſpuit; nec abjectis convitiorum putaminibus, ſed opiparis virtutum dapibus macilentam cuticulam ſuam curare diſcupit. Quæro ex te, Malitia, in qua claſſe hominum te inveniam? Si in S. Pachomii tabula, (d) de qua Sozomenus (e) refert, notata ſis, facilè ex forma literæ, ratio quoq; vitæ tuæ ad omnium oculos patebit: nempè ξι tortuoſum, ξάνθιον, id eſt, lappam videre licet; ſive quod primo intuitu omiſſum eſt, famoſum Κάππα, quod ſcilicet (f) Kalumnia ſive Κακίας literatum claſſis ſuæ civem te fecerit. Hìc iſta habitat malignitas, quæ clara majorum facinora apud poſteros traducere, quæ genuinam virtutem maledictis ſuis laceſſere non veretur, non timet.

De vecordia (vultis aliquid mitius?) de ſocordia legentium quid dicam? Sæpè ſcæva, quod

(b) *Arabia pag. 218.* (c) *Ath. Kircher. lib. III. de Arte Magn. part. 3. cap. 1. pag. 560.*
(d) *Sozom. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 23.* (e) *Ath. Kirch. Suppl. Lex. Copt. cap. 1.* (f) *Gothofredus ad L. 13. ff. de teſtibus lib. XVII. C. de pœnis.*

quod ajunt, manu, quæ dextra accipi debebant, ſiniſtra arripiunt; aut quæ malevoli ipſis tradidére, pro veris amplectuntur; atq; adeò, ut Sapiens Romanus (g) ait, *pecorum ritu ſequuntur antecedentium gregem, pergentes, non qua eundum eſt, ſed qua itur: unusquisq; mavult credere, quàm judicare; nunquam de veritate judicatur, ſemper creditur; verſatq; iſtos, & præcipitat traditus per manus error, alienisq; pereunt exemplis.* Eorum veritas nobis (h) *veriſſima fabella* eſt; quia ſanè *ea demum veriſſimè fabula eſt, quæ nihil habet veritatis:* ita enim ipſi *hiſtoriam maximè falſam putant, ut ea ſit demum falſa quàm maximè hiſtoria, quæ falſi habeat nihil.* Videant iſti, ne naſutulus Chirurgus, vel ut meliùs dicam, Rhinurgus aliquis novi productionem naſi ipſis perinde ac Italo (i) Nobili promittat; quem etſi ex mancipii cujusdam Brachio efformet, ne tamen poſteà pectoris morbum familiarem ſentiat, eoq; mortuo, naſus quoq; putrefactus in tabem abeat, valdè erit timendum. Sic nempè ſcoriam pro auro puriſſimo habent; habebunt: ut miſeri iſti fumivenduli, ſordidi Alembicatores; dum è cocis & cauponibus per chymicam repentè Philoſophi evadunt.

(g) *Seneca de Vit. Beat. cap. 1.*
(h) *P. Bembus in Dialog. de Ætn. p m. 39.*
(i) *Ath. Kirch. lib. II. de Arte Magn. part. 4. c. 3 pag. 333.*

Quid multis? Calumnia, inquam, & Socordia (quàm favorabiles ſeculi amaſias!) in tradendis rebus CONSTANTINI MAGNI campactorem geſſére, quaſi in velabro olearii: non ſolùm enim Virtus ejus multos obtrectatores reperit, ſed& obtrectatores aſſeclas ſuos habuerunt. MAGNI & MAXIMI nomen dederunt alii, quidam convitia ſua velut cottabos in ultimum mancipium crepitare paſſi ſunt, quod vel à Zoſimo & aliis memoriæ datum eſt. Quem Zoſimum cùm defendere conati ſint Palladii viri, nos CONSTANTINI *famam*, melioribus autoritatibus freti, *propugnandam ſuſcepimus*. Adeſte, quæſo, favore Veſtro, Auditores Splendidiſſimi, ſicut & adeſtis corpore, atq; mollibus Benevolentiæ Zephyris Oratiunculæ afflate: ego conſtantes Favonios, CONSTANTINI laudes relaturus, mihi polliceri ferè auſerim; parùm curans, licet ex inflata Malitia, perinde ac è rupe in (k) Liparis inſulis frigidiſſimus ventus continuò erumpat. Facietis, ſcio, quod & aliis ſæpè feciſtis; cujus fiduciam Comicæ lenitatis (l) pater his verſibus mihi facit:

Hic ſecũdus ventus nunc eſt, cape modo verſoriã,
Hic Favonius ſerenus eſt, hic Auſter imbricus.

Exul-

(k) *Ath. Kirch. Ibid. lib. III. pag. 2. cap. 3. Conſect. 1. pag. 544.* αὐτοψεὶ.

(l) *Plaut. in Mercat.*

Exultat animus MAGNI Principis noſtri memoriam percurrens, nec ſine cauſa: is enim ſummo loco natus, apprimè Nobilis, homo veteris proſapiæ ac multarum imaginum fuit. Parentes illius deſideratis? indicabo: CONSTANTIUS CHLORUS is eſt, qui proximè Majeſtatis ſuæ radiis ipſum affulſit; is eſt, qui propter ἀνδραγαθίαν, ut loquitur (m) Philoſtorgius, ſummæ rei admotus, non Poſthumiano, non Manliano, ſed miti, ſed clementi imperio populos habuit: atq; ut verba in compendium contraham, dicam, quod res eſt: Conſtantius & (n) imperium placidum præſtitit, ac tranquillum ſuis, & non aliter, atq; pater indulgens illis ſedulò proſpexit, atq; adeò opitulatus eſt.

Habeo etiam dicere de matre CONSTANTINI noſtri, quam HELENAM (o) Conſtantii conjugem fuiſſe ſcimus, concubinam haud ſcimus: (p) illa enim caſta & pudica & intemerata in matrimonio cum CONSTANTINI patre fuit, nec unquam impudicum Paridem agnovit. Cæterùm tantum abeſt, ut diverſas de Helena ſententias prætereamus, ut potius non abſimiles dicamus virgultis, in Mexicana provincia creſcentibus, quorum, ut Ath. Kircherus,

(m) *Philoſtorg. lib. I. Hiſt. Eccleſ. cap. 5.*
(n) *Baron. in A. C. CCCIV. n. 12.*
(o) *Idem ibid. n. 14.*
(p) *Scalig. ad Euſeb. p. 2323.*

rus, (q) ex ore P. Didaci Salazar refert, teneriores virgæ certa aliqua ratione ſectæ, occulto quodam odio ita ſe averſantur, ut ſimul ne preſſa quidem manu contineri queant; ſitque ibi paſſim jocus puerorum: ita Autores varios (r) quaſi & in Helenæ familia ludere videmus, dum nonnemo *viliſſimam* eam facit, aliquis *ex Treviris* oriundam dicit, mox quidam *Coëli* Britanniæ Regis *filiam* eſſe contendit; alius, neſcio quam ſed contineo me: Scilicet, tam libet ipſis fallere! Quicquid autem ſit, HELENA, fidem illuſtriſſimi Baronii (s) teſtor! legitima CONSTANTII CHLORI conjux fuit.

Non patietur me cognitis parentibus diutius inſiſtere natale CONSTANTINI M. ſolum; de quo non minor lis fuit, quàm olim de Homeri patria: mirari jam ſubit, quod doctiſſimus ille Annalium Scriptor (t) tanta animi vehementia affirmare auſus ſit, *Britanniam* eſſe; & dicere, non niſi lapide ſilice ſtultiores ſententiæ iſti repugnare. Quale illud, quod Livineus (u) & Lipſius (x) uno ore pronunciant, Principem noſtrum natum eſſe *Tarſi*, qui in Bithi-

(q) *Ath. Kirch. lib. III. de A. M. part. 5. c. 4. p. 647.*
(r) *Anonym. Valeſ. Cothofr. Viterb. Lipſ. N. ad lib. IV. de Magn Rom. c. 11.*
(s) *Baron. A. C. CCC VI. n. 16.*
(t) *A. C. CCC VI. n. 16.*
(u) *Livin. in Paneg. V.*
(x) *Lipſ. lib. IV. de Magn. Rom. cap. 11.*

thyrnia eſt? Mulros eſſe videtis, thyrſum ferunt, ſed paucos Bacchos: ignoſcant igitur nobis ſummi viri, quod in horum ſententiam nos pertrahi difficulter patimur; neq; enim adeò lymphamur in laudes eorum, ut pro auro, quod dicunt, vero comicum cudamus, parùm interim æſtimantes

- - - (y) *Quid diſtent æra lupinis.*

Perpetuæ, inquam, veritati potiùs, quàm variæ aliorum auctoritati conſulendum eſſe meminimus. Quid illuſtris Salmaſius? quæ hæc ſententia? *Quo majore*, inquit, *nominis fama ſuffarcinati ſunt, qui curas ſuas publicant; eò majore cum pernicie Reipublicæ literariæ peccant; ſi quando ipſis, ut peccent, uſu venerit.* Sed quorſum exerro? non huc potiſſimum ibam, ut aliorum inadvertentiam (abſit, abſit ab ætate mea!) notam Vobis eſſe cuperem; ſed ut ſententiam Viri incomparabilis Valeſii vincerem, qua nihil eſt verius. Fuit enim natus ille Noſter apud *Naiſum*, Daciæ mediterraneæ oppidum: Hoc dicit illius (z) Anonymus; Stephanus, (a) hoc Conſtantinus Porphyrogenneta, (b) hoc ipſe Firmicus in MSS. nam in iſtis legitur apud

(y) *Horat. lib. I. ep. 7.*
(z) *Valeſ. ad Amm. Marcell. lib. XXI. p. 196.*
(a) *in* Ναϊσσός
(b) *lib. 2.* περὶ Θεμ.

Naïſum genitus, non apud *Tarſum.* O fauſta, ô plus quàm beata, ô feliciſſima CONSTANTINI MAGNI patria! (te, te puto, Dacia) quæ tanti nominis, quin dicam Principis, vix capax, Tibi filium, nobis Patrem Maximum, imò verò Optimum genuiſti! Poteſt aliquod natale ſolum hoc dici verius? hoc eſſe præſtantius? non eſt, non poteſt; nec eſt, qui poſſit.

An verò abigi debet hoc loco *Claudius* à domeſticarum illius laudum contextu? Claudius, qui multò multoque auguſtiorem domeſticam CONSTANTINI gloriam fecit, qui genus magis luculentum atque illuſtre reddidit; qui CONSTANTINI, qui CONSTANTIS, qui CONSTANTII utriusque, qui deniq; univerſæ domus verè fuit χρυσέα κρηπὶς, juxta Pindarum; an is omitti debeat, quærimus? Etſi verò mihi (quippe qui vel meo vitio, vel etiam juventutis omnia timeo) hac in re judicium nullum ſit; qui tamen Claudium hoc loco præteream, non intelligo. Detrahite Conſtantino Claudium; nullæ autem tam claræ ipſius laudes erunt: ille enim Claudius Imperator fratrem Criſpum habuit, qui reliquit CLAUDIAM, Conſtantini M. aviam paternam. Nam Claudia in matrimonio fuit EUTROPII; cui CONSTANTIUM CHLORUM peperit, patrem Con-

ſtan-

ſtantini Magni. Is ipſe Claudius eſt, quem Valeſii Anonymus *Optimum Principem* vocat: Nullam mentionem faciam egregiæ Claudii virtutis, quam in imperio præſtitit; neque commemorabo, quæ cum Barbaris (*c*) ſupra Danubium habitantibus geſſit prælia; utque ad imperium ſanctè ac juſtè pervenerit, ne verbum dicam; nec denique, quod ſummam in ea amplitudine facilitatem, quod in veſtitu modeſtiam retinuerit, multis nunc recenſebo. Id tantùm dicam, *quod nil præſtantius* ſit, *quàm præſtantiſſimos ac optimos quosque ex optimis generari: Nam communibus præſtant incommunia,* (Tertulliani verba ſunt) *patria autem*, ſive Naiſſus ſive Tarſus, *cum multis commune eſt: at hos illosve majores habuiſſe, cum multis commune non eſt.* Nihil, inquam, incommunius, nihil præſtantius, quàm

(*d*) *Fortes creari fortibus & bonis.*

Queri mecum jam dudum aliquis videtur quòd cùm ſingula CONSTANTINI conſecter, de pulcritudine taceam: Fuit, *Auditores*, fuit ſanè forma illa quidem non inelegans;

(*c*) *Iulianus Orat. I. p. 11.*

(*d*) *Horat, lib. IV. Carm. Od. 4.*

Digitized by Google

gans; placet enim Conſtantinus (quem Calliſtus(*e*) non fruſtrà prædicat) formæ decore nemini ſecundus, ſtatura quoq; corporis ſpectandus. Nam neq; nimium procerus eſt habitus, & exiguam brevitatem longè ſupergreſſus eſt. Humeris latis ſenſim cervicem craſſiorem prætulit: colore corporis rubicundus, minus denſum habuit capillum, eumq; flaveſcentem. Barba mediocriter tenuis: oculi, quales virum decent, & placidi. Naſus ſubaduncus, ipſa deniq; facies latior & magnanima admodum fuit; in qua (*f*) *cœleſtes patris vultus Natura ſignaverat*. Intueatur nunc quis imaginē hanc graphicè & ad invidiam usq; Rhodii artificis depictam, nō fictam; & quærat ex nobis: cujus hoc ſit oris pulcerrimum decus? Conſtantiini. Hi nutus politi? Conſtantini. Hæc rubra labia? Conſtantini. Cujusnam oculi, ad mirificam quandam gratiam eminentes? Conſtantini: CONSTANTINI omnia hæc pulcra eſſe, aſſeveramus.

At, priusquàm ad reliqua transgrediar, neminem hominem eſſe facilè mihi perſuaſerim, qui MAGNUM Imperatorem noſtrum naſo ſuſpendat, ut nēpè mediocris ipſius ſtatura, velut equuleo longior fiat. Non ita: neque enim

(*e*) *Niceph. Calliſt. lib. VIII. cap. 55.*
(*f*) *Paneg. V. cap. 3.*

enim, quod Caſephias (*g*) diſcipulū ſuū edocuit, ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ κείμενον, ἀλλ' ἐν τὸ εὖ τὸ μέγα: *Non in magnitudine*, inquit, *ſita rei bonitas, ſed in bonitate magnitudo.* At verò rectè quis contrarium cum nobili (*h*) alipta Hippomacho ſentiret, ſi corona ex alto quodam loco auferenda eſſet: tunc enim maximus quisque non parùm idoneus foret. Ne autem deforme mihi fore exiſtimetis, quod ſi in forma adhuc longior ſim; dicam ego non tribus, quod ajunt, verbis, ſed uno; nempè quadratum (Celſi (*i*) verbo utar) corpus, id eſt, commodum is habuit; & ne verbo verba addam, imaginem Noſter non in tabella, ſed in pectore geſſit.

In quamcunque memorabilium partem convertar, velim nolim, in nomine CONSTANTINI conſtanter hæream, neceſſe eſt. Qui enim licet hoc loci præterire præſtantis animi, virtutisq; amantiſſimum adoleſcentem? Virtus nullis fatorum ſtimulis obnoxia, aut temporum cohibenda momentis, matúravit generoſæ mentis ſemina, in omne decus honeſtatis fœcunda; qualia florum videmus eſſe, calyculis paullulùm laxatis, ſine mora ſe provolventium, ut primùm veris oſcula libent.

Vix

(*g*) *Athenæus lib. XIV, Philoſophantium.*
(*h*) *G. I. Voſſius lib. I. Inſtit. Orat. cap. 5.*
(*i*) *Celſus lib. II.*

Digitized by Google

Vix CONSTANTINUS haſtam manu, galeam capite implere poterat; nihilominus tamen laudis ſtudio ſemel tractus, per acervos cadaverum ad coronas unum curriculum fecerat. Nonné enim ſub Diocletiano & Galerio (*k*) fortiter in Aſia militavit? Nonne Galerius plurimis hunc periculis objecit? Nam & in Sarmatas juvenis equeſtris militans, ferocem *barbarum capillis tentis* raptum ante pedes ſupplicem Galerii Imperatoris adduxerat. Deinde Galerio mittente *per paludem equo ingreſſus* ſuo viam cæteris fecit ad Sarmatas; ex quibus plurimis ſtratis, Galerio victoriam reportavit. Neque verò inſidias timuit, quas (*l*) Maximinus ille, qui inferiori Aſiæ imperio imperitabat, adoleſcenti tendens, ad *pugnam cum fero leone* ineundam compoſuit. Quid enim Noſter? Ille feram excepit, confecit, & leonis æquè ac Maximini inſidiis fortiter illuſit. In ſumma: Omnia in cœleſti juvene virum ſpirabant. Ideò (*m*) *ſe ab ipſo fine pueritiæ, illicò matrimonii legibus tradidit, ut primo ingreſſu adoleſcentiæ formans animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de conceſſis ætati voluptatibus in hoc ſacrum pectus admitteret.* Quid enim juvat palmam præfigere

(*k*) *Anonym. Valeſ. pag.* 471.
(*l*) *Praxag. in Bibl. Photii pag.* 30.
(*m*) *Paneg. V. cap.* 4.

ſigere Curiæ, & animo caſtra gerere frementia bellicoſis affectibus? Mens benefactorum ſibi conſcia, ipſa ſibi Roma eſt ampliſſima: Hujus Romæ Rex & mox Imperator, qui vultu juvenis, animo Neſtor & ſenex videri poterat, Princeps Neſtor fuit. Nec verò conjux Martis, bella deſtruens, ipſi placuit, ſed Gloria ex bello nata; quæ non aliqua vulgò puella mollis, ſed virilis Amazon eſt. Imò CONSTANTINUM, quem vel nominaſſe, ſit cauſam viciſſe; CONSTANTINUM, dico, Genius Imperii Romani vix militem vidit, & jam Imperatorem prævidit.

Poſt victoriam enim (n) *Pictonum* Conſtantinus Pater *Eboraci* mortuus eſt, & CONSTANTINUS ſtatim ab exercitu Britannico Imperator appellatus: Nec verò ipſi, velut aliis, ſceptrum ad cunas poſitum fuit, qui naſcuntur in purpura. Non purpura, non aurum: Animus, animus eſt, qui in quocunque Imperatore deſideratur: Hic, aut nulla ſalus. Inde jure ac meritò (o) *Britannias nobiles illic oriendo feciſſe* dicitur, quod illic Imperator non quidem natus,

ſed

(n) *Valeſii Anonymus legit* Pictorum.

(o) *Panegyr. V. cap. 4.*

Digitized by Google

ſed factus ſit. Laudanda eſt ejus pietas, qua Deum ſolum obſervandum colendumq; ſtatuit: quocirca hujus opera (*p*) precibus imploravit, hunc oravit, hunc obteſtatus eſt, ut tum quisnam eſſet, illi vellet ſignificare. Nec verò CONSTANTINUS funeratas animi vires, Panico terrore quopiam obſtupefactus, habuit, ſed lorica pietatis obſeptus, ſalutare (*q*) Crucis ſignum tanquam quoddam teniculamentum, adverſariorum multitudini oppoſuit. Satellites etiam fidi corporis cuſtodes, benevolentia erga Principem & fide armati, Regem ipſum piorum morum ſequebantur. Subditorum quoque animos ad nutum ſuum ſtatuto hoc compoſuit, ut cuncti Romano imperio parentes (*r*) diebus de Salvatoris nomine nuncupatis, ab omni opere feriarentur. Hic in eximio (*s*) paſſionis tropæo mire gloriatus eſt: quod licet impii maximis graviſſimisq; conviciis afficere ſtuderent; iſte tamen ſalutis propugnaculum eſſe illud ipſum agnovit. Quid eſt, quod totas noctes ſine ſomno traduxerit? quod, cum per otium liceret, orationes (*t*) ſcribens, frequentes cum ſuis iniverit congreſſus? Quod ſi eo dicente aliquando aliqua occaſio incidiſſet de Theologia loquendi; erecto corpore

(*p*) *Baron. A.C. CCCXII. n. 18.* (*q*) *A. C. CCCXIIX. n. 5.* (*r*) *A. C. CCCXXI. n. 12.* (*s*) *A. C. CCCXXIV. n. 131.* (*t*) *A. C. CCCXXXVII. n. 33.*

pore (non ut apud Alexandrinos Epiſcopus ſolet, qui dum Evangelium (*u*) recitatur, non aſſurgit, præter cæterarum Eccleſiarum conſuetudinem) conſiſtens, contractoq; vultu, & depreſſa voce, adhibita ſumma prudentia & moderatione præſentium animos cœleſti diſciplina initiare & devovere videbatur. Nunquam nimis dicitur, quàm pius, quàm religioſus, quàm minimè profanus ille fuerit, quia ſcilicet nunquam ſatis dicitur.

Sed nec fatigator ejusdem laudes identidem referendo, quoniam nec ille quidem in omni genere pietatis edendo fatigatus eſt: hinc eſt, quòd adeò propitium Deum habuerit, ut cùm adverſus Maxentium juſta arma ſumeret, Crucis (*x*) ſignum viſum ipſi fuerit, non obſcurum, ſed longius diſtentum, ſed ſplendore præfulgido figuram ejus exprimente, ſed ſtellis eam circumcurſantibus iridis inſtar, compoſitis ad literarum (addo ex (*y*) Nicephoro & (*z*) Cedreno) Romanarũ characterem, quibus exprimebatur IN HOC VINCE, ET IN HOC profectò vicit; ideo Victor quoq;, ut qui à Deo ſecundum rerum ſuarum ſucceſſum provenire ſciret, ſine mora ſtatuam (quam Plinius ambitionem humaniſſimam ne vocet!) ad formam

(*u*) *Ath. Kircher. Suppl. Copt. Lexici cap. 9.*
(*x*) *Philoſtorg. lib. I. cap. 6. & ibi Gothofred. p. 16. 17.*
(*y*) *Niceph. lib. VIII. cap. 3.*
(*z*) *Cedren. pag. 222.*

Digitized by Google

mam (a) Crucis ex ære fabrefactam, Romæ in loco maximè celebri firmis innixam fundamentis collocari præcepit, cum hujusmodi Latina inſcriptione: Seſe hoc ſalutifero ſigno urbem jugo tyranni ſolutam liberaſſe. Sed redis CONSTANTINE? Prodeſt Tibi pietas tua: Veniſti, Vidiſti, Deus vicit hoſtem: Tua modeſtia Julium Cæſarem. Quid dico crucem cœlitus ipſi oſtenſam eſſe? Non ſemel id factum eſt, ſed iterum, cùm Byzantium (b) oppugnaturus eſſet, hujsuscemodi viſio CONSTANTINO oblata fuit: Imò & tertio bello (c) Scythico idem ſignum ipſi viſum certius eo conſtat, quàm quod eſt certiſſimum. O fauſtos tunc, nec Cannenſes aut Allienſes dies! quos verè ſereniſſimos, neque de vulgari duntaxat aſtrorum; ſed de facie mitioris Jovis, ſed ex intimis Solis præcordiis crediderim deciſos.

Si qui cenſeant, de CONSTANTINO M. nihil ſcribi poſſe, quod de proavis ipſius non ſit dictum: feteantur viciſſim, nihil de illis ſcriptum eſſe, quod de ipſo non poſſit dici. Poteſt autem utrumque: Quis enim *primus Imperator Chriſtianus* fuit; nonne *Conſtantinus*? an verò Philippus? an alius?

Philip-

(a) *Niceph. lib. VII. cap. 30.*
(b) *Idem lib. VII. cap. 47.*
(c) *Idem. lib. VII. cap. 49.*

Philippus autem nunquam fuit, nec alius eſt, quàm CONSTANTINUS. Quam injuriam quæſo, ait Hercules Muſarum Scaliger, (d) ſacroſancto Chriſti cultui faciunt, qui primi hunc latronem Araba Domini ſui Imperatoris innocentiſſimi, & Reipublicæ maximè neceſſarii interfectorem, qui idolorum cultorem, qui eum, ex cujus vita nihil tale colligi poteſt, Chriſtianum auſi ſunt dicere: Quam, inquam, illi injuriam injungunt? addo quam infamiam? quod nefas? Quod ſi CONSTANTINO ipſe Genius Regni habenas denuò commendaret, cui fidelius crederentur? ô dignam hoc genio mentem! exclamaret Chriſtianus Orbis; Genium Regno, Regnum Conſtantino, Conſtantinum Imperio.

Proximum, etſi non ejusdem ſplendoris eſt, tamen adeò certum pietatis haberi poteſt experimentum, ut neminem unum latere id velim; quo in pauperes ſtudio, qua in omnes benevolentia Noſter uſus fuerit. Siquidem is dignam planè Chriſtiano Principe edidit (e) ſanctionem, qua parentum inopiæ (cum illi filios, quos alere non poſſent, occiderent) & ex fiſcali & ex privata pecunia voluit eſſe

(d) *Scalig. ad Euſebii n. 2260.*
(e) *Baron. A. C. CCCXV. n. 5. 7.*

eſſe conſultum. Quam, quæſo laudem ſibi meretur abunda illius beneficentia? quæ vilibus & pauperculis (Euſtathii verbo utar) σπερμολόγοις, in foro ſtipem & grana colligentibus, non pecunias, non res tantùm ad victum neceſſarias; ſed pannis, ſed decentem corporis veſtitum ſubminiſtrandum curare; quæ in res aſperas afflictasq; illapſis, cautiora uberioraq; vitæ ſubſidia impertire; quæ orbitate miſera afflictos afflictasq;, parentum curare loco; quæ viduas omni ope deſtitutas, recreare; quæ deniq; illa præſtare, quibus miſeri & abjecti maximè indigerent. Adeò gaudebat ille aliorum commodis (f) *inſervire, quod eſt una ſyllaba plus quàm ſervire.* Nimirum (g) *divitias effundendo magis nitere, quàm coacervando*, MAGNO Principi perjucundum fuit.

Sacratisſima Chriſtianorum delubra tantis (h) donariis Conſtantinus honeſtaverat, ut omnia ipſum vocare ad ſe templa viderentur. Hinc illæ gentilium Hiſtoricorum nugæ! Hinc illæ ſceleſtiſſimorum querelæ! Hinc iniqua iſta Zoſimi in eum exclamatio: *Non ſatis fuiſſe ad largitiones immoderatas totius Romani Imperii divitias, ſed opus fuiſſe nova eademque nodoſa provincialia exſolvere vectigalia.* Abi cum

(f) *Thom. Morus Vtop. lib. I. pag. 51.*
(g) *Boeth. lib. III. de Conſ.*
(h) *Baron. A. C. CCC XXIV. n. 72.*

cum tuis næniis, Zoſime, quo te auræ rapient, & pedes: An enim tam prodigus is fuit, qui ſemel ſollitim quaſi (ut loquitur terſiſſimus Comicus) non peratim emunxerit pecuniam? An verò tam inſolens in aliena re dilapidator, ut Romam Pontifici donaret? ut bonis illuderet? ut ipſi de Imperio accommodaret? Non ita longa disputatione de hoc opus eſt: Dederunt Pontificii (i) manus veritati. Quid igitur eſt, cur pugnemus, cùm adverſarium non habeamus.

Age comparate ſacroſanctam quoq; Juſtitiam cum graviſſima Illius pietate: Res nota eſt: magnetem (k) panno purpureo indutum conſervari, eò quod Rex lapidum regiam in purpura majeſtatem ab omni injuria ſalvam & incolumem præſtat: Haud ſecus CONSTANTINUS M. ſanctum Juſtitiæ caput mundiſſima pietatis infula, veluti purpura permulſum optimè conſervavit. Quod ſi enim Imperator pyxidem nauticam Pietatem habuerit, nullis unquam ſcopulis Reipublicæ navim illiſurum, ſecure pollicemur.

Hæret animus in Juſtitia, ſed de Fotitudine quoq; aliquid addendum. Humana Conſtantinus omnia premit, quem magnanimum & fortem virum dicimus. Non enim is ineptè

(i) *Baron. A. C. CCCXXIV. n. 1018. & Beſoldus, ad cujus Synopſ. Obſerv. Ruperti vide cap. XV. p. 421.*

(k) *Ath. Kirch. lib. II. A. M. part. 2. propoſ. 14.*

arma ſua tractaverat, quemadmodum Arragoniæ Rex(l) *Ranimirus*, qui dextra (ſed min⁹ dextrè) clypeum, ſiniſtra lancem tenens, ore hiante habenas excipiebat. Imo verò ſtrenuus bellator Noſter Phyſæ (m) ſive Magneti Æolio non abſimilis videtur, quem accolæ Nili patria lingua, id eſt, Arabica *Allalrucho*, Deum ventorum, eundemque Germani quidam (den Seehan) Gallum marinum appellitant; quod hic piſcis vi natans ventos undecunque irruentes demonſtret: Sic ille militibus ſuis, ne ſcilicet ipſis aqua hæreret, omne invium iter patefecit, penetravit, ſecutus eſt totus exercitus, hoc quaſi ſymbolo fretus: *DEO cordi ſumus; ſalvo CONSTANTINO nil metuimus, quàm cœli ruinam!* Sat dictum: Accendit hoc animos, ut conjunctis, & quaſi in unam faſcem colligatis viribus & armis, perinde ac ſecuri, ſacerrimum Maxentii caput percuterent; (n) ut in Cibalenſi campo cum Licinio ſigna conferrent; ut (o) in campo Mardienſe idem facerent; ut, cùm bellum terra marique traheretur, Licinii confuſum & ſine ordine agentem exercitum ad Hadrianopolim vincerent; ut deniq; Byzantium invaderent, & CONSTANTINOPOLIM appellarent. Hinc Imperatori leve quidem ſed

ſed

(l) *Piccartus Narrat. Ridic. cap. 5.*
(m) *Ath. Kircher. lib. III. de A. M. part. 6. cap. 2. §. 6. p. 673. 674.* (n) *Nicephorus lib. VII. c. 29.*
(o) *Anon. Valeſ. pag. 473. 474. 475.*

ſed formoſum vulnus; ex quo plus gloriæ, quàm ſanguinis manavit. Hinc illa CONSTANTINI civitas! Hinc quoq; æterna nominis gloria! Quale illud prælium, quod cum Sarmatis (p) commiſit? quæ illa victoria (q) Gothica? Verum, CONSTANTINUS buccinaFamæ op' non habet;cui Virtus claſſicũ canit.

Sed quod ad Conſtantini M. ſaluberrimam (Tullii (r) verbo) moderationem attinet, meritò hujus commemoratio omnes illius virtutes finierit. Cùm enim pro Imperatoria dignitate ſaliarem & auguralem in modum cœnare potuiſſet, contentus terreſtri, quam eleganter Horatius - - *ſine ſanguine cœnam* appellat, vitam produxit; non deſiderans miliarios apros, nec linguas phænicopterorum, aut alia luxuriæ portenta: Non Bœoticus Balneator is fuit, qui regna vini habuit, aut qui magiſteria convivantium obtinuit: nihil hujusmodi: quam elegantulam corollam, credo, ſuo ſuiſſet capiti, ſi qui intemperans Verſifex cantilenam hanc,

(s) *Et benè nos, benè te, Patria Pater, Optime Cæſar*,

ad cantharum ſuum cecin iſſet. Faceſſant hinc Capuæ ſeplaſiarii: nullo enim is unguente perfuſus, nullo imbutus oleo, nullis denique nari-

 um

(p) *Idatius in Faſt. p. 53.* (q) *Scal. ad n. 2347.*
(r) *Cic. 3. Tuſc.*
(s) *Camerarii verſus, quem Taubm. ad Plauti Perſam act. V. ſc. 1. obſervavit.*

um ſeplaſiis unquam delectatus fuit. *Nil olere, hoc erat bene olere!* Cæterum (t) digitis, ritu Italorum, micare, aut dentibus & ſuperciliis ludere, quia diſplicuit, planè quoq; ignoravit. Hic nihil Aſiatici luxus eſt, exeſto Heroſtrate! Ideo digna Conſtantino merces pro temperantia oblata fuit, ut omni tempore corpus ei præclarè conſtaret, ſine morbo, ſine dolore, nulla conſpurcatum labe, quovis juvenili corpore valentius, adſpectu pulcrum, & ad omnes functiones obeundas, ad quas viribus eſſet opus, robuſtum.

Etſi verò venalem vocem non habeam, vix tamen temperare poſſim, quin plura adhuc de Conſtantini temperantia afferam: ſed ne quis ſeverus (u) Cato me loquendi morbo teneri, tanquam veternoſum bibendi; neve luxuriam ſtyli, aut verborum intemperantiam mihi exprobret; equidem temperabo: contentus hoc uno, ſi de morte ipſius adhuc pauca dicentem audiatis. Regnavit autem beatiſſimæ memoriæ Princeps, ut docet Valeſii (x) nō temerè ſine laude nominandus Anonymus, annos unum & triginta, ac a. d. 11. Cal. Jun. A. U. 1089. Feliciano & Titiano Coss. in ipſo apparatu belli Perſici vivendi finem fecit. Dein animā ejus digniſſimè (y) peplō, quod noctis hieroglyphicū eſt.

(t) *Paſc. Iuſt. lib. I. de Alea p. m. 38.*
(u) *Gell. Noct. Att. lib. I. cap. 16.*
(x) *Valeſ. Anonym. pag. 467.*
(y) *ἀξία πέπλου, Ariſtoph. in Equitib.*

eſt, velatam, cætero nudam, in coelum quadrigis vectam eſſe, numus (z) oſtendit. Sed hoc Chriſtiano ſenſu accipere malumus, non de immortalitate in terris à mortalibus collata; verùm de coelorum divinitus donata gloria. Sic ille (à quo M. Alexander geometriam felicius diſcere potuiſſet!) μικρόγην, (a) *terrellam* hanc, ut vocat Gilbertus, nimis parvam ſibi exiſtimavit. Nunc verò Auguſtiſſimum CONSTANTINI M. coelum parum intuebor, quo ingenio vel ipſi (b) Indi hodiè immenſa maris ſpatia percurrere norunt; & oras circumſpectè contemplabor, quonam omnes Conſtantini obtrectatores tam ſubitò ſe penetrarint foras? verùm, nihil video, tranquilla ſunt omnia. Quod autem tutus terram nunc legam, id beneficio & favori in me Veſtro lætus lubensq; acceptum refero; niſi enim hoc fuiſſet, infenſæ adverſantium procellæ anxiè me fluctuantem

(c) *Sat ſcio in alto - diſtraxiſſent, dieq; tuliſſent.*

Inter hæc autem tam ſubitò peſſimas hominum calumnias evanuiſſe, omnibus omninò mirum videatur: ſunt enim profectò iſtæ, perinde ac nocentiſſimum (d) hydrargyri venenum, graviſſimæ, ſi perferantur; ubi verò ignem ſenſerint,

(z) *Baron. A. C. CCCXXXVII. n. 18.*
(a) *Ath. Kirch. lib. II. de A. M. part. 2. theor. 10.*
(b) *Id. ibid. lib. I. parte 1. c. 5.* (c) *Plaut. in Trin. Act. 4. ſc. 1.* (d) *Ath. Kirch. lib. III. de A. M. part. 3. cap. 4.*

rint, omninò leviſſimæ. Habeant ſibi igitur malam rem ſuam calumniatores, & myrica (e) coronati longè diuque ſuperbiant, ut placet; imò verò longius, quàm placet. Deniq; æterna CONSTANTINI M. gloria floreſcat, creſcat ac vigeat, veluti ramoſa arbor ac vegeta; etſi malignus aliquis Trigonis (f) aculeus folia quædam defluere faciat; nil refert: Quin potius motu ſuo progreſſivo, qualia in inſula (g) *Ciambulon* reperta novimus, in omnes terras ſe promovebunt, protendent, ac dilatabunt:

Tunc CONSTANTINO MAGNO ſic maximus orbis:
Gloria ſit MAGNO, ſit maxima CONSTANTINO!

(e) *Diod. Sic. lib. XII. Bibl. Hiſt. pag. 296.*
(f) *Hadr. Iun. in not. ad Embl. VIII. pag. 77.*
(g) *Ath. Kirch. lib. III. de A. M. part. 3. c. 2. p. 562.*

PROGRAMMA.

CRas duodecima pomeridiana de CAROLO MAGNO perorabit *Dn. Joh. Conradus Dürrius*, Norbiergenſis, *Juvenis eruditionis celebratæ.* Igitur *pluribus hîc opus minimè*: Niſi quòd *Magnificum Dn. Rectorem, Excellẽtiſſimos Dnn. Profeſſores, Nobiliſſimos & Doctiſſimos Dnn. Studioſos,* etiã atq; etiã quàm obſervan-

ſervanter&amanter * rogo, ut, ſi commodum ipſis eſt, peroraturum ſua præſentia dignari velint. Id inter ea collocabo, quibus æternùm me, ſibi devinctum devotumq; habent.

Chriſt. Adamus Rupertus,
Hiſt. P. P.

* Hanc *ultimam, affixo programmate,* audiendam d. 16. Jan. cIↄ Iↄc XLVII. more ſolito petiit Cl. Rupertus; qui beatè *deceſſit*, ſummo omnium deſiderio, *d. 27. Febr. ejusdem anni.*

CAROLUS MAGNUS, ORATIONE DESCRIPTUS ATQUE DELINEATUS.

MAgnum Vobis exhibebo in brevi tabella Carolum, *Viri Pl. Rev. &c. Dnn. Praeceptores & Patroni humiliter obſervandiſſimi*; illum, inquam ſtrenuum Teuthonicæ gloriæ adſertorem, illum acerrimum religionis Chriſtianæ vindicem, illum artium & literarum fautorem egregium, illum Virtutis Fortunæq; quaſi mutua contentione maximum & dignum generoſis

roſis majorum pectoribus nepotem. Eccur *Carolum*? ajetis: cui non dictus Hylas? Scilicet ut auſpicatiſſimo hoc nomine benè ominarer tum fluctantibus Imperii noſtri rebus, tum ſtudiorum noſtrorum laboribus, ad quos novo hoc anno felici (ut ſperamus) augurio rediimus; more Romanorum qui in luſtratione „ ſive exercitus ſive populi bonis nominibus, „ qui hoſtias ducerent, deſignabant, & in dele- „ ctu militum *Valerii* alicujus, vel *Salvii*, vel „ *Statorii* nomine numerum auſpicari amabant. Non ergò iſta Romanæ ſentinæ Camarina mihi movenda erat, non promenda *Gracchana* aut *Apulejana* ſeditio, non *Mariana* aut *Syllana* ſecula enarranda, non parricidialia bella memoranda: non producenda illa Romæ carcinomata & vomicæ exitioſiſſimæ, *Tiberii*, *Claudii*, *Caligulæ*, *Nerones*, *Vitellii*; eorundemq; crimina, libidines, inceſtus, ſæva juſſa, cædes, exilia, rapinæ; *quorum non tam fructuoſa cognitio cenſetur eſſe, quàm pernicioſum exemplum, quibusq; ſcribendis infelix Tacitus dura naſcendi conditione reſervatum ſe eſſe ſæpè conqueritur.*

Dudum didicimus vel hæc deteſtari, vel tædere eorum, niſi neſcio quo malo negligentiæ faſcino ligati ignorare velimus faciem noſtrorum temporum. Quia potius eam inſiſtimus orbitam, quam felici pede preſſere tot

præ-

præclari Reip. Romanæ viri, quos, cùm majorum imagines intuerentur, memoria rerum geſtarum vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi profeſſos fuiſſe, autor eſt Salluſtius.

Quid exteros quærimus noſtrorum incurioſi? Hæc ipſa patria noſtra multa tulit laudis & artium imitanda poſteris: habemus domi, quem opponamus Auguſtis, Tiberiis, Conſtantinis Magnis unum noſtrum Carolum. Agite, *Auditores honoratiſſimi*, arbitri horum talium optimi, operam mihi aliquantillam date, excutite mecum annales veteres & recentiores, natales Imperatoris Maximi inquirite, pietatem veneramini, doctrinam cogitate, virtutem nobilem ac magnam adeoq; victricem ignorantiæ recti & invidiæ tantò magis ſuſpicite, quantò rarius eſt, virtutes iiſdem temporibus optimè æſtimari, quibus difficulter gignuntur.

Quærebant fata imperaturæ Germaniæ naſcituro Carolo ortus ſplendorem ſoliq; natalis gloriam, ut orbis habenas molituro nihil omninò præſidii atq; dignitatis deeſſet: cùm aliàs beatè perfectaq; ratione victuro ante alia patriam conveniat eſſe glorioſam, ſi ſtamus judicio Marcellini. Ergò Magno noſtro magnam patriam dedere, iſtam ſcilicet olim *informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuq;, ſed nobilem viris armisq;*, ut ſcilicet *ejus ſolo & cœlo acrius animaretur*, ut Tacitus; vel ut Cur-

 tius

tius loquitur, *ut aſperitate locorum ingenium ejus durarentur.* Quod enim verè pronunciat Lynus apud Herodotum: *Non ejusdem eſt terra, fructum egregium producere, & viros in re bellica præſtantes.* Cunabula ejus aliquot nationes ambiguè magis quàm verè ſibi vendicant, & cætera obſcuræ, adulterinam nobilitatem nomine Caroli affectant. Soli tamen (quod ſcimus) laboranti annalium fidei ſuccurrerunt decora & ornamenta ſeculi noſtri *Beſoldus* & *Reineſius*, qui ex ipſis Caroli verbis, in *antiquitatibus Fuldenſibus* proditis, diverſum ab ea, quæ plerosq; obtinet, fama docuere, nec *Ingelhemio* vico propè *Moguntiam*, ſed *Thuringia* ſeu comprovinciæ circa flumen *Unſtrua* in Vergahala conceptionem ejus tribuunt. Nos hiſce non immoramur: habeant ſibi utræque, ſi velint, Carolum ad exemplum ſcilicet Papicolarum noſtrorum, qui pluribus in locis easdem unius Sancti reliquias oſtentare non erubeſcunt: & aliàs *Viri & vini boni non nimis eſſe requirendam natalem*, prudenter cenſuit Ferdinandus I. Auguſtus.

Igitur cui tam grande Germaniæ nomen Fortuna decreverat, obtingebat illa ipſa bellatrix patria, ſeminariũ Martii populi, Victorũ generoſorum quoddam quaſi Cornu copiæ; ut, dum tot victoriarum monumenta intueretur, ſpolia ab hoſtibus capta contemplaretur, tro-

pæa

pæa miraretur, pulcerrimis hiſce exemplis velut cote quadam ferrum ſuæ acueret virtutis. Nec ad priſcorum illorum fortitudinis inſignia recurrere opus erat, ut qui cùm adverſus oblivionem ſubſidium haberent nullum, Græcorum annalibus ignoti, *qui ſua tantùm* (ut Tacitus ait) *mirantur*, eandem pœnè experti ſunt ſortem, quam illi qui ante Agamemnonem *Vixere fortes - & omnes illacrymabiles Urgentur, ignotiq́; longa Nocte jacent.* Quin ſuccreſcebant in atrio, adeoq́; ſinu paterno præclara atavorum abavorumq́; facinora, quorum meſſem dabatur metere maximam; reſplendebant pietatis igniculi, juſtitiæ documenta emicabant, deniq́; progenies illa divina quodam quaſi flore virtutis exardebat ac ferveſcebat. Obſervabatur animo *Pharamundi* pertinax legum diſciplinæq́; obſervantia, *Clodii* vis animi imperterrita, *Merovingi* magnanimitas, *Arnoldi* & *Arnolphi* religioſiſſima pietas: & quid non præclari ſubminiſtrabat illa ſincera & innoxia aurei ſeculi integritas? Nec metuendus hic acerbus aliquis cavillus, qualem mimus quidam jeciſſe in Imperatores Romanos, cùm eorum ad M. Aurelium Claudium Imp. longa jam ſeries texeretur, refertur à Vopiſco: *Qui ex omni numero boni fuiſſent, in annulo uno perſcribi depingiq́; poſſe.* Iſtud potius Poetæ encomium ſubſtituimus;

Vera priorum quondam virtus
Francorum fuit & verum genus
Martis in illis ſanguisq; viris.

Quinimò ubi inertia Regum conſeneſcerent & decoquerent regni vires, præclaram interim navabant operam præfecti regni, Majores domus dicti. Tum verò aut nunquam aliàs apparuit ille *Martelli* avi, *Pipini patris* Caroli noſtri vigor indefeſſus ſtudiumq; patriæ ſolertiſſimū. Namq; domi militiæq; intenti, feſtinare, parare, hoſtibus obviam ire, libertatem patriam parentesque armis tegere: deforme ſibi exiſtimantes, quos dignitate præſtarent, ab iis virtute ſuperari. Nec deerat virtuti ad notitiam ſui experimentum: quippe ad ingenium majorum ſuorum ingrata ipſis quies, & facilius inter ancipitia clareſcebant. Itaq; quaſi viam ultrò pandentibus fatis diverſis orbis oris emicabant hoſtes, tantùm ut plura eſſent Francicæ virtutis inſignia; nevè, quod Poëta ait, *longa pacis pate-rentur mala.* Rebellabant Martello *Suevi*; mox pœnas rebellionis dedére: aderant *Bavari*, ceſſére victi; movebant arma *Longobardi*; eadem minis territi poſuere: conſurgebant *Saraceni*; at illi miſerabili ſtrage fuſi trecenta octuaginta millia militum deſiderarunt. Non ſegnior *Pipinus*: cæſi ejus auſpiciis *Longobardi*, imperio exuti *Aquitani*, ſubjugati *Bavari*, domiti *Saxones*. Ita talibus viris *non labor inſolitus, non locus ullus aſper aut arduus erat, non armatus hoſtis formi-*

formidoloſus: virtus omnia domuerat, ut hîc illud Salluſtii accomodem. Loquitur magnifica
facta feliciſſima illa bonorum ſuorum æſtimatrix ætas, docent *Martello miſſi à Pontifice* in honorem
virtutis, *claves ſepulcri Chriſti, miſſa vincula Petri*, miſſa alia λιμῆς σημεῖα & baſilica
donaria: teſtatur poſita poſt mortem ſtatua, &, quod Tacitus ait, repenſum à poſteritate dec⁹:
arguit bina Pipino filiisque ejus à Papa collata conſecratio, pulcerrimumq; *Chriſtianiſſimi nomen*
additum. Extat egregia ad Carolum noſtrum *oratio Hadriani Pontificis*, ubi avi patrisque
benevolentiſſimum erga Pontifices affectũ, fidem ac fortitudinem ſingularem magnificis &
exquiſitis encomiis deprædicat, ipſius etiam in Eccleſiam Rom. beneficia ampliſſima plurimũ
quantum extulit. Enimverò probè tenens noſter cum Mario Salluſtiano, *majorum gloriam
poſteris quaſi lumen eſſe, neq; bona eorũ neq; mala in occulto pati*, bona fide adultus iis
potiſſimũ artibus imbuit animum, quibus (ut rurſus Taciti verbis dicam) *ingenia ad magna
fortuna cultũ excitantur*; nec ut nomine magnifico ſegne otium quæreret, ſed quò firmior
adverſus fortuita Remp. capeſſeret. O rarum hodiè decus! Quotusquisq; liberorum ſuorum
indolem ab atrienſiũ corruptelis, quibus laſcivia accẽditur, & ab adulatorũ ſuſurris, qui
faſtũ inſpirant, ſatis prudenter removet? Quotusquisq; juvenculorũ nõ

Digitized by Google

laſciviam potius & levitatem oſtentat, aut certè neglecta animi cura ad exemplum Virgiliani Aſcanii - - - *mediis in vallibus acri*
Gaudet equo, jamq; hos curſu jam præterit illos,
Spumantemq; dari pecora inter inertia votis
Optat aprum aut fulvum deſcendere monte leonē?
„ Nos uti talia militiæ progymnaſmata mediocriter ſumta Stoico ſupercilio non damnamus; ita Principes non Muſéi clathris includimus, non libris affigimus, nec laudamus iſtam, quam Seneca vocat, *literarum intemperantiam*, qua non vitæ ſed Scholæ diſcitur; non obtrudimus argutias futiles & captioſas diſputationes, quibus, ut idem Sapiens cenſet, comminuitur & debilitatur generoſa indoles: ſed ſuademus cum Enniano illo Neoptolemo *philoſophari paucis*; &, cum Taciti ſocero, *tenere, quod eſt difficillimum, ex ſapientia modum*, favere ſimul bonis literis & earum cultores adminiculis fovere: quod quid aliud eſt, quàm Carolum exprimere? Incredibile memoratu, quàm ille prudentiam ex hoc beato fonte hauſerit, quæ Reipub. moderandæ præcepta, quas gubernatricis ſapientiæ regulas excerpſerit, quàm ex humanioribus hiſce ipſe didicerit humanitatem. En vobis aquilam! & quis ad hoc ævi ſublime ſic volavit? Fabulas loqui viderer, *Auditores*, niſi in annalibus, quin & in manibus, in oculis forent noſtris elucubrationes ejus

Gram-

Grammatica, ſcripta *carmina*, concinnata *Calendaria Germanica*; quibus ſtudiis inter equorum hinnitus, inter lituorum ſtrepitus ſucciſivas horulas indulſit.

Iam verò quis in hiſtoriis adeò hoſpes? quis ita rerum omnium ignarus eſt, qui neſciat; quas *Academias* Carolus fundarit, quibus eas privilegiis donarit, quid ipſe in illis egerit, quid geſſerit, quid diſputaverit, quid examinaverit, quàm ſegniores increpaverit, induſtrios laudaverit, nullis ſumtibus, operæ parcens nulli. Hinc frequens concurſus doctorum virorum ad famam tanti nominis, hinc confluxus ſtudioſorum in caſtra hæc literaria velut vexillo propoſito invitatorum. *Felicia caſtra*, exclamat Lipſius, *quæ tot præclaros non milites ſed Duces dediſtis & datis in militia hac togata!* Miramini quæſò mecum ipſius cedro digniſſima verba, quibus in literis ad literarum cultores datis benevolentiſſimum in bonas artes affectum oſtendit: *Vigilanti*, inquit, *ſtudio reparare ſatagimus officinam literarum & ad pernoſcenda liberalium artium ſtudia noſtro etiam invitamus exemplo.* Pulcerrimi rem ominis, ſi & Reges Principesq; literas æſtimarint, amarint, conſervarint! Benè res noſtræ habebunt talibus fultæ tibicinibus, talibus nixæ Patronis, talibus gubernatæ rectoribus. Macte, Carolo tuo beata Eccleſia Chriſtiana, macte beata Germania! Quòd inſci-

tiæ

tiæ jugum, cervicibus tuis depulſum, Carolo debes; quòd barbaries diſcuſſa, Carolo debes: quòd ſcientiæ ac diſciplinæ elegãtiores rediere, Carolo debes: quòd religio ſarta tecta conſervata, Carolo debes: quòd his beneficiis hodienum frueris uni magno tuo Carolo debes. Poëticum illud ſacrabimus Divis manibus:

Quæ cura Patrum? quævé Quiritium
Plenis honorum muneribus tuas
Auguſte virtutes in ævum
Per titulos memoresq; faſtos
Aeternet? ô qua Sol ſatitabiles
Illuſtrat oras, maxime Carole?

Deſtinatus igitur fatorum conſiliis orbis imperio Noſter, edoctus exemplis, à mundo condito ſic placitum fuiſſe cœlo, ut, qui cæteris magis eſſet religioſus, terrarum iſte imperio poniretur, & proximum à Divinitate, cujus venerationem retinuiſſet, inter mortales occuparet: à Religione velut fulcro ac baſi adamantina imperium ordiebatur ſuum. Feliciſſimum novæ poteſtatis auſpicium! Utinam ſeriò meminiſſent Principes illud Lyrici: *Dii multa neglecti dedere Heſperiæ mala luctuoſa!* Aut ſi mallent Chriſtianum audire, admittant Lactantium: *Ideò*, inquit, *mala omnia rebus humanis ingraveſcunt quotidiè, quia Deus mundi hujus effector & gubernator derelictus eſt; quiq; ſuſceptæ ſunt contrà, quàm fas eſt, impiæ religiones.* Noſtro

ſtrò nihil prius, nihil antiquius erat, quàm ut *religioni* ſuus honor ſuaq́; obſervanta eſſet; ut nunquam remotos ab exactiſſimo Numinis cultu oculos haberet: ac vel *hoc nomine*, quem alii *Magnum* titulo meritò dixerunt, Baronius *Ter maximum* appellare non dubitat.

Numinis fidem? Quæ erat Caroli in ſacrarum ædium reſtauratione magnificentia? quæ in *baſilica Aquisgranenſis*, quam unam ferè in deliciis habuit, excitatione cura, quam & argento & luminaribus, atq; ex ære ſolido cancellis & januis ornavit, & ad ejus ſtructuram *columnas atq; marmora Roma & Ravenna* accepit? quis in frequentanda manè & veſperi Eccleſia fervor? quæ in celebrandis feſtis anniverſariis devotio? quæ liberalitas in vaſorum aureorum atq; argenteorum veſtimentorumq́; ſacerdotalium largitione? Quæ ſolertia in recenſione librorum V. ac N. T. qui librariorum incuria interpretumq; craſſa ignorantia, injuria item temporum neglecti velut rivuli tantò impuriores fluebant, quantò longius à veritatis capite diſtabant? Qui ardor in urgendis unis unius Chriſti placitis, & Spiritus S. oraculis? quæ induſtria in colligendis ab Epiſcopis & Sacerdotibus ſanctorũ martyrum hiſtoriis & cantionibus ſacris meditandis; in Eccleſiæ paſtorum vitiis emendandis; toto deniq; Reip. Chriſtianæ ſtatu quàm florentiſſimo conſervando? Quæ verò magnanimitas? qui Zel⁹ in domãdis

&

& ad religionem Chriſtianam reducendis fidei hoſtibus? *Mauros* in Hiſpania fregit & comminuit: *Saxones, Danos, Avares* in triumphum, nec ſuum, ſed Chriſti duxit. Pleroſq; enim diſcuſſis Paganæ ſuperſtitionis nubibus cœleſti veritatis noſtræ jubari donavit. Quæ deniq; in Pontificum patrociniis contra ſeditioſos aut hoſtes ſuſceptis animi conſtantia? quæ fortitudo? Qui eximius in Eccleſiam favor etiam hinc intelligi poteſt, quòd *viginti & unam metropoles epiſcopales imperii ſui heredes* ſcripſerit, nec ullam inſignem ſacram ædem per Germaniam & Franconiam utramq; indotatam reliquerit.

Vicit hæc egregia pietas faſtuoſos Pontificum animos & non laudes duntaxat extorſit, ſed benevolentiam quoq; conciliavit, ut à *Leone Papa* non modò Imperator ſalutaretur, titulumq; & honorem ac jura Cæſaribus debita impetraret; ſed & ab eodem (recito verba *Adelmi Benedictini*, illius temporis coævi) antiquiorum more Principum adoraretur. En lucem! en radios! Et ſint adhuc, qui ad hæc cæcutiant, qui tenebras offundant? qui hoc faſtigium poteſtate Pontificis in Carolum eſſe translatum comminiſcantur? Quæ ſuperbia? quæ licentia Baronio? Sacerdotes & Epiſcopos habere jus antiquandi leges Imperatorum contrariis legibus, Papam ſolum poſſe dare imperium: Imperato-

rem

rem debere Romano Pontifici ſubſervire, quò ejus auctoritas ſarta tecta præſtetur. Deum immortalem! Quò ſe effuſura eſt pudoris victrix audacia? Adesdum Baroni, & inſpice verba *Anaſtaſii* tui, quæ allegas. At quid ille? *Ab omnibus*, inquit, *conſtitutus eſt Romanorum Imperator, ab univerſis fidelibus Romanis unanimiter altiſona voce acclamatum eſt: Carolo piiſſimo, Auguſto, à Deo coronato, magno, pacifico Imperatori vita & victoria.* Sed Leo coronam tribuit, ſed Imperatorem ſalutavit? Fateor: verùm non autoritate ſua, ſed juſſu atq; decreto populi Romani, conſenſu Imperatorum Orientis, ut civis primarius, ut dignitate atq; auctoritate pollens præ cæteris majori, ut poſſeſſor patrimonii, quod vocant, Petrini: non ut Dominus, non ut Dictator αὐτοκρατορικός. An verò illi Carolus ſuum debebit imperium, quem extorrem Roma, inopem, ærumniſq; coopertum ab injuriis inimicorum vindicavit, priſtinæque reſtituit dignitati? Procul hinc Ophiogenes, procul Pſylli, nati venena tantùm exſugere hiſtoriarum.

Sed nos non tam perſtringendis calumniis, quàm Caroleis virtutibus æſtimandis occupamur, quæ pulcra ſe mutuò ſerie ſequuntur, ubi princeps pietas præceſſerit. Huic ergò ſuccedaneam damus in cultu & victu modeſtiam,

quam

Digitized by Google

quam optimi quiq; epulis lautiſſimis, veſtiumq; apparatui magnificẽtiſſimo antepoſuerunt ſemper; perſuaſi cum Mario Salluſtiano munditias mulieribus, viris laborem convenire, omnibusq; bonis oportere plus gloriæ quàm divitiarum eſſe; arma, nõ ſupellectilẽ decori eſſe. Semper mihi placuit, illud Catonis apophthegma: *Cultus magna cura magna virtutis incuria eſt.* Certè aurum, gemmæ, ſerica non digna ſunt ornamenta magno Principi, & negotiator aliquis, aut mango ea uſurpet. Quis etiam neſcit Principi in mundo hæc eſſe? habet, geſtatq; ſi velit: ſed majoris animi eſt, ſepoſuiſſe. Ecquid talium negaverat opulentiſſimo Carolo fortuna? Sed animus reſpuebat: forſan ab Ariſtotele noſtro edoctus, πολὺ κάλλιον καὶ βασιλικώτερον, τὴν ψυχὴν ἔχειν εὐγνωμονοῦσαν, ἢ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος ὁρᾶν εὐειματοῦσθαι. Id eſt: *Multò pulcrius, magisq; regium, animum præferre cultum, quàm corporis veſtem.* Nihil hic magnificum, nihil ad jactationem compoſitum, nihil tragœdiæ, põpæ nihil adſpiceres: ad exemplum ſcilicet veterum illorum, qui (ex Syneſio dicam) *leviter & ſine cura ſeipſos habuerunt, non ab apparatu ſed ab animo Reges & introrſum à plebe, differentes extrorſum vel gregariis ſimiles videbantur.* Veſtitu utebatur reſtricto à plebejo nihil differente, corpus caniſia linea

linea & ſeminalibus lineis indutus, deinde tunica limbo ſerico ornata & tibialibus viliſoribus: tum faſcicolis crura pedes calceamentis conſtringebat, & ex pellibus murinis thorace confecto: dein, ſago Veneto ſuperinducto, humeros ac pectus contra tempeſtatum injuriam muniebat, niſi quod gladio (ut ſolent aliàs viri fortes cum magni facere, &, Diodori verbis, arma & vitam eodem æſtimare pretio) accinctus erat, cujus capulus ac baltheus erat aureus aut argenteus, aliquoties & gemmatus: utebatur etiam veſte auro texta, & calceamentis gemmatis, & fibula aurea, ſagum aſtringente; ſed non niſi in feſtivitatibus præcipuis & præſentibus legatis exteris. En apparatum! En ſplendorem! Quæreres hic famam, difficulter interpretareris, niſi Hebræorum proverbium cordi eſſet: *Ne inſpicias cantharum, ſed id, quod in eo eſt.*

Noſtro porrò adverſus famem & ſitim eadem, quæ in veſtitu, temperantia ſine apparatu, ſine blandimentis expellebat easdem, nullis epularum incitamentis, nullis lautitiarum deliciis corruptus: fruſtra expectares fumi aut nidoris nebulam verendam (ut cum Apulejo dicam) ut qui non pluris pretii coquum, quàm villicum habe-

bat.

bat. Menſa quotidiana quaternis ferculis inſtruebatur, præter carnes ferinas, verubus aſſatas, quibus nimium quantum capiebatur, adeò ut earum uſum interdicentibus Medicis ægroto & decumbenti quatuor ante obitum ſuum annis febri operam & conſilium eorum exoſa haberet. Vini tamen ac potus parcior (quippe rarò plus quàm ter bibere cõſuetus) quàm cibi, cujus abſtinentiã ſolito majorem noxæ ſibi eſſe, ſæpè conquerebatur. Quàm longè diverſus ille à noſtris, quibus veſcendi cauſa terra mariq; omnia exquirere, non famem aut ſitim, neque frigus, neq; laſſitudinem operiri; ſed omnia ea luxu antecapere ſeculum vocatur, haud minus facilè vitiis quàm armis ceſſuri. Aulas intra & Carolos quære. At quid ibi? Dicam verbis Caſp. Bruſchii:

Scilicet hac aula vita eſt: Vix nocte fugata
Sole novo genio indulgere gulæq; voraci.
Hinc jentacula ſunt, mox prandia, deinde merenda:
Tandem cœna venit, nocturnus & inſuper hauſtus.

Et mirabimur, ubi Franci eſſe deſierimus, ubi pro labore deſidia, pro continentia & æquitate libido atq; ſuperbia invaſere, fortunã ſimul cum moribus immutari?

Sed alia ſunt, quæ mirari poſſimus in Carolo noſtro; imitari non niſi eorum eſt, qui

ma-

magno imperio præditi, in excelſo ætatem agunt. Clementiam innuo, hoc eſt, ut Lipſius appellitare amat, *Imperiorum Lunam*, quæ ſecedere à Juſtitiæ Sole paulum videtur, diſcedit nunquam: diverſa potius quàm adverſa. Hæc, Senecæ judicio, nullũ ex omnibus magis, quàm Regẽ autPrincipem decet; quia plus habet apud illos, quod ſervet, & majore in materia apparet. Quæ ſigna ejus virtutis ille dedit? quas vibravit ſtricturas? quàm ipſos etiam hoſtes admiratione luminis ac fulgoris ſui rapuit! Quoties leniſſimus pœnitentia contentus erat, cùm pœnam poſſet exigere? En Vobis ex abundanti parca manu congeſta paucula! Conjuraverat in caput ejus *Pipinus*, filius ex concubina natus, illectus vana cupiditate potiundi regni: patebant inſidiæ, dies dictus conſtabat, filius manifeſtus ſceleris tenebatur. Ignoſcere ille adoleſcentiæ, & nefas clementia damnare: Auſus hic denuò: ignoſcere ille denuò, & vincere nefarium animum beneficiis; imitatus prudentes Medicos, qui plus interdum quiete, quàm movendo atq; agendo proficiunt. Ut tamen ſibi caveret, & intercluderet occaſionem peccandi, religioni adſtrinxit, & vitæ monaſticæ mancipavit. Habebat tales hoſtes ſuperioribus annis, tantùm non domeſticos: buſtum & fata minabantur, nihil magis quàm Caroli ſanguinem expetebant. Pœnæ genus vix aliud, quàm

quàm *vidiſſe precantes*, ut Poëta ait; & ſubtraxiſſe ſe periculo exitiis reorum oculorum uſu privatorum: certè evaſiſſent omnes vivi exorabilem dexteram, ſi magis ſe Caroli lenitati, quàm ſuis gladiis credidiſſent. O inauditam & verè cœleſtem clementiam! Debere eam filiæ lege naturæ videbatur: & dedit, plus quàm debebat.

Afferam vobis, *Auditores*, quia res atq; tempus monet hiſtoriolam lepidam & modeſtis auribus amabilem (profanas enim hinc procul eſſe jubemus.) Erat Carolo ab Epiſtolis Eginhartus, Vir cætera prudens & doctus & ob merita ſua omnibus bonis charus; charior tamen, quàm decebat Imperatoris filiæ, Jmmæ nomine. Ceſſit miſer amori: & diu utcunq; aluerunt furtiva ſui copia, & congreſſu doloſas reciproci igniculi favillas. Eginhardus moræ & deſiderii impatiens, remedium amoris quærit: & invenit ex voto, nocte quadam hiemante, in ipſo virginis conclavi. Sed fata rerum! Dum animo obſecutus erat ſuo, & cum primo Sole exire vellet, videt nivibus occupatas vias. Trepidare ille, & metuere, ne per veſtigia deprehenderetur in gynecæo fuiſſe. Amica conſilium ex inopia trahens, & audacior amore facta, hoſpitem nocturnum ad locum, ejus ædibus contiguum, deportat; eademq; veſtigia callidius obſervans relegit. Sed diu non latent:

tent ſcelera! Rem callidè compoſitam caſus aperit. Imperator (ut pareus erat ſomni) ſummo mane ſurgens; ac de aula deſpiciens, videt elegantulam bajulam, ſub dulci onere gementem; greſſus animadvertit & poſita ſarcina celerrimo fugientem curſu filiolam benè notat, medius inter riſum & indignationem. Diſſimulat aliquandiu inſpector præſentiſſimus, accuſator, judex, vindex. Tandem coacto Optimatum concilio rem indignam, & commisſam in Majeſtatem Imperatoriam injuriam proponit; ſed preſſo nomine rei, rogatq́;: famulum, qui ſic in Dominum, filiam, quæ in Patrem peccaſſet, qua pœna dignos judicarent? Diverſi diverſa pronunciabant, ut quisq́; ingenio, aut libidini parebat: pleriq́; morte ſcelus vindicandum cenſebant. Ille lenitate ἀκριβοδίκαιον molliens, reos ad ſe vocat, & concilio ſiſtit. En iſti ſunt, inquit, qui peccarunt. Tu Filia itané pietatis oblita famæ paternæ decoquere? *Tu Eginharte*, itane fidelitatis tuæ præmia, me inſcio, me invito anticipare auſus? Quid meruiſtis? Iſti dixerunt, mortem: & quid aliud, vel animo veſtro judice? Tamen, ut ſciatis, malle me quædam errata facilitate, quàm ſeveritate, emendare, tu mitē Patrem, tu Dominum habete: ignoſco hac lege, quam dicam. Tu, Eginharte, portatricem tuam uxorem habeas: quæ furtim nuper, nunc jure & li-

 berè

bere carpe gaudia, mutuum deinceps quoque inter vos ferte. Dixit: & ſummæ dotis prædia ampliſſima, ſimul aurea & argentea donaria, aliasq; prètioſas ſupellectiles adjecit. Tum verò ceſſit gaudio metus, & applauſum eſt non ſine gratulatione prudentiæ, & clementiæ Imperatoriæ. Imò, Carole, vel ſolo hoc nomine ego te inter heroas, inter magnos numero: & meo calculo hac quidem re Divus eſto! His artibus nixo Magno noſtro facile erat imperium orbis occupare, cùm candida & læta cuncta fuiſſe, ex omnis ævi hiſtoria conſtet; etiam hoſtes æquiores quàm cives, qui benignitate & clementia temperavere imperium.

Nec deerat Fortuna Virtuti, quæ utraque ad conſtituendam ejus magnitudinem contendiſſe videntur; ut ſi quis eam cum annis conferat, ætatem ultrà putet. Ita latè per orbem terrarum arma circumtulit, ut, qui res ejus legunt, non unius Regis, ſed totius Pop. Rom. facta diſcant. Cum quo namq; unquam hoſtium congreſſus eſt, quem non vicerit? quam urbem obſedit, quam non expugnaverit? quam gentem adiit, quam non calcaverit? Auſpicium bellorum erant *Aquitani*, qui à Patre Pipino & fratre Carolomanno, debellandi ſibi relicti erant: mox domiti, & ad deditionem Italiæ oppidorum compulſi *Longobardi*: ſubjugati *Hiſpani*: fractæ etiam poſt triginta trium annorum

norum intervallum tumidæ & jugi impatientes *Saxonum* cervices. Poſt Saxonas vinci neminem puduit. Sequuti ſunt quodam quaſi æſtu & torrente fortunæ *Weſtphali, Britones, Beneventani, Bajoarii, Avares,* ſeu *Hunni, Illyrii, Normāni, Sueci, Boëmanici, Limonici,* ipſi etiam moroſi *Mauri:* Numinis divini virtute magis & religione, quàm potentia ſuperati: Cujus & illud illuſtre documentum eſt, quòd cùm demoliturus eſſet *fanum idoli in Caſtro Eresburgo,* & magna aquæ inopia foret, hominesq; & jumenta ſitirent, repentè, cuncto exerciu quieſcente *ebullierit ſalubris aqua torrens,* exercitumq; ſimul omnem & jumenta recrearit. Tantæ molis erat, Romanis imperare: & adeò verum, quod ſcitè, ut omnia, pronunciat nunquam ſine laude nominandus * Barclajus:

- Nunquam tranquilla exordia fatis
Heroum eximiis, nec deniq; naufraga virtus!

Et quod ſapienter cenſet ** Leonclavius: *Fit plerumq;, ut, quò magis homines impedire progreſſus eorum nituntur, quos cœleſtis Providentia magnis deſtinavit imperiis, eò faciliorem ipſis ad divinitus præfixam metam perveniendi viam efficiant.* Quid ergò reſtabat tandem triumphis victoriisq; Caroli, niſi ut communibus omnium votis Magnus, ut Auguſtus, ut Pater Patriæ ſalutaretur? Adeò, quod difficili-

* *lib. V. Argen.* ** *lib. I. Hiſt. Muſul.*

mum inter mortales eſt, gloria invidiam ipſam vincebat! Nimirùm quod Tigranes ad Pompejum, teſte Vellejo, dixiſſe fertur: *Non eſt turpe, ab eo vinci; neq; inhoneſtum ei aliquem ſubmitti; quem fortuna ſupra omnes extuliſſet*; idem ſibi dictum cenſentes populi agnoſcebant fatum imperaturi Caroli, & venerabantur divinitus conceſſam felicitatem. Concurſum hinc certatim eſt ad nominis Carolini famam, miſſa munera ſemel atq; iterum ab *Adelfonſo*, Gallæciæ atq; Aſturiæ Rege; qui tam inſigniter eum amavit, ut cùm ad eum literas vel legatos mitteret, non aliter ſe apud illum, quàm *proprium ſuum* vocari juberet; miſſa elegantiſſima & pretioſiſſima donaria ab *Aarone*, Perſarum Rege; pòſt ab *Abrahamo*, Barbariæ Africanæ Rege. Scotorum verò Reges in literis non niſi *dominum Carolum* compellabant, ſeq; *ſervos ac ſubditos* ei profitebantur. Quid? quod ipſi Imperatores Orientales, *Nicephorus, Michaël, & Leo*, quibus ſuſpectus ſemper erat ob agitatum animo imperium, amicitiam ac benevolentiam ejus, miſſis ultrò citroq; legatis, ambibant. Jam verò cùm Imperator coronaretur, quæ gaudia? quæ vociferationes fuerunt? Effuſæ virgines, matronæq;, & pueri in publicum, quo certavere plauſu? quàm gratulando (ut phraſi Plautina utar) laſſum reddiderunt? Nec aliter audito Caroli nomine, quàm modulatiſſimo

ſimo aliquo tibiarum aut fidium cantu ſtuebantur.

Igitur tantus factus Carolus, ut poſſet triumphos contemnere, quovis modo quærebat pacem, quæ ſalvâ libertate & integra dignitate pareretur: & invenit ſeriò expetitam feliciſſimus Imperator & cum ea, quicquid ubiq; felicitatis erat, Europæo orbi reddidit, mox hanc ipſam cum æterna commutavit, extinctus inauſpicato & toti pop. Rom. inominali die 5. Cal. Febr. A. P. C. N. 814. in ipſo victoriarum imperiiq; flore, inter ipſam benè de genere humano merendi induſtriam, relicto Germanis non niſi grandi ſui deſiderio, gloria ingenti, imperio floreutiſſimo.

Adderem plura, *Auditores*, certè plura pro rei magnitudine deberem, niſi dulciſſima Pacis injecta mentio, velut ſuavis torpedo mentem faſcinaſſet, ſufflaminaſſet linguam. Heu quis erit tandem Carolus, qui imperium Romanum bellorum monſtris purgaverit? Quis Maximilianus, cui durantibus Imperialibus Auguſtæ Vindelicorum A. C. 1518. *numus* percuſſus eſt, in cujus altera parte *Pax ſedens fruges fructusque calathis plenis atq; caniſtris affert*; circumſcripta verba: SUB CÆS. MAXIMILIANO. AUG. IMP. PACATUM. EST.

O cedrina! ô verè aurea Poëtæ verba, quibus, velut gemma, obſignabimus hanc ipſam Orationem:

Pulcrum eminere eſt inter illuſtres Viros,
Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abſtinere, tempus atq; iræ dare;
Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.
Hæc ſumma virtus, petitur hac cælum via.

Hac ito Imperator! hac Reges ite, ite hac Principes!

DE BELGII CUM GRÆCIA COMPARATIONE LAUDABILI, ORATIO.

MAgnifice Domine Rector, Illuſtres & Generoſiſſimi Dnn. Barones, Conſultiſſimi, admodum Reverendi, Excellẽtiſſimi, Clariſſimi Dnn. Profeſſores; tuq; Nobilitate generis, eruditione ac Virtute præſtantiſſima Studioſorum corona: COLUMBUM illum, cujus magnitudinem Fama multiplici lingua nondum adæquavit, quum ad ulteriora noſcenda vela ventis dediſſet, nec tamen ullum uſpiam terræ veſtigium appa-

appareret, niſi quod tanta herbarum viridium copia aquæ innataret; ut per viridantia prata ferri, & in herbido campo verſari videretur; tandem à militibus nautisq́;, inſolita re conſternatis, interpellatum accepimus, Inſanum eſſe vaſti Oceani (qui in infinitum pateret) penetralia reſerare, ac naturæ clauſtra perrumpere velle: Debere potius dum liceret, velis converſis, Hiſpaniam repeti.

Niſi illud Catonis judicium, velut ad prudentiæ ſolem percoctum, quo Albinum poſt ſuſcepta negotia conquerentem ridere ſolebat, Vobis quoq; *AUDITORES omnium ordinum præſtantiſſimi*, placere noſſem, eundem cum nautis illis animum mihi dicerem, qui jam in ſalum iſtud Oratorium provectus futura famæ pericula, procellas ingentes, ſaxa naufraga, deniq; eruditiſſimum hunc conſeſſum, viriditate & fulgore ſuo etiam exercitatiſſimos perſtringentem, intueor & cohorreſco. Quoniam verò ut dixi, queri aut de reditu cogitare mihi non licet; præterea humaniſſimus veſter vultus, & parendi ſuperioribus neceſſitas, veluti faces quaſdam animo ſubjiciunt, eiq; alas addunt, ut id quoq; audeam, quod non poſſum; & poſſim, quod aliàs non audeam: in eo potius curæ meæ occupari debent, quomodo ſerium & literatum, dignumq́; auribus & expectatione veſtra producere nunc poſſim argumen-

tum. Id dum anxius circumſpicio, commodũ è tertio *Annalium Taciti* (ad quem, veluti beatam quandam, & perenni materiarum copia exuberantem ſcaturiginem decurreram) offert ſe mihi egregium illud & defunctoriis oculis, ut opinor, minimè pervolandum. *Non omnia apud priores meliora, ſed noſtrã quoq; ætatẽ multa laudis & artium imitanda poſteris tuliſſe.* Illicò nunc mihi animum percutit cogitatio, ſi nobiliſſimæ quà priſcis quà noſtro ſæculo provinciæ inter ſeſe compararentur, ſententiæ hujus veritatem (*quam incurioſa ſuorum ætas, triſtiſſimis cogitationibus obruta ſenectus & aurea ſæcula ſuaviter ſomniantes Poëtæ fracturi videntur*) luculentiùs apparituram, magisq; ad cognoſcendum omnibus in aperto fore.

Quod ſi ergo memoriam in vetuſtiora ſpargimus, GRÆCIA inprimis nobis occurrit cum ſuperbo admodum titulo apud Trogi Epitomatorem: *Multa, non modò ultra ſpem gerendi, verùm etiam ultra geſti fidem ſeſe patraſſe; operaq; ſua effectu majora quàm voto fuiſſe.* Taceo cætera magnificè & confidenter dicta, ſed ab exterarum gentium ſapientibus ſic intellecta, ut famæ opulentiæ multum adjeciſſe dotem loquentium, immenſasq; hoſtium ſtrages Græculorum calamis factas eſſe crediderint. Inter eos de Athenienſibus ita judicavit (ut alios præteream) Romanæ hiſtoriæ Prin-

ceps

ceps Salluſtius: *Athenienſium res geſta ſicuti ego exiſtimo, ſatis ampla magnificaq; fuere, verùm aliquantò minores tamen, quàm fama ſeruntur: ſed quia provenére ibi magna ſcriptorum ingenia, per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur.*

Sanè utut illi rebus ſuis intumuerint, opponam eis (quod *Oratiunculæ meæ argumentum* erit) ſolo virtutis, nullo facundiæ auxilio ſuffultum, ac Germaniæ magnæ matri ſuæ adnexum, BELGIUM: cujus nomen omnium admirationem jam meritum aut ego vehementer fallor, aut ingentem in vobis audiendi ſitim accendit. Quamvis autem mea infantia, meique ingenii anguſtiæ, partes injunctas dignè explicare non poſſint; tamen quod ſponte mea huc non acceſſerim, tantam modò de Vobis ſpem concepi, ut navem meam in nulla ſiniſtræ interpretationis vada, aut ſcopulorum anfractus illiſuram exiſtimem: eamq; ut benevolentia veſtra, tanquam ſecundo quodam Zephyro adjuvetis, per ſingularem illam, quam eruditioni cæteriſq; virtutibus adjunxiſtis humanitatem, omnes obſecratos volo.

Si antequam ex ſeſe utrumq; populum æſtimamus, velut altera libræ lance appendere Fortunæ bonum, hoc eſt majorum ſplendorem mihi licet (licere autem & debere vel illo Stagiritæ Philoſophi moneor, *veriſimile eſſe, præſtan-*

tiores ac meliores eſſe eos, qui ex melioribus; utiq; non verebor dicere, tantò nobilitate inferiores eſſe Græcos, quantò virtutibus factisque eminentiores fuiſſe Belgarum proavos accepimus. Ecquis enim tã ab antiquitatis cognitione remotus, ut priſcos illos ante Trojana tempora omnium mortalium contaminatiſſimos, leviſſimos, arrogantiſſimos ab ipſiſſimis eorum poſteris proclamatos neſciat? Sanè, quod Phocenſes & Platæenſes, & Theſpienſes, & Orchomenii Alexandri ſocii in conſilio de excidio urbis Thebarum apud Juſtinum referunt, *Thebanos omnes ſcenas olim repleviſſe*; id ego de univerſis Græcis non Græca fide dixerim, poëtarum veterum ſtylum in ſolis virtutibus fuiſſe occupatum, niſi Græciam inveniſſent. Ita vitiis planè ſtupendis, alienigenarum virginum raptu, fraudibus in emendo vendendoq; ; ita

Seditione, dolis ſcelere atq; libidine & ira
Iliacos extra muros peccarant.

Ita deniq; *ebrietate*, qua ſepultos hodieq; ab iis pergræcantes dicimus; & *crudelitate*, cui exercendæ frequenter hoſpitalis menſa delecta; & *proditione*, qua terrarum paſſim ornamenta in cineres redacta ſunt, primi conditores eorum excelluerunt. Ac quoniam, teſte Romano Sapiente, *tunc conſummata eſt infelicitas, ubi turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent; & deſinit eſſe remedio locus, ubi quæ fuerant vitia,*

mores

mores ſunt; ecce in hac ultima improbitatis linea antiquiſſimos Græcorum conſtitutos, non ab exteris, ſed ipſis Græcorum poſteris, Thucydide & Homero. Poſtquam enim amicam iis ajunt interrogationem fuiſſe, *An prædones eſtis?* hoc dicunt, quod de piratis floridiſſimus ille Florus, *ſublatis commerciis rupiſſe fœdus generis humani*; quod eloquentiſſimus Cicero, *communes hoſtes extitiſſe gentium nationumq; omnium*; quod diligentiſſimus Plinius, *omnium mortalium hoſtes*; adeoq; tam immani ſcelere in familiaritatem recepto & in malorum omnium immedicabile inciderunt, & Poëtarum cohortes in ſeſe concitarunt; ut nunc in arborum truncos, nunc in lapides, nunc in ſerpentes & lupos idonea metamorphoſi transfigurati ſint.

At tanta prodigia inter majores Belgæ non numerant, ſed raro divinitatis privilegio veteris ævi monumenta domeſtica jucundè recognoſcunt, & per majorum ſuorum imagines, tanquam perpetua omnium ſeculorum decora inambulant gratulabundi, vel potius triumphant. Etenim ſi ulteriora libet inſpicere, occurrunt fortiſſimi nobiliſſimiq; Germaniæ *Catti*, omnia ſua facta (quæ genuina nobilitas eſt) vel virtute vitæ ſocia exornantes, vel gloria mortis comite cohoneſtantes. Eorum virtutis inter alios gnarus Cornelius Tacitus, *parcus alioquin elogiorum ſcriptor*, populo illi multum

rationis ac ſolertiæ præ ceteris Germanis tribuit in disponenda acie, in obtemperando ducibus, in capeſſenda vel differenda pugnæ occaſione; præterea ingentem animi vigorem, dura & compacta corpora, ſtrictos artus, vultus minaces, barbas promiſſas, ac horrore quodam formidabiles; quem oris habitum virtuti debitum atque votivum nefas, ait, fuiſſe deponere ante reportatam de cæſo hoſte laudem, manente imbellibus ſqualore. Quod ſi propria colligent, eadem voluptate *veterum Batavorum* ſparſa per Romanas antiquitates trophæa, videbunt ſpecimina omnium virtutum, non modò in ſuis terris, ſed per totam Europam, Aſiamq; Romanis faſcibus tum parentem edita; ut Belgis neceſſe non ſit, aliundè exempla accerſere, quibus hæc familiaria oriuntur ſidera, & ſpeculum domeſticum appenſum eſt: Patriaq; ipſa fortius ſeculũ ne voto quidem flagitatura ſit, ſi redivivos aſpiciat patres ſuos, ſub Romanis militãtes.

Ceterum ad tantæ fortitudinis infinita propè facinora palàm confiteri non verecundor animum concidere, & velut magnum maris æquor ingreſſuro offundi caliginem: adeoq; re immenſi operis feliciùs omiſſa, vel potius jam aliis ſuſcepta, qui parem magnitudini animum calamumq; attulere, ad aliud Fortunæ bonum Orationem meam converto. Noviſtis, AUDITORES, *oculos urbium ac regionum maria*

ab

ab Ariſtide dici; ac quod Coſmus de Medicis Hetruriæ dux prudenter judicavit, *nulli Principi ſuam potentiam poſſe rectè placere, qui non plurimum poſſit mari.* Qua etiam mente quum Themiſtocles, civibus ſuis arcanum Delphicum explicans, melius ſalutem navibus, quam urbi, committi docuerit; ejusq; conſilium ſecuto Cn. Pompejo navalis apparatus ſemper antiquiſſima cura fuerit: itaq; circumciſis ceteris partibus, quæ ſunt cœli ſalubritas, ſecuritas, amœnitas; à marium, quibus Græci & Belgæ alluuntur, utramq; cenſeamus ac ponderemus vicinitate.

Hic quidē Batavis non maria tantùm omnia, ſed univerſum etiam Oceanum, totumq; mediterraneum illud Septentrionale in freto Danico obſtrui poſſe; deinde ſi Oceanum Occidentalem rectà ingredi conentur, faveat niſi Gallus & Anglus, inter Caletum ac Doveram retineri, ita ut exitus ipſis nullus niſi verſus Septentrionem inter Norvegiam & Orcadas inſulas pateat, affirmare cogimur: tamen & Græcos mihi videte Illyriis, Japygibus, Afris, Ægyptiis, Syris, & Perſis, Aſiam minorem obtinentibus, undiq; circundatos, ſeu mavultis, obſeſſos. Quin eorum navigationes anguſtiis maris interni circumſcriptas, adeò ut (*ut obſervante ad Straboně Caſaubono*) Oceanū ſibi nullū notū eſſe dixerit Herodot⁹, nemo abſq; ludibrio & omniū riſu Batavo-

rum liberis excurſionibus compararit; qui provocatis ventis, ſuperatis imbribus, cum aëre nudo & Jove facta conſuetudine, nihil referre putant, brachiis utantur an remis; quiq; magna navium vi, itinerum perſpicacitate, præliorum navalium felicitate, ad remotiſſimas terras percurrendi dexteritate, & ſucceſſu annis jam hinc multis floruere propriis ut plurimum viribus (ſolius videlicet DEI auxilio præſente) ac virtute innixi; quum interim adverſum ſibi potentiſſimum Hiſpaniæ Regem haberent.

Præterea nuper inſolito, & nunquam antehac tentato, per Oceanum glacialem, ſeu Borealem, in Indiam Orientalem ſuſcepto itinere, per uſitatã verò viam multis feliciſſimo omine perfectis, & variis aromatibus, aliisq; theſauris Indicis, in patriam ovantes redierint; ut crederem Actium Syncerum *Sannazarium*, poëtam elegantiſſimum, ſi viveret & videret, relictis Venetiis, dignum ſpiritu æthereo argumentum, & *ſexcentos aureos* in Batavia quæſiturum, hexaſticho hunc in modum compoſito:

Viderat Eois Hollandos Tethys in undis
Orbis & extremi figere ſigna vado:
Nunc mihi florentes quantumvis Pallas Athenas
Objice, & advectum Colchide vellus, ait;
Sic ſinus Oceano major. Populum adſpice utrumq;;
Ripa illum dices, hunc volitare mari.

Sed

Sed jam ipſa Græcia veritatis lumine & peregrina claritate attonita, ſalum ſuum nauſeare, velis converſis undiq; cedere, & quum mari non poſſit, terra gloriam ſuam explicare mihi videtur. Quot ibi decora, & ornamenta? quæ Dearum certamina in exornandis civitatibus? quàm in uno mundi angulo univerſa mundi miracula? Sufficient vel avariſſimis oculis Athenæ, Thebæ, Lacedæmon, Corinthus: memoriam ſexcentorum exuperabunt alia aliis hærentia & conſequentia, tum *illa afflictorum aſyla*, ut appellabat Iſocrates *Pyræi portus*, tum cœlo delapſa Palladia; ſed & nullis adhibitis inſtrumentis, ſola muſica modulatione erecta mœnia, donaria Regum & heroum, arces Tyndari, aureæ Apollinis ſtatuæ, templa in aërem latiſſimè ſurgentia, & quibus aliis conſpiciendam ſe exhibet Græciæ magnitudo.

At tu nobis fave & eminentes dia majeſtate oculos attolle & oſtende te pauliſper, flos terrarum, ſol & ſal gentium, BATAVIA; hem de templo in templum, hoc eſt, de ſepulcro in ſepulcrum,

Ad divos jam dimidios, naſumq; minorem
Palladis, & Phœbum auriculis naſoq; carentē

(ut Juvenalis verſus leviter immutem) à Græculis ducimur, hominibus ventoſis, anilium nugarum fœcundis; deniq; Parnaſſo vicinis, ubi fabularum patria fuit, & plus quàm Cimmeriis

tene-

Digitized by Google

rum liberis excurſionibus compararit; qui provocatis ventis, ſuperatis imbribus, cum aëre nudo & Jove facta conſuetudine, nihil referre putant, brachiis utantur an remis; quiq; magna navium vi, itinerum perſpicacitate, præliorum navalium felicitate, ad remotiſſimas terras percurrendi dexteritate, & ſucceſſu annis jam hinc multis floruere propriis ut plurimum viribus (ſolius videlicet DEI auxilio præſente) ac virtute innixi; quum interim adverſum ſibi potentiſſimum Hiſpaniæ Regem haberent.

Præterea nuper inſolito, & nunquam antehac tentato, per Oceanum glacialem, ſeu Borealem, in Indiam Orientalem ſuſcepto itinere, per uſitatā verò viam multis feliciſſimo omine perfectis, & variis aromatibus, aliisq; theſauris Indicis, in patriam ovantes redierunt; ut crederem Actium Syncerum *Sannazarium*, poëtam elegantiſſimum, ſi viveret & videret, relictis Venetiis, dignum ſpiritu ætherio argumentum, & *ſexcentos aureos* in Batavia quæſiturum, hexaſticho hunc in modum compoſito:

Viderat Eois Hollandos Tethys in undis
Orbis & extremi figere ſigna vado:
Nunc mihi florentes quantumvis Pallas Athenas
Objice, & advectum Colchide vellus, ait;
Sic ſinus Oceano major. Populum adſpice utrumq;;
Ripa illum dices, hunc volitare mari.

Sed

Sed jam ipſa Græcia veritatis lumine & peregrina claritate attonita, ſalum ſuum nauſeare, velis converſis undiq; cedere, & quum mari non poſſit, terra gloriam ſuam explicare mihi videtur. Quot ibi decora, & ornamenta? quæ Dearum certamina in exornandis civitatibus? quàm in uno mundi angulo univerſa mundi miracula? Sufficient vel avariſſimis oculis Athenæ, Thebæ, Lacedæmon, Corinthus: memoriam ſexcentorum exuperabunt alia aliis hærentia & conſequentia, tum *illa afflictorum aſyla*, ut appellabat Iſocrates *Pyræi portus*, tum cœlo delapſa Palladia; ſed & nullis adhibitis inſtrumentis, ſola muſica modulatione erecta mœnia, donariaRegum & heroum, arces Tyndari, aureæ Apollinis ſtatuæ, templa in aërem latiſſimè ſurgentia, & quibus aliis conſpiciendam ſe exhibet Græciæ magnitudo.

At tu nobis fave & eminentes dia majeſtate oculos attolle & oſtende te pauliſper, flos terrarum, ſol & ſal gentium, BATAVIA; hem de templo in templum, hoc eſt, de ſepulcro in ſepulcrum,

Ad divos jam dimidios, naſumq; minorem
Palladis, & Phœbum auriculis naſoq; carentē

(ut Juvenalis verſus leviter immutem) à Græculis ducimur, hominibus ventoſis, anilium nugarum fœcundis; deniq; Parnaſſo vicinis, ubi fabularum patria fuit, & plus quàm Cimmeriis

tene-

Digitized by Google

tenebris circumfuſa errorumq; ac ſuperſtitionum perpetua velut ebrietate ſopita ac demerſa, dæmonas ſuos ſemper in majus auxit vetuſtas. Fuit enim, fuit *Græcia* ipſiſſima *Stygii draconis ſpelunca*, è qua ille infernale ſuum virus in pleraſq; terras eructando, à cognitione Veri DEI miſeros mortales quàm longiſſimè removit. Primùm in *Theſſalia*, ait Zoſimus, deûm ſimulacra facta ſunt; quumq; ne delubra quidem eſſent (nam & illorum incognitus erat uſus) effigies divinas in Penei fluminis ponte ſtatuebant; indito illis vocabulo, qui deûm ſacris præfecti eſſent, ut à prima ſimulacrorum collocatione *Gephyræi* (Latinis *Pontifices*) nuncuparentur. Sic quum ſemel Idololatriam ſub ſimulacris exædificaſſet diabolus, immane quantum excrevit iſte deaſtrorum numerus, cunctis Reges ſuos ſtatuis honorantibus, dein templis & aris ac ſoli rerum omniū Coditori debito cultu. Quamobrē deſinant nos Danai in putida dæmonum ſtabula, quæ ingreſſi animam impuriſſimis ſpiritibus penſionis loco tradere coguntur; deſinant vocare in nequitiæ ſedes, & libidinum conſiſtoria. Ut enim & hoc dicam, quàm ſtrenuè Veneris alea in his templis exercita ſit, vel Corinthiacum arguit, quo ſupra mille ſcorta ſummis alita impenſis, fœdeque proſtituto corpore in miniſterium turpiſſimæ deæ libidinoſis adoleſcentibus deſerviebant; vel

vel illud *Eleuſinium arcanum*, quo quid celatum fuerit, aperit nobis Tertullianus in libro adverſus Valentinianos, totam in adytis divinitatem inquiens, tot ſiparia portarum, totum ſignaculum linguæ ſimulacrum eſſe ejus rei, qua, Petronii verbo, remedium tertianæ quæritur. Sed nec Pyræum portum tanti judicamus, immoderatæ cupiditatis flagitioſum opus, & futuram Græcanicæ ſervitutis aram, niſi vindex ſcelerum & ſuperbiæ, DEUS, & hunc & totam Rempublicam Athenienſem Spartana manu dejeciſſet.

Quid porrò *Palladia* veſtra, Græculi, non cœlo delapſa, ſed (quod veriùs exiſtimo) cœno effoſſa; unde & *Cloacina Venus* prodiit, nobis occinitis? quid Zethi & Amphionis cantilena excitatos Thebarum muros? Improbum hominum genus, ipſique mendaciorum Principi Mercurio pudendum, ut legiones ſpiritu difflatis & elephanti brachium pugno perfringitis, ſic mœnia ſola voce veſtra ſurgere exiſtimatis! Jam ſtatuas aliaque dona, quibus ſibi Crœſus rogum, Athenienſes Siculorum catenas, Pompejus odium in nobiliſſimam Caſſiorum familiam, Alexander Epirota patriæ ſuæ deteſtationem, alii alia incommoda è tripode mercati ſunt, omnes pii meritò abominamur, & dehoneſtamẽta potius quàm ornamẽta dicim⁹.

Cæ-

Cætera verò, quæ nobis opponuntur, arces nimirum & integras urbes, tantum abeſt, ut magnificentia ſua ſpoliemus, ut potius eruditiſſimi hujus ſæculi eruditiſſimos viros eo nomine ſuſpicemur & amemus; quod in rubigine & ultima linea Athenienſium ac reliquorum elegantiam venerandam rati, igneam animi vim tanquam è cineribus excitarunt, & quicquid crudele ferrum totiesq; ſuperfuſa Græciæ barbaries abſtulerat, pertinaci calamo vindicarunt.

An verò tantos ejus radios eſſe, ut hoc inferioris Germaniæ ſidus abſcondat, fatendum erit; & quoniam in terra ſumus, Græca conſuetudine herba nobis evellenda? *Una Hollandia*, inquit mellitiſſimi oris Lanſius, *exiguo ambitu Comitatus, triginta tres urbes comprehendit. Ex turri Goricomenſi, in regione planiſſima, proſpectus eſt in viginti urbes duas facillimus. Ita Ultrajectum inter quinquaginta ſedet urbes: quarum quæ abſunt longiſſimè, unius diei itinere diſtant, ut altera alteram manu quaſi ducere videatur. Omnes natura* propugnaculis vallatas, Geographorum monumenta; manu & *operibus firmiſſimas*, toties repulſus hoſtis; *ædificiorum ſtructuris, templorum molibus admirandas*; Lucullorum ibidem ingenia, *omni* deniq; *nitore & elegantia ornatiſſimas, cultiſſimas, pulcerrimas*, Midas Indicus facilè nobis perſuaſerit.

Sed

Sed non conſiſtit in externis iſtis gentium beatitudo, neq; minor animus ſub culmo, quàm ſub auro habitat: felix ſeculum ante architectonas fuit, & plura virtutum exempla Roma vidit, antequam Auguſtus è lateritia marmoream effeciſſet; aut omni paupertate Romuli flammis abſcondita, Nero in auream mutaſſet. Idcircò *regimen* tanquam maximè neceſſarium, & *ſine quo*, Ciceronis judicio, *nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt*; ejusq; in utroque populo Naturam & genium inveſtigare utilius fuerit: quanquam quod intimos pandere receſſus, & penitiſſima ingredi ſacraria neq; per inexpertam ætatem poſſum, neq; temporis ſpatium permittit, ſupremos tantum colores, Vobis polliceor.

Conſtat autem inter emunctiorum narium Politicos, ac conſentit prudentiſſimus, rerumq; humanarum peritiſſimus, Polybius, *eam verè felicem* eſſe Rempublicam, quæ non uno ac ſimplici genere conſtet, ſed ex omnib⁹, regali, optimatum, & populari ſit concinnata. *Quemadmodum enim* (inquit illle) *rubigo ferro, coſſi & teredines, ligno congenitæ peſtes, inſunt; adeò ut quamvis nihil extrinſecus illa læſerit, per ea tamen quæ cum ipſis ſunt nata, intereant: ſic etiam naturæ legibus ſimul cum ſingulis Rerum-publi-*

Digitized by Google

publicarum formis naſcitur aliquod vitium, quod aſſiduè illas comitatur: puta regnum, monarchicus qui dicitur ſtatus; optimatium principatum, dominatio paucorum; imperium populi, ferinæ ſimilis potentia, quando obtinet violentia manuum, in quæ vitia ſingulæ Rerumpublicarum formæ tandem converſæ mutentur neceſſe eſt. Hæc quum providiſſet Lycurgus, Spartanorum legislator, non ſimplicem neq; uniformem Rempublicam conſtituit: ſed optimarum quarumq; Rerumpublicarum virtutes omnes ac proprietates in unum copulavit: ne ſi qua illarum ſupra modum augeretur, ad vitia congenita deflecteret: ſed dum cujuſq; vis mutuo omnium niſu in contrarium retrahitur, nulla pars illarum vergat uſquam, aut nimium propendeat; verùm æquis ponderibus librata, & æqua lance ſuſpenſa quàm diutiſſimè Reſpublica duraret; non ſecus ac fieri ſemper amat in navibus, quas hinc & inde par vis ventorum impellit. Nam Reges quidem, ne ſuperbè atq; impotenter agerent, metus populi, cui & ipſi ſuæ partes in civitate erant attributæ, impediebat: Populus verò, ne Reges contemneret, metu Seniorum cohibebatur: qui cùm eſſent omnes in eum ordinem allecti propter virtutem, juſtiori utique parti ſe erant adjuncturi.

Eadem Reipublicæ forma maximum Romanis attulit momentum non ſolùm ad dominatum Italiæ Siciliæq; bello Punico ſecundo ſecu-

recuperandum: Hiſpaniam præterea & Galliam, ſuæ ditioni ſubjicendam: ſed tandem etiam poſt devictos Pœnos, ad cogitationem de totius terrarum orbis imperio ſuſcipiendam. Nam, cùm ad Conſulum poteſtatem oculos referimus, prorſus monarchica & regia videtur ea eſſe: cùm ad auctoritatem Senatus, regimen optimatium: cum ad populi imperium, liquidò putet aliquis ſtatum eſſe popularem.

Eadem igitur mixtura temperata Batavorum Reſpublica, conſenſu diſſimilimorum quàm pulcerrimè concinit: ac primi quidem ſive regalis generis notæ in ſummis exercituum ductoribus apparent *Guilielmo*, *Mauritio*, & nunc *ejus fratre*, heroibus verè magnanimis; quorum arbitrio & nutu omnia poſt acceptum imperium militiæ terra mariq; gubernantur: Secundi, ſive Optimatis ſigna, in ipſis Ordinibus ſive Legatis, qui à provinciis fœderatis miſſi pietate inſignes, probitate venerandi, doctrina ſingulares, rerum experientia planè ſtupendi, de omnibus rebus agundis conſilia ineunt; viasque iis benè feliciterque perficiundis cum cura diligentiaque ſternunt: Tertii denique, ſive popularis indicia, in ipſis civitatibus; queis non præconſultis majora negotia inſolens tractare, nefas pertractare. Atq; ita ad *Spartanæ Reipublicæ* diſciplinam (quam in *annũ quingenteſimũ* Lycurgus propagavit,) com-

Digitized by Google

compoſita, in optimo & beatiſſimo ſtatu (talis non ſolùm, quem modò laudavimus, Polybio, ſed & Platoni ac Ciceroni multiformis ille viſus) Batavia quieſcit.

Ut verò & alios Græciæ populos & illos ipſos, quos ut optimum benè conſentientis Reipublicæ exemplar Strabo, Plutarchus idemque Polybius proponunt, hoc eſt, *Achæos*, comparem, novimus, eosdem compoſitas è diverſis urbibus civitates per concilium & legatos urbium rexiſſe, ac principatum, legum fine circumſcriptum, optimatium imperio adjunxiſſe. Quam quidem convenientiam, quum Juſtini locum, de Achæorum validiſſimo corpore loquentem, nota illuſtrat, tangere mihi videtur Argentinenſis Academiæ clariſſimum lumen, MATTHIAS BERNECCERUS; & in ſuo de Antiquitate Reipublicæ Batavicæ nobis propinat Orbis eruditi miraculum, HUGO GROTIUS, ubi & fœderatorum Ordinum conſeſſum Amphictyonico conventui ex amuſſim reſpondere ait.

Poſt conſtitutionem Reipublicæ ſi utriusq; populi ſtudia, quà Togata quà Militaria conſidero, duo ex illis præcipua nobis occurrunt, Mercatura & Literæ. Neq; verò hic Mercaturam intelligimus ſordidam, abjectam &, Ciceronis verbo, non niſi mentiendo proficientem; ſed cujus honeſtatem ipſe Imperator

Con-

Conſtantinus agnoſcit in Codice, fulcrum Reipublicæ, animam diſciplinæ militaris, ipſarum etiam literarum, quas inter inopes frigere neceſſe eſt, unicum ſubſidium. Apud Græcos *Corinthum, aggerem nobiliſſimæ felicitatis*, appellatam novimus; quod propter cõmoditatem duorum portuum quotidiè ex Italia atq; Aſia ingens hominum mercatorũq; turba, tanquã ad publicum Græciæ emporium, confluerent; indeq; rurſus omnia venalia exportarent. Quin ipſos regio ſanguine oriundos mercium advehendarum cauſa naves conſcendiſſe, *exemplum Demarati* luculenter oſtendit, qui Bacchiadarum, hoc eſt, decantatiſſimi illius Herculis ſoboles in Hetruriam Corintho navigans, tantum è negotiationibus partarum opum intulit, ut & ipſe dominus urbis, quæ eum receperat, factus ſit; & filio ejus Lucio Tarquinio Priſco Populus Romanus regnum commiſerit.

Verùm ſicut hac in re ſuam Græciæ laudem non ſubduco; ita cùm videam & ſciam, liberiorem in terrarum orbem Batavorum eſſe excurſum, & quæ ſuprà de navigationibus dixi, in æquitatis ſtatera collocari debeant, neminem reor ſuffragio ſuo iiſdem Principatum non decreturum. Silebo hîc *Dordrechtum* & *Harlemum*, lanificio & pannorum confectione clariſſimas; ſilebo *Delfium*, *Goudam*, & *Gorichum*, quas annonarias rectè quiſpiam dixerit; ſile-

ſilebo alia, quæ concurrunt & affluunt & adeò multa ſunt, ut loquacem Fabium delaſſare queant: unicum *Amſtelodamum* mihi videte, quis ex Oceano in canales, & è canalibus in Oceanum intrantium navium numerus? Sanè quod
„ Polemon Sophiſta (apud Galenum) de *Roma* dixit, eſſe *Orbis Compendium & Epitomen*; item, *in ea omnes urbes eſſe collocatas*:
„ id ego lubens meritò de *Amſtelodamo* uſurparim, ob nimiam hominum copiam, quæ
„ ex Gallia, Anglia, Luſitania, Hiſpania, Polonia, Livonia, Norvegia, terris Hanſeaticis, Suecia, aliiſq; Septentrionalibus regionibus; præterea è remotiſſimis Maronitis &
„ Arabibus, Syris & Æthiopibus, Perſis & Indis hîc appellit; adeoq; Urbem conſtituit,
„ quod Orbis eſt.

Hæc de mercatura gentis utriuſq; accepimus; nunc, quantum altera alteram literarum ſtudiis antecellat, proſequar ego quidem majori voluptate, ſed non pari Oratione, quam magnitudine Batavica dignam ſolus promittere Batavus poteſt, & Virtutem tantam intelligens. Græcos igitur conſtat diſciplinarum opifices, doctrinarum inventores, artiumq; principes habitos: ab iis humanitatem, religionem, jura, leges, ortas; *Athenis natas quaſi & educatas Muſas*, ſive, ut Philo ait, *quod in oculo pupilla, in animo mens, id in Græcia Athenas fuiſſe*, ob ſapien-

ſapientiæ & literarum ibidem omnium ſedem.

Ipſe M. Tullius, cujus dictionemGratiæ formaſſe iis manibus videntur, quibus Veneri miniſtrant, fateri non erubuit, facultatem dicendi, atq; omnes orationis lepores, à Græcis hauſiſſe; dediſſeq; operam unicè, ut quaſi clavam Herculi, ſic Græcorum nationi decus eloquentiæ eriperet. Erant Ciceronis ævo funeſta jam Reipublicæ tempora; ſcripſerat Attalus heredem Populum Romanum, ſed ille cum theſauris libidinem, ambitum, contentionem, & omnia ſcelera invexerat; proſtrata ferro jacuit Carthago, Roma vitiis: Antiochus ultra Taurum longè remotus felicem ſe, & magna cura liberatum, prædicabat; victor gentium populus, cui ſatius fuiſſet Aſiam nunquã videre,quã relictæ ab Antiocho infelicitati ſuccedere. Mox fœdior illi à Jugurthæ pecunia morum ſtrages, quàm Jugurthæ à Marii triumpho, catenis & Albano carcere miſeria fuit. Tum & numariæ menſæ in comitiis poſitæ, ſenes obliti libertatis, nulla in foro pax, nulla in Senatu concordia, nulla in priſcis judiciis moderatio, noxiis civibus inſeſſa curulis, negata innocentibus, ſuppreſſi undiq; boni. Tandem in ſe converſus populus Marianis atque Sullanis manibus quaſi per rabiem & furorem ſemetipſum, heu nefas! lacerabat. Hoc audiuc,

dire, hoc videre Cicero etiamnum juvenis, ſed pernici virtutis curſu ætatem ſupergreſſus, *vitia*, inquit, *in tenuem recepta tramitem latè evagandi ſpatium ſumunt; non hic conſiſtent exempla, unde cœperunt: neque in poſterum deerunt publicæ ſecuritatis ſcopuli.* Sed nihil unquam aſpectu horribilius, aut cogitatione triſtius, quàm malos inſultare bonorum exiliis. Quid ſi tibi in communi patriæ incendio è Græcia, tanquam omni ſcientiarum & artium Oceano, quidam prudentiæ rivulus fluat? Habeo ante oculos, cujus eloquentia Piræus, conſilium Cecropia, magnitudo animi & vigilantia inſtar Themiſtoclis & Ariſtidis fuit. Ita multus in pectore Ciceronis erat Demoſthenes: hujus fulmina & tonitrua noctu in ſomnis occurrebant; nec minus adverſus improbas ſpes, fraudem & perfidiam Philipporum ſuorum pugnare, Reipub. munimento eſſe, bonos erigere ſe poſſe, formata ad Græcum morem facundia, credebat. Quæ cum omnia ſagacitate mirabili expendiſſet, impulit eum paulò poſt fortuna in potentiſſimos homines, nulla non pars fori aliquo actionis inclytæ ſignata veſtigio erat; paſſim circum roſtra patrocinia, paſſim clientelæ, ſed maximum beneficiorum omnium fuit LATINUS DEMOSTHENES. Jàm verò & Reipublicæ funus ambiebant Catilina, Lentuli, Cethegi, commota horribilia ſacra,

ſacra, circumlatus humanus ſanguis, actumque erat de pulcerrimo imperio; niſi Cicero in parricidas Demoſthenis ſui tela vibraſſet. Tandem hanc gloriam transmiſſurus in poſteros, filium quoque ad commune illud diſciplinarum emporium, Athenas, miſit; ubi animum præceptis, ſermonem uberrima verborum fruge ad ſuum paſceret & imbueret exemplum.

Quid nunc alios Vobis commemorem, *Auditores:* an Marcum Brutum, Titum Pomponium Atticum, Antonium, & illos conſecuta ſæcula? Quanquam enim ſub Cæſaribus *Maſſilia* non exiguum detrimentum dederit, quò plerique, ludo iſthic literario inſtituto, commigrarunt; fuére tamen, qui Græciam, non tam famæ vetuſtate, quàm doctrinæ ſplendore, ducti anteponerent. Hodiè verò cum everſa ſit illa ſedes ac magiſtra ſtudiorum, nihilominus in doctorum ore frequens Græciæ nomen, illius monumenta ulnis & amplexibus ſuis (ut præ ſexcentis unum nominem, qui omnium inſtar unus eſt) JOSEPHUS SCALIGER involvit. Cujus viri judicium & honor præ cæteris omnibus Græciæ habitus impedimento haud fuerit, quò minus hac in parte BATAVOS in comparationem venire jubeam, imò præferre audeam.

Q. Terentium Culleonem accepiſtis, quia captus à Carthaginienſibus, à Scipione Afri-

cano fuerat recuperatus, ejuſdem triumphantis currum ſecutum eſſe pileo capiti impoſito, omnique deinde vita libertatis auctorem coluiſſe. Id dignum cenſet Livius, optimum exemplum Valerius; nec ego indignum vel peſſimum fecero, ſi pileatam Græciam currum triumphantis BATAVIÆ ſequi, eique libertatis ſuæ, tanquam patronæ accepti beneficii confeſſionem, ſpectante univerſo mundo reddere, fas & decorum eſſe dicam. Cogitate, quæſo, ſuperiora tempora, quibus in perniciem literarum non itum, ſed prolapſum eſt:
„ quum Furia Babylonica, æternum Romuli
„ Remiq; opprobrium, *Paulus II.* humanita-
„ tis ſtudia omnia ad tibicines & pollinctores
„ mitteret, hæreticos uno nomine procla-
„ mans iis deditos, & *ſatis eſſe*, dicens, *ſi ju-*
„ *ventus legere & ſcribere didiciſſet*: quum
„ etiam Clerici, in Sacrorum adminſtratione
„ miſerè alucinarentur, neque ſolennis qui-
„ dem formulæ gnari, quæ Baptiſmi fonte
„ tingendis adhibetur, fœdè deartuatam cor-
„ ruptamq; balbutirent. Ac quoniam iſta pro-
„ digia muniebat dictatoria quædam poteſtas,
„ quam, ſtantibus literis, exercere non pote-
„ rant aut ſecura eſſe, ne aliorum ſapientia
„ cellæ & cuculli ſui fines tranſiliret: idcircò
„ in monumenta veterum graſſari, & Gothica
„ feritate Bibliothecas urere, *fulcrum auctori-*
tatis

ratis erat. Quicquid in fumos non abiit, ei vel mulieres ad tegenda aromata & hujusmodi alia intentabant manus; vel ſcabiem ſuam putidi affricabant interpretetes. Tantum ubique adſperſum macularum, tantum ſalivæ ac ſordium, truncata paſſim elegantia, ſubtra loquentium majeſtas; ut, ſi veteribus ab inferis fuiſſet reditus, ne lineam quidem ſuam dixiſſent. Donec ingenti DEI munere, terrarum orbem ex infami veterno reſuſcitare cupientis, Belgici ſurrexerunt Hercules, qui in Barbariem magno impetu facto, regnum ejus tot ſæculis confirmatum, non integro ſæculo pesſundederunt.

O quam arcto vos circumſcripſi titulo! Auſi eſtis majus Herculeo facinus; & iter ad æternitatem dediſtis, quos jam conclamatos & conditos credebamus. Veſtro labobore ad res pucerrimas, ex tenebris ad lucem erutas, deducimur: nullo nobis ſæculo interdictum eſt, jam in omnia admiſſis. Per Vos acrimoniam, robur, ac celeritatem Demoſthenes, ſerenitatem Plato, gravitatem Thucydides, nectar Xenophon, Achillem & Ulyſſem Homerus, aratrum Heſiodus, delicias Anacreon, riſum Ariſtophanes, lyram Pindarus, alii alia (ingentem enim rerum à Vobis præclarè geſtarum ſeriem abrumpere cogor) feliciter recuperarunt. Taceo Latinorum turbam, qui-

cano fuerat recuperatus, ejuſdem triumphantis currum ſecutum eſſe pileo capiti impoſito, omnique deinde vita libertatis auctorem coluiſſe. Id dignum cenſet Livius, optimum exemplum Valerius; nec ego indignum vel peſſimum fecero, ſi pileatam Græciam currum triumphantis BATAVIÆ ſequi, eique libertatis ſuæ, tanquam patronæ accepti beneficii confeſſionem, ſpectante univerſo mundo reddere, fas & decorum eſſe dicam. Cogitate, quæſo, ſuperiora tempora, quibus in perniciem literarum non itum, ſed prolapſum eſt: „ quum Furia Babylonica, æternum Romuli „ Remiq; opprobrium, *Paulus II.* humanita„ tis ſtudia omnia ad tibicines & pollinctores „ mitteret, hæreticos uno nomine procla„ mans iis deditos, & *ſatis eſſe*, dicens, *ſi ju„ ventus legere & ſcribere didiciſſet*: quum „ etiam Clerici, in Sacrorum adminſtratione „ miſerè alucinarentur, neque ſolennis qui„ dem formulæ gnari, quæ Baptiſmi fonte „ tingendis adhibetur, fœdè deartuatam cor„ ruptamq; balbutirent. Ac quoniam iſta pro„ digia muniebat dictatoria quædam poteſtas, „ quam, ſtantibus literis, exercere non pote„ rant aut ſecura eſſe, ne aliorum ſapientia „ cellæ & cuculli ſui fines tranſiliret: idcircò „ in monumenta veterum graſſari, & Gothica „ feritate Bibliothecas urere, *fulcrum auctoritatis*

tatis erat. Quicquid in ſumos non abiit, ei vel mulieres ad tegenda aromata & hujusmodi alia intentabant manus; vel ſcabiem ſuam putidi affricabant interpretetes. Tantum ubique adſperſum macularum, tantum ſalivæ ac ſordium, truncata paſſim elegantia, ſubtraloquentium majeſtas; ut, ſi veteribus ab inferis fuiſſet reditus, ne lineam quidem ſuam dixiſſent. Donec ingenti DEI munere, terrarum orbem ex infami veterno reſuſcitare cupientis, Belgici ſurrexerunt Hercules, qui in Barbariem magno impetu facto, regnum ejus tot ſæculis confirmatum, non integro ſæculo pesſundederunt.

O quam arcto vos circumſcripſi titulo! Auſi eſtis majus Herculeo facinus; & iter ad æternitatem dediſtis, quos jam conclamatos & conditos credebamus. Veſtro labobore ad res pucerrimas, ex tenebris ad lucem erutas, deducimur: nullo nobis ſæculo interdictum eſt, jam in omnia admiſſis. Per Vos acrimoniam, robur, ac celeritatem Demoſthenes, ſerenitatem Plato, gravitatem Thucydides, nectar Xenophon, Achillem & Ulyſſem Homerus, aratrum Heſiodus, delicias Anacreon, riſum Ariſtophanes, lyram Pindarus, alii alia (ingentem enim rerum à Vobis præclarè geſtarum ſeriem abrumpere cogor) feliciter recuperarunt, Taceo Latinorum turbam, qui-

bus mortalitas eadem manu extenſa, ſeu veritus in immortalitatem verſa; ſolùm cum Græcis mihi res eſt, quos Batavos ut Servatores ſuos comiter obſervare debere probatum ivi. Præterea quoque nunquam ſine horrore quodam & religione aliis nominata heroum nomina, tam latè hucusque disſeminatis & ſparſis per Bataviam ingeniis, ut literæ ibi quaſi nidificasſe videantur. Interim ut Auguſtus eorum omnium ſtatuas, qui Imperium populi Romani ex minimo maximum feciſſent, triumphali imagine, in utraque ſui fori porticu dedicavit, rationemque conſilii ſui eam eduxit; ut illorum velut ad exemplar, & ipſe dum viveret, & inſequentis ætatis Principes à civibus exigerentur: ita me nō dicente univerſusOrbis ſolidæ eruditionis aſſertores, nemine excluſo, venerabitur & oſtendet non ſolùm in ære ſpirantes, quæ miſera vita eſt; ſed etiam in eruditis ſuis monumentis, in quæ nihil flammis, nihil ſeneſtuti, nihil etiam ſucceſſoribus licet, oculis ſeræ poſteritatis admovebit.

Supereſt, ut utriusque populi res militares æſtimemus: ſed quum ego *Polemonis* ſortem extimeſcam, qui licet ſub umbra educatus eſſet, tamen Punica declamare volens, ab Annibale riſus eſt; ſufficiet adduxiſſe, quod Livius nobis ſuggerit, Alexandrum Epiri Regem, mortifero vulnere ictum, de Alexandri

Magni,

Magni, cognati ſui, rebus in Aſia geſtis ſic judicaſſe, ut cum feminis ei bellum fuiſſe diceret. Ita nemo Marathonios campos cum *Flandria* ac *Brabantia*, nemo Salaminem, Mycalem & Platæas cum *Gadibus, Nova Zembla, & utraque India;* nemo Miltiadem aut Themiſtoclem, aut Cimonem cum *Naſſoviis* heroibus, *Gulielmo, Mauritio*, ac *Henrico Friderico;* nemo Darium, Xerxem, & Longimanum cum *tribus Philippis*, nemo Aſiaticos cum *Hiſpanis* comparaverit. Nondum enim gloria Hiſpaniæ cecidit, nihil degenerarunt à majoribus poſteri; quos facilius vita, quàm armis ſpoliaveris:

Prodiga gens animi, & properare facillima mortem,
Namque ubi tranſcendit florentes viribus annos,
Impatiens ævi ſpernit noviſſe ſenectam,
Et fati modus in dextra eſt - -

At quod à Perſis periculum, quæ virtutis exercendæ officina, quum Reges mulierum ac ſpadonum agmen traherent, inter purpuram atque aurum enervati fortunæ ſuæ apparatibus, præda verius, quàm hoſtis? Quæ cum ita ſint, nihil erit, quod tantum in ulteriora impetum faciamus, ut tanquam in ſterili virtutum, factorumque ſæculo neminem laudemus,

præter dudum mortuos: Sit antiquitas Pia, Felix, Auguſta; ſed non ſola, neq; ævo noſtro, quod ſimilibus triumphis; imò, ut ſatis ſuperq; demonſtravi, majoribus impletur, & glorioſiſſimis factis extenditur, tam ignominioſè oculos invideamus. Ego Te, BATAVIA, profligatrix Barbarorum, Heſperiæ terror, Regum & principum Gymnaſium; ego Te, Novi Orbis decus, inclutæ parentis incluta ſoboles, omnium temporum v t [illegible], præ mille transmarinis æſtimo, veneror, adoro. Et quoniam tuis meritis, quibus aureum ſæculum effeciſti, nihil rependere nunc licet, præter populare votum: Age, miraculorum tuorum ſcenam & in poſterum feliciter explica, tuta ab externis inſidiis, internis ſimultatibus, & qui Græciam maximè deſtruxerunt, à DEMAGOGIS!

DECLAMATIUNCULA IN BESSUM,

qua extat in C. A. Ruperti Obſervat. ad Hiſt. univerſalis Synopſin Beſoldianam Cap. VII. pag. 167.

REgni Perſici fundamentum erat, *unum imperare; cæteros omnes obſequi*; & ad ſervitutis opprobrium. Nemo ex animi ſententia conſilium dabat; quod reverentiam Regiæ majeſtati debi-

debitam, libertas oblivisci videretur. Fuerunt, qui flagellis ad multum sanguinem cæsi, pro injuria, tanquam beneficio, gratias agerent. Quòd enim parenti, patriæ, & Numini, post Solem, maximo, adhuc in memoria sint, hinc se percipere credebant, & lætabantur; sed nondum intelligis, quid in servitute Persica postremum fuerit. Majus est, quòd *Praxaſpes*, purpuratorum Princeps, ob conceptum alioqui impetum, & salutaris consilii confidentiam, spectare coactus est, filium sagitta peti; nec spectare tantùm, sed (fidem veram, ô superi!) laudare ferientis tyranni manum.

Hæreditaria illa feroica fuit *Cambyſi*, si quid Græcorum narrationibus damus. Nam *Aſtyages*, proavus *Harpago* in cœna filium epulandum apposuerat; & iste non tam linguam in officio, quàm vultum in colore pristino retinuit. Minus adhuc dixi: Veritus, ne doloris magnitudinem parum artificiosè tegens, in reliquias suæ domus immanissimum carnificem immitteret; deprædicavit etiam apparatum & suavitatem cœnæ. Nunc tu mihi considera mutatas rerum vices! *Bagoas* (mancipiorum omnium postremus, &, quod indignissimum, semivir) oblitus, Regum capitibus divinam quandam & inviolabilem majestatem, suo verò collo jugum congenitum; nec veritus ultorem, quisquis succedit in Regem, & auctorem po-

tentiæ ſuæ, ſceleratiſſimum facinus non tantum concipit; ſed exequitur. Cùm infimæ ſortis homuncio regnum ſibi vindicare non poſſet, ſui beneficii facit. Cæterum *non ibi conſiſtunt exempla, ubi cœperunt; & qui magnum ſcelus patravit, vix unquam ſolus fuit. Uti prima via malum parturientibus ardua & impedita ſunt; ita ſemel introducto non deſunt leviſſimi, qui frequenter exerceant.*

En, Darii flebile cadaver in proximo! annon Regi potentiſſimo perniciem maturavit interfecti Regis exemplum? *Bagoam* evexit Ochus, *Beſſum* Darius. Uterq; beneficii ſui parem gratiam tulit, & *in Beſſo revixit Bagoas.* Jam fortuna Darii domum inſigniter attriverat; cæſæ toto Oriente Perſarum copiæ; intima regni Macedonibus reſerata; capta cum infinitis theſauris Perſepolis; nec quicquam victori ultrà metuendum, niſi quod Darius viveret. Hac cum moleſtia quis exiſtimaret ſic liberandum? Darius, hoſtibus expeditiſſimis & Alexandro, quid? niſi vel Herculi, vel ipſi Marti obductus & ſubductus, licet in extremis regni; ſui tamen, & à ſuo primum vincitur, deinde configitur. O prodigium! ô hominem! ô furiam! *Itane telum, nec animum ad memoriam tot beneficiorum hebetari? nec aliam victimam, quàm Regem, quàm Patriæ Patrem; quàm illum, etiam ſceleratiſſimorum ſicariorum opinione, partici-*

pem

peni ſiderum, fratrem Solis ac Lunæ, crudelitati & ambitioni mactari potuiſſe?

Beſſus Satraparum princeps erat: Beſſus Bactrianis præfectus erat. Certè *nullam injuriam acceperat, niſi quod Darius nimiis debitis onerarat; quæ Beſſum & vivere & mori illi obnoxium cogerent. Tot beneficiorum vincula nefario telo abrupit; & nomina; quæ expedire non potuit, ſanguine regio obruit, ac delevit.* Debebat Rex fortunæ atrociſſimam pœnam, cujus blanditiis irretitus, jugum tota cervice recepit: Debebat imprudentiæ ſuæ, quod contra mojorum artes nimium benignus in ſervos, nullum ultrà creſcendi ſpem reliquit; niſi quæ Regem peteret. Sed non potuit hoc *victoriæ compendium* placere Alexandro; qui monarchiæ ſuæ munimentum ratus, ſi parricidarum ſupplicio, quantumvis inimici Regis manibus parentaret. Beſſum captum Oxyathri excruciandum tradidit; nec dilata pœna, &

QUI. DIADEMA. SPERARAT.
SCELERIS. PRETIUM.
CRUCEM. TULIT.

Hunc infami ligno dignum titulum arbitramur; at Darii monumento ultimum, quod Polyſtratus excepit, ſuſpirium, meritò inſcribimus:

VIVEREM. DARIUS. CODOMANUS.
PERSARUM. REX.
NI. SERVUS. BENEFICIO. MEO.
NIMIS. LAUTE. VIXISSET.

dire, hoc videre Cicero etiamnum juvenis, ſed pernici virtutis curſu ætatem ſupergreſſus, *vitia*, inquit, *in tenuem recepta tramitem latè evagandi ſpatium ſumunt; non hic conſiſtent exempla, unde cœperunt: neque in poſterum deerunt publicæ ſecuritatis ſcopuli.* Sed nihil unquam aſpectu horribilius, aut cogitatione triſtius, quàm malos inſultare bonorum exiliis. Quid ſi tibi in communi patriæ incendio è Græcia, tanquam omni ſcientiarum & artium Oceano, quidam prudentiæ rivulus fluat? Habeo ante oculos, cujus eloquentia Piræus, conſilium Cecropia, magnitudo animi & vigilantia inſtar Themiſtoclis & Ariſtidis fuit. Ita multus in pectore Ciceronis erat Demoſthenes: hujus fulmina & tonitrua noctu in ſomnis occurrebant; nec minus adverſus improbas ſpes, fraudem & perfidiam Philipporum ſuorum pugnare, Reipub. munimento eſſe, bonos erigere ſe poſſe, formata ad Græcum morem facundia, credebat. Quæ cum omnia ſagacitate mirabili expendiſſet, impulit eum paulò poſt fortuna in potentiſſimos homines, nulla non pars fori aliquo actionis inclytæ ſignata veſtigio erat; paſſim circum roſtra patrocinia, paſſim clientelæ, ſed maximum beneficiorum omnium fuit LATINUS DEMOSTHENES. Jam verò & Reipublicæ funus ambiebant Catilina, Lentuli, Cethegi, commota horribilia

ſacra,

ſacra, circumſlatus humanus ſanguis, actumque erat de pulcerrimo imperio; niſi Cicero in parricidas Demoſthenis ſui tela vibraſſet. Tandem hanc gloriam transmiſſurus in poſteros, filium quoque ad commune illud diſciplinarum emporium, Athenas, miſit; ubi animum præceptis, ſermonem uberrima verborum fruge ad ſuum paſceret & imbueret exemplum.

Quid nunc alios Vobis commemorem, *Auditores*: an Marcum Brutum, Titum Pomponium Atticum, Antonium, & illos conſecuta ſæcula? Quanquam enim ſub Cæſaribus *Maſſilia* non exiguum detrimentum dederit, quò plerique, ludo iſthic literario inſtituto, commigrarunt; fuére tamen, qui Græciam, non tam famæ vetuſtate, quàm doctrinæ ſplendore, ducti anteponerent. Hodiè verò cum everſa ſit illa ſedes ac magiſtra ſtudiorum, nihilominus in doctorum ore frequens Græciæ nomen, illius monumenta ulnis & amplexibus ſuis (ut præ ſexcentis unum nominem, qui omnium inſtar unus eſt) JOSEPHUS SCALIGER involvit. Cujus viri judicium & honor præ cæteris omnibus Græciæ habitus impedimento haud fuerit, quò minus hac in parte BATAVOS in comparationem venire jubeam, imò præferre audeam.

Q. Terentium Culleonem accepiſtis, quia captus à Carthaginienſibus, à Scipione Afri-

cano fuerat recuperatus, ejuſdem triumphantis currum ſecutum eſſe pileo capiti impoſito, omnique deinde vita libertatis auctorem coluiſſe. Id dignum cenſet Livius, optimum exemplum Valerius; nec ego indignum vel peſſimum fecero, ſi pileatam Græciam currum triumphantis BATAVIÆ ſequi, eique libertatis ſuæ, tanquam patronæ accepti beneficii confeſſionem, ſpectante univerſo mundo reddere, fas & decorum eſſe dicam. Cogitate, quæſo, ſuperiora tempora, quibus in perniciem literarum non itum, ſed prolapſum eſt:
„ quum Furia Babylonica, æternum Romuli
„ Remiq; opprobrium, *Paulus II.* humanita-
„ tis ſtudia omnia ad tibicines & pollinctores
„ mitteret, hæreticos uno nomine procla-
„ mans iis deditos, & *ſatis eſſe*, dicens, *ſi ju-*
„ *ventus legere & ſcribere didiciſſet*: quum
„ etiam Clerici, in Sacrorum adminſtratione
„ miſerè alucinarentur, neque ſolennis qui-
„ dem formulæ gnari, quæ Baptiſmi fonte
„ tingendis adhibetur, fœdè deartuatam cor-
„ ruptamq; balbutirent. Ac quoniam iſta pro-
„ digia muniebat dictatoria quædam poteſtas,
„ quam, ſtantibus literis, exercere non pote-
„ rant aut ſecura eſſe, ne aliorum ſapientia
„ cellæ & cuculli ſui fines tranſiliret: idcirco
„ in monumenta veterum graſſari, & Gothica
„ feritate Bibliothecas urere, *fulcrum auctori-*

tatis

Digitized by Google

tatis erat. Quicquid in fumos non abiit, ei vel mulieres ad tegenda aromata & hujusmodi alia intentabant manus; vel ſcabiem ſuam putidi affricabant interpretetes. Tantum ubique adſperſum macularum, tantum ſalivæ ac ſordium, truncata paſſim elegantia, ſubtraloquentium majeſtas; ut, ſi veteribus ab inferis fuiſſet reditus, ne lineam quidem ſuam dixiſſent. Donec ingenti DEI munere, terrarum orbem ex infami veterno reſuſcitare cupientis, Belgici ſurrexerunt Hercules, qui in Barbariem magno impetu facto, regnum ejus tot ſæculis confirmatum, non integro ſæculo pesſundederunt.

O quam arcto vos circumſcripſi titulo! Auſi eſtis majus Herculeo facinus; & iter ad æternitatem dediſtis, quos jam conclamatos & conditos credebamus. Veſtro labobore ad res pucerrimas, ex tenebris ad lucem erutas, deducimur: nullo nobis ſæculo interdictum eſt, jam in omnia admiſſis. Per Vos acrimoniam, robur, ac celeritatem Demoſthenes, ſerenitatem Plato, gravitatem Thucydides, nectar Xenophon, Achillem & Ulyſſem Homerus, aratrum Heſiodus, delicias Anacreon, riſum Ariſtophanes, lyram Pindarus, alii alia (ingentem enim rerum à Vobis præclarè geſtarum ſeriem abrumpere cogor) feliciter recuperarunt. Taceo Latinorum turbam, qui-

bus mortalitas eadem manu extenſa, ſeu verius in immortalitatem verſa; ſolùm cum Græcis mihi res eſt, quos Batavos ut Servatores ſuos comiter obſervare debere probatum ivi. Prætereo quoque nunquam ſine horrore quodam & religione aliis nominata heroum nomina, tam latè hucusque diſſeminatis & ſparſis per Bataviam ingeniis, ut literæ ibi quaſi nidificasſe videantur. Interim ut Auguſtus eorum omnium ſtatuas, qui Imperium populi Romani ex minimo maximum feciſſent, triumphali imagine, in utraque ſui fori porticu dedicavit, rationemque conſilii ſui eam eduxit; ut illorum velut ad exemplar, & ipſe dum viveret, & inſequentis ætatis Principes à civibus exigerentur: ita me nō dicente univerſus Orbis ſolidæ eruditionis aſſertores, nemine excluſo, venerabitur & oſtendet non ſolùm in ære ſpirantes, quæ miſera vita eſt; ſed etiam in eruditis ſuis monumentis, in quæ nihil flammis, nihil ſeneſtuti, nihil etiam ſucceſſoribus licet, oculis ſeræ poſteritatis admovebit.

Supereſt, ut utriusque populi res militares æſtimemus: ſed quum ego *Polemonis* ſortem extimeſcam, qui licet ſub umbra educatus eſſet, tamen Punica declamare volens, ab Annibale riſus eſt; ſufficiet adduxiſſe, quod Livius nobis ſuggerit, Alexandrum Epiri Regem, mortifero vulnere ictum, de Alexandri

Magni,

Magni, cognati ſui, rebus in Aſia geſtis ſic judicaſſe, ut cum feminis ei bellum fuiſſe diceret. Ita nemo Marathonios campos cum *Flandria* ac *Brabantia*, nemo Salaminem, Mycalem & Platæas cum *Gadibus*, *Nova Zembla*, & *utraque India*; nemo Miltiadem aut Themiſtoclem, aut Cimonem cum *Naſſoviis* heroibus, *Gulielmo*, *Mauritio*, ac *Henrico Friderico*; nemo Darium, Xerxem, & Longimanum cum *tribus Philippis*, nemo Aſiaticos cum *Hiſpanis* comparaverit. Nondum enim gloria Hiſpaniæ cecidit, nihil degenerarunt à majoribus poſteri; quos facilius vita, quàm armis ſpoliaveris:

Prodiga gens animi, & properare faciliima mortem,
Namque ubi tranſcendit florentes viribus annos,
Impatiens ævi ſpernit noviſſe ſenectam,
Et fati modus in dextra eſt - -

At quod à Perſis periculum, quæ virtutis exercendæ officina, quum Reges mulierum ac ſpadonum agmen traherent, inter purpuram atque aurum enervati fortunæ ſuæ apparatibus, præda verius, quàm hoſtis? Quæ cum ita ſint, nihil erit, quod tantum in ulteriora impetum faciamus, ut tanquam in ſterili virtutum, factorumque ſæculo neminem laudemus,

 præter

Digitized by Google

præter dudum mortuos: Sit antiquitas Pia, Felix, Auguſta; ſed non ſola, neq; ævo noſtro, quod ſimilibus triumphis; imò, ut ſatis ſuperq; demonſtravi, majoribus impletur, & glorioſiſſimis factis extenditur, tam ignominiosè oculos invideamus. Ego Te, BATAVIA, profligatrix Barbarorum, Heſperiæ terror, Regum & principum Gymnaſium; ego Te, Novi Orbis decus, inclutæ parentis incluta ſoboles, omnium temporum v t, præ mille transmarinis æſtimo, veneror, adoro. Et quoniam tuis meritis, quibus aureum ſæculum effeciſti, nihil rependere nunc licet, præter populare votum: Age, miraculorum tuorum ſcenam & in poſterum feliciter explica, tuta ab externis inſidiis, internis ſimultatibus, & qui Græciam maximè deſtruxerunt, à DEMAGOGIS!

DECLAMATIUNCULA IN BESSUM,

qua extat in Cl A. Ruperti Obſervat. ad Hiſt. univerſalis Synopſin Beſoldianam Cap. VII. pag. 167.

REgni Perſici fundamentum erat, *unum imperare; cæteros omnes obſequi*; & ad ſervitutis opprobrium. Nemo ex animi ſententia conſilium dabat; quod reverentiam Regiæ majeſtati debi-

debitam, libertas oblivisci videretur. Fuerunt, qui flagellis ad multum ſanguinem cæſi, pro injuria, tanquam beneficio, gratias agerent. Quòd enim parenti, patriæ, & Numini, poſt Solem, maximo, adhuc in memoria ſint, hinc ſe percipere credebant, & lætabantur; ſed nondum intelligis, quid in ſervitute Perſica poſtremum fuerit. Majus eſt, quòd *Praxaſpes*, purpuratorum Princeps, ob conceptum alioqui impetum, & ſalutaris conſilii confidentiam, ſpectare coactus eſt, filium ſagitta peti; nec ſpectare tantùm, ſed (fidem veram, ô ſuperi!) laudare ferientis tyranni manum.

Hæreditaria illa feroica fuit *Cambyſi*, ſi quid Græcorum narrationibus damus. Nam *Aſtyages*, proavus *Harpago* in cœna filium epulandum appoſuerat; & iſte non tam linguam in officio, quàm vultum in colore priſtino retinuit. Minus adhuc dixi: Veritus, ne doloris magnitudinem parum artificiosè tegens, in reliquias ſuæ domus immaniſſimum carnificem immitteret; deprædicavit etiam apparatum & ſuavitatem cœnæ. Nunc tu mihi conſidera mutatas rerum vices! *Bagoas* (mancipiorum omnium poſtremus, &, quod indigniſſimum, ſemivir) oblitus, Regum capitibus divinam quandam & inviolabilem majeſtatem, ſuo verò collo jugum congenitum; nec veritus ultorem, quisquis ſuccedit in Regem, & auctorem po-

tentiæ ſuæ, ſceleratiſſimum facinus non tantum concipit; ſed exequitur. Cùm infimæ ſortis homuncio regnum ſibi vindicare non poſſet, ſui beneficii facit. Cæterum *non ibi conſiſtunt exempla, ubi cœperunt; & qui magnum ſcelus patravit, vix unquam ſolus fuit. Uti prima via malum parturientibus ardua & impedita ſunt; ita ſemel introducto non deſunt leviſſimi, qui frequenter exerceant.*

En, Darii flebile cadaver in proximo! annon Regi potentiſſimo perniciem maturavit interfecti Regis exemplum? *Bagoam* evexit Ochus, *Beſſum* Darius. Uterq; beneficii ſui parem gratiam tulit, & *in Beſſo revixit Bagoas.* Jam fortuna Darii domum inſigniter attriverat; cæſæ toto Oriente Perſarum copiæ; intima regni Macedonibus reſerata; capta cum infinitis theſauris Perſepolis; nec quicquam victori ultrà metuendum, niſi quod Darius viveret. Hac cum moleſtia quis exiſtimaret ſic liberandum? Darius, hoſtibus expeditiſſimis & Alexandro, quid? niſi vel Herculi, vel ipſi Marti obductus & ſubductus, licet in extremis regni; ſui tamen, & à ſuo primum vincitur, deinde configitur. O prodigium! ô hominem! ô furiam! *Itane telum, nec animum ad memoriam tot beneficiorum hebetari? nec aliam victimam, quàm Regem, quàm Patriæ Patrem; quàm illum, etiam ſceleratiſſimorum ſicariorum opinione, partici-*

pem

ſpem ſiderum, fratrem Solis ac Lunæ, crudelitati & ambitioni mactari potuiſſe?

Beſſus Satraparum princeps erat: Beſſus Bactrianis præfectus erat. Certè *nullam injuriam acceperat, niſi quod Darius nimiis debitis onerarat; quæ Beſſum & vivere & mori illi obnoxium cogerent. Tot beneficiorum vincula nefario telo abrupit; & nomina; quæ expedire non potuit, ſanguine regio obruit, ac delevit.* Debebat Rex fortunæ atrociſſimam pœnam, cujus blanditiis irretitus, jugum tota cervice recepit: Debebat imprudentiæ ſuæ, quod contra mojorum artes nimium benignus in ſervos, nullum ultrà creſcendi ſpem reliquit; niſi quæ Regem peteret. Sed non potuit hoc *victoriæ compendium* placere Alexandro; qui monarchiæ ſuæ munimentum ratus, ſi parricidarum ſupplicio, quantumvis inimici Regis manibus parentaret. Beſſum captum Oxyathri excruciandum tradidit; nec dilata pœna, &

QUI. DIADEMA. SPERARAT.
SCELERIS. PRETIUM.
CRUCEM. TULIT.

Hunc infami ligno dignum titulum arbitramur; at Darii monumento ultimum, quod Polyſtratus excepit, ſuſpirium, meritò inſcribimus:

VIVEREM. DARIUS CODOMANUS.
PERSARUM. REX.
NI. SERVUS. BENEFICIO. MEO.
NIMIS. LAUTE. VIXISSET.

LAMENTATIO
SUPER OBITU
Viri plurimùm Reverendi Excellentiſſimiq; Dn. IOHANNIS SAUBERTI, &c. Patris mei ſpiritualis.

SAtis irato cœlo ſanguinis datum putavimus, ſublatis uno anno tot inſignibus Viris. Poſt tam graves procellas halcedonia expectata ſunt, & firma quædam tranquillitas maris. Eccleſia quidem, amiſſo CORNELIO ſuo (à quo veritas nunquam ſpernet elogium vigilantiæ, pietatis, manſuetudinis ac doctrinæ) ad ſuperſtitem SAUBERTUM reſpiciebat. Ille conſolabatur; ille delectabat; ille deſiderium alterius magnis virtutibus, ingenio divino, gravitate temperata, prudenti Zelo, labore indefeſſo ſupplebat. Concepta paſſim legebamus vota; fundebantur pro ſuperſtitis valetudine preces; ſed quàm æſtimatæ ſint apud DEUM, triſtiſſimus proh dolor! eventus docuit. Adhuc plethorica videbatur civitas noſtra. Secatur iterum vena, & quis putaſſet? copioſiſſimè ſanguis mittitur. Poſtremum tempus vocat ille, quo Domitianus non per intervalla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo, & velut uno ictu Remp. exhauſit. Quale noſtrum opinabimur? Neque nunc dedit ullam vacationem

inimi-

inimica Fors. Per recentes cicatrices ſubinde percuſſi ſumus; & fax, quæ huic rogo ſubdita modò fuit, alterum ſimul accendit. Heu quàm ad atrox verbum hæſito, ſtupeoque! Circumſcripſi enim magis jacturam noſtram, quàm dixi. Quid mirum ſtupere me, qui flumini, quo vicina omnia contremiſcunt, ſum proximus? Sed *vulnera profundiora tacendo fiunt, & excitati triſti conſcientia dolores, niſi ſpumam ejecerint, ſua ipſorum mole magis ingraveſcunt.* Dicam igitur. Qui CORNELII funus carmine lugubri lamentatione publica nuper proſecutus, ei proximus fuit. Etiamnum diſſimulo? Levamentum, calamitatem confiteri. VIXIT SAUBERTUS. Quod vixiſſe dico, hoc eſt in Libitinæ cenſum redactum meipſum, & Muſas meas, renovatum priſtinum ex genitoris obitu luctum. Hujus manibus è ſacro fonte levatus ſum; hujus cura, fide ac diligentia, poſtquam parentem meum fatalis neceſſitas duxit, velut ab interitu retractus ſum. *Non blanditiis, non promiſſis, ſed reipſa fidem coluit, quam in ſanctiſſimo loco promiſerat:* Nunquam ædes per faſtidium clauſæ, vel admiſſo ſuſpenſa ſpes, vel indigo dilatum auxilium: Semper facilis, humanus, promtus & paratus, extra familiam natum ut proprium diligebat. Hæc defecerunt, abierunt, occiderunt omnia; factus ſum orphanorum infeliciſſimus. Quid verò? In Libitinæ

cenſum ego redactus? utinam ſic eſſet! utinam ſimul in me Fati crudelitas impetum feciſſet! Nunc, quod omnium miſerrimum eſt, poſt hunc alterum Patrem, poſt tantum benefactorem meum, deſtitutus alieniſſimo ætatis meæ tempore, vivo. Nec me quis in tanto luctu interpellet, vel ambitioſum dicat. Juro per aram illam, ad quam primum in me beneficium contulit; per ſanctiſſimos illos manes, publici & privati doloris numina, neminem inter mortales fuiſſe, qui plus imputare mihi potuerit: & jam meritò dubitare me, num fortuna patronum ſimilem conciliatura ſit. Ad quos enim confugiam? Nondum

- - Ditis chorus, horrida Erinnys
& Bellona minax, facibusq; armata Megæra,

ex Germania parant abitum. Placet porrò quoque mutuis furere concurſibus, Muſis intertrahere animum, & Barbariem inter minima numerare ſeculi mala. Imò tam procul ab ambitione ſum, ut pro defuncti meritis ac dignitate parum querar. Ipſam linguam triſtiſſimarum meditationum vinculum ligat, & impedit. Sed & pientiſſimus Vir jam ex arce illa Sanctorum, in quam Angelorum manibus delatus eſt, ardentes illos oculos, quibus impietatem profligabat, in me conjicere, jam auguſtus ille oris eloquentiſſimi decor obſervari mihi videtur. *Qua, fili, animum tuum tenet ægritudo? cur intempeſti-*

tempeſtivis querelis abitum meum ſequeris? quid humana divinaq́; ſapientiæ prorſus oblivîſceris? Nunquam benigniùs mecum actum eſt. Manibus pedibusque per diuturnam invaletudinem tantùm non captus, turbulento præterea negotiorum labyrintho nuper incluſus, jam conſtantiſſimi vigoris, pulcerrima quietis ac libertatis beneficio fruor. At apud vos cùm nihil optabile, nil ſanum, nil ſincerè lætum, vel bonum! Mœſta & anxia cuncta, & ne tantillam quidem felicitatis noſtræ partem cernentia. Hæc & alia cùm audire mihi videar, loqui deſino. Quamvis interim nec inopia conſilii & auxilii mentem ab omnis acerrimi doloris ſenſu, nec pietas ab ampliſſimorum beneficiorum memoria revocet. Dabam triſtiſſimus Altorph. d. XXVII. Octobr. Anno Chriſti CIↃ IↃC XLVI.

Jo. Stephanus Deckerus, SS. Theol. Studioſus.

INDEX RERUM AC VERBORUM.

A.

Academiæ. 61. 62

Achæorum Reſp. 1098

Adoleſcentes: *ætas* illorum *amabilis*, 1016. *glorioſa aliquorũ* vita, 1019. 1020. indolis bonæ *ſibimetipſis imperant*, 60. 61. magnarum *virtutum præludia* in aliquibus conſpecta. 1016. ſeqq. *non* ſunt *evehendi* ad maximos honores, 303. ſeqq. ornaměta illorum. 1033. Prudentiæ *an capaces*? 358. 1025. 1029. Reſp. an iis committenda? 1018. ſeqq. 1027. ſeq. *quo gradu* illuc ducendi? 1031. ſeq. *temeritas* & *inconſtantia* illorum. 1023. ſeqq.

Adolphi, *Clivenſium Ducis* fides in dictis & factis. 909

Adolphus *Comes Naſſov.* fuit Civis Norib. 525. ſ.

Adverſa animum probant. 920

Adulatio *fœda Nobilium* Rom. ſub Principibus. 26. 27. *Senatus* Romani. 660. ſeqq.

Ædificiorum *luxus* apud Romanos. 274

Ægyptiaci regni *amplitudo*. 820. ſeqq. *conditor*. 819. *duratio*, ib.

Æliorum Lamiarum *familia*. 785

L. Æmilii Paulli *humanitas* erga Perſen, à ſe *devictum*. 927. ſeq.

Æſchinis *de ſcriptis Demoſthenis* judicium. 494

Ætii laus. 623

Africani cognomen, à novitiis Faſtorum conditoribus *Iulio Antonio* tributum, quod ejus Collegæ *Q. Fabio Maximo* competit. 781

Agraria Lex ap. Romanos. 299. ſeq. *negligi cœpta*. 301. apud *Iudæos*. 300

Cn. Agricolæ laus. 944. 955. ſeq.

Agrippina. 964

Agrorum *abundantia*. 301

Henr. Airer 29 *liberorum pater*. 538

Albertus Marchio Brandeb. *Franconiam* opprimens *Kittingæ* parcit. 57. 58

Alexan-

Alexander M. *prædo* & *latro* appellatus. 173. quanti *Homerum* & *Ariſtotelem* fecerit? 505. 960. an illi tanto conſtiterit Monarchia? 375. ſeq. ejus *ambitio*. 173. *fortuna* minimè conſtans. 179. ſeq. hiſtoria *rhytmicis verſibus à Turca* compoſita. 507. *imago Cæſarem* incitavit. 506. judicium *de literis*. 945. memoria *Turcicos* quosdam *Impp. ad invadendum terrarum imperium* ſtimulavit. 507. nævi. 471. *ſcelus* in *Calliſthene* patratum. 724

Alexander Severus: in eo adhuc *puero* conſpecta *virtutum ſemina*. 1018 *quos* cōſuluerit *in re militari*? 960. ejus hiſtoria *corrupta* 688. ſeqq. *induſtria*. 982. *vinoſitas*. 706

Alphonſi R. Inſigne, *Liber apertus*. 946

Alſtedii ſententia, *de nova Septentrionali* Monarchia. 370. ſeq.

Ambitionis malum. 294. ſeq. in Principibus damnatur. 172. ſeq. qui occurrendum illi in Rep? 295. ſeqq.

Ambitus *turpis* Romanorum. 305. ſeqq.

Amici *falſi*. 442

Amicitiæ conciliatrix, *conſenſio morum*. 438. ſeq. 494. 707

Amneſtia, lege ſancita, ap. *Athenienſes*. 641. à *Senatu Rom.* prudenter obſervata. 641. ſeq. poſt cædem Julii Cæſaris *fruſtra ſperata*. 641. 645

Amſtelodami elogium. 1100

Angelus Chriſtiano III. Daniæ R. *ante mortem* viſus. 108

Annalis ſ. Annaria Lex. 305

Annibal qualis? 724. ejus *egregia conſilia* ab Antiocho *neglecta*. 379. judicium de *Carthaginis infelicitate*. 336. laus. 378. modeſtia in *cæde Marcelli*. 932. querela, cùm *ex Italia revocaretur*. 380. Solœciſmus poſt cladem Cannenſem. 335. 414. *ſubſannatio*, cùm *Phormionem, de re militari* differentem, audiret. 1014. ſeq. Victoriæ à Romanis reportatæ. 334. ſeq.

Anſer Capitolium ſervavit,

vit. 334
Antiphili *epigramma de inſtaurata* per Tiberium *Rhodo.* 1010
Antiquitatis ſtudium 170
Antiochia, *graviſſimo terra-motu* proſtrata. 779
Antiochus *benè ſuadentem* Añibalem *neglexit*, 379. magnos *tumultus concitare* adverſus Romanos *ſatis habuit*. 381
Antoniæ familiæ *conditor*. 891. *ruina*. 17
Antonini Philoſophi *elogium*, 956. *humanitas*. 930
Antonini Pii laus. 746. ſeq.
Antonius: Cleopatræ *amore correptus*, 893. *liberi ex eo conjugio* nati 894. ſeq. ſtetit ſemper *à partibus Julianis*, 231. ejus *injuſta ac infauſta* expeditio *in Parthos*. 902. ſeq *oppreſſio fraudulenta* Regis *Armeniæ*, 903. ſeq vituperia. 644. 665. ſeq.
Apocal. locus *c. 17. v. 16.* illuſtratus. 613. 6 6. 1 item *c 13 v. 18*, 726. ſeq
Appellatio à Rep. Norica *in quibus cauſis* illicita? 542
Petr. Appianus *Mathematicus* à Carolo V. *remuneratus*. 568
L. Appius Maximus, *victor Antonii* in Germania. 765
Aquila: regium *inſigne*, 798. ſeqq. quæ *cauſa*? 802. ſeq. ejus *robur*. 814
Arcanum dominationis *recens arreptæ*. 16
Petri *Aretini* maledicentia. 687
Argentina elogium. 61. Reſp. 257
Ariſtocratia: ejus *definitio*. 269. Romanorum, hujusq; *vitia*. 259. ſeqq.
Ariſtocratiis *obſervanda*, 265. 295. ſeqq.
Ἀριςεὺς quis Græcis? 739
Ariſtotelis elogium. 1024
Arminius: cur *Romanis* haud adeò *celebris*? 485. ejus *patria*. 836. *natale tempus*. 836. ſeq. *parentes*. 845. ſeq. educatio. 848. indoles. 856. ſeq. honores, *quos Roma dedit*. 857. prudentia bellica. 859. 863. ſeq. conſtantia in adverſis. 865. ſeq. uxor *Thusnelda*. 867. ſeq. auctoritas. 869. ſeqq. *felicitas*. 873. ſeqq. mores. 881. ſeq. laudes. 884. ſeqq.

Arndii elogium, deq; ejus ſcriptis *Sophia Marchemiſſa judicium*, 127. ſeq.
Articuleji Pæti *pietas erga patrem*, 761
Aſia, populi Rom. *peſtis*, 272. ſeq. 1101
Aſſyriorum Monarchia. *facile condita*, 374
Aſtrologica *prædictio*, cui *eventus reſpondit*, 141
Ataulphus, Gothorum Rex *Romanum nomen* prorſus *delere* voluit. 185
S. Athanaſius, *magicarum* artium *ſuſpectus*, 988
Athenarum ſtatus *hodiernus*. 346. ſeq.
Atheníenſiū *ambitio*. 183. de rebus geſtis illorum *Salluſtii judicium*. 1085
Avari: plerunq; *timidus* & *abjectus* animis. 294. *ultimo* demum vitæ *momento benefici*, 132. ſeq.
Avaritia. 263. 282. 284. Romanorum. 278. ſeq.
Auctor *Tr. de Sulphure* Coloniæ impreſſus, *Monarchiæ Borealis* ſomniator. 371. ſeq.
Auctoritas animal Dei. 292
Audire, quàm legere præſtat. 493. ſeq.
Auditorium publicum *Noribergenſe*. 551
Auguriu vanitas, 606. ſeq.
Auguſtini libb. *de Civ. Dei quâ occaſione* ſcripti? 608
Auguſtus: Romam marmoream fecit. 597. *ſtatuas* clariſſimorum Ducum *in* utraq; *fori* ſui *porticu dicavit*, 95. ſua manu ſcripſit *Breviarium Imperii*, 981. ſeq. *tardior* in recipiendo *Patris Patriæ* cognomento. 540. ejus *artes*, quibus de *Romana libertate* triumphavit, 15. ſeqq. 647. ſeq. clementia & humanitas. 16. conſilium *de coërcendo* intra terminos *imperio*, 189. conſpiratio cum *Antonio* & *Lepido*. 639. 646. ſeqq. honores *à provincialibus* decreti 281. impietas. 984. noviſſima, 1008. *numus* aliquis. 807. victoria de *Lepido* & *Antonio* 664. ſeqq. de eo judicia *Senecæ*, *Suetonii*, & *Scaligeri*, 657. ſeq.
Aulica vita *hodiè*. 1074
Auſtriaca familiæ *ſplendor* & *potentia*, 390. ad frangendam illam Pontificum Rom. conatus. 390. ſeqq.
Αὐτάρχεια veterum Romanorum. 278 ſeq.

B.

Babiorum gens. 761
Bagoas, mancipium nequiſſimum. 1109
Hier. *Balbi vaticinium* de Carolo V. 368
Banco-Ampt Noribergæ. 581. ſeq.
Barbarorum *jus in armis* poſitum. 175. ſeq.
Baronii ſententia *de anno terræ-motus Antiocheni* rejicitur. 777. ſeq.
Batavorum Reſp. 257 ſeq. 1097. ſeq. *veterum* fortitudo. 1088
Baudius *libertatem Gallici Legati* expertus. 562
Conr. *Baumgartneri* numeroſa *ſoboles.* 537
Mart. *Behaim* laus. 518 ſeq.
Belgæ *barbariem* pellunt. 1105. *res militares* eorum. 1107
Belgii cum *Græcia* comparatio. 1085. ſeqq. *urbes* illius. 1094
Belgarum *majores.* 1087. ſeq. *navigationes.* 1089. ſeq. *mercatura.* 1099
Beliſarii fortuna. 614. ſeq.
Belli ac pacis tempora invicem cedunt. 480
Bella: *civilia* apud Romanos, horumq; calamitas. 6. 7. 90. 91. 237. ſeq. *ancepi* bellorum *fortuna.* 180. ſeq. 915. ſeqq. *Imperii proferendi* cauſa geſta notantur *inhoneſta, inutilia,* Divinis humanisq; præceptis *contraria.* 170. ſeqq. tales bellatores, *aleatori ſimiles.* 747
Benefici deſcriptio. 59. 132. ſeq.
Beneficiorum immemores. 1110
Benevolentiam captandi formulæ. 4. 52. 104. 171. 204. ſeq. 254. 423. ſeq. 637. 833. ſeq. 891. ſeq. 975. 1016. 1038. 1085
Conr. *Bentivoli Nummus* caſtrenſis. 258
Matth. *Bergius.* 861
Bernecceri elogium. 256. 1098
Beſſi perfidia. 1111. monumentum. ibid.
Beſtiæ numero *Apoc. 13. v. 18.* quis intelligatur? 726. ſeq.
Bibliothecarum ruina *vera.* 1104
Bodinus 527. *Danielis vaticinii* de IV. Monarchiis *perperam explicans* refellitur. 402. ſeqq. ejus *judicium* de *Argentinenſibus.* 257. ſententiæ diverſæ

verſæ de *Venetorum* Rep. 527
Bœcleri laus. 594
Bona *externa* an & quomodo faciant *ad felicitatem?* 53
Bonifacius IIX. Albertum Auſtriacum *ludibrio* habuit. 891
Britannico, *fraude Agrippinæ*, fidi *præceptores adempti.* 965
Brunſvicenſis Ducatus *felicitas.* 861. ſeq.
Bruti utriusq; *dispar fortuna.* 199. ſeqq. ejus rei *cauſa.* 208. ſeqq.
L. Bruti prudentia. 208. ſ.
M. Brutus: *negatur* deſcendere *è L. Bruti domo.* 207 ejus *imprudentia.* 212. ſeqq. 642. ſeqq. *ingratitudo* immanis. 224. ſeq. *Numi.* 640. vox noviſſima. 129 de eo *judicium Senecæ.* 238. ſeq 642. ſeq.
Buſiris ab Iſocrate commendatus. 974

C.

C. I. Cæſar: in *evehendo* eo *haud circumſpecta* Roma. 309. quantam *poteſtatem* ei *Senatus concesſerit?* 595. ſeq de *Analogia binos* libros publicavit. 969. *Homeri* ſtudioſus. 505. ſeq. *Alexandri M. imagine* incitatus. 506. ejus *artes*, quibus *Ariſtocratiam* Rom. *evertit*, 310. ſeqq. bellicoſitas. 399. largitas & magnificentia 230. ſeq. *manſuetudo.* 221. ſeqq. humanitas. 929. *ſocietas* cum *Pompejo* inita, & *affinitate* confirmata, ſed non diuturna. 311. ſeqq. bellum *civile cum Pompejo.* 238. *lacryma*, dum *caput Pompeji* ſpectabat. 929. ſeq. laus. 505. de eo *judicium Scaligeri.* 930. *occiſo* eo *fruſtra libertas* ſperata 315. ſeq. 639. ſeqq.
Caligula, quale *portentum?* 27. 31. 660. ſeq. 830. ejus *popularitas.* 720
Callere, vis hujus verbi. 976
Callias, Agathoclis laudator. 708
Callimachi gloria. 498
Calumnia, *ſimilis hydrargyro.* 1057 ſeq ejus vis. 1015. ſeq.
Camillus. 951. ejus familia *Sullanis* temporibus *graviſſimè* afflicta. 8
Candidi & integri viri deſcriptio. 80

Capi-

Capitolii *exſtructio*. 408 *conflagratio*, finem imperii portendere credita. 184. 408
Caroli M. *patria*. 407. 1061. ſeq. glorioſi majores. 1063. ſeq. *avus paterq*. 1064. ſeq. doctrina, & *ſingularis in literas affectus*. 1066 ſeqq. *religionis* ſtudium & *pietas* 1068. ſeqq imperium: *An Papa illud dederit?* 1070. ſeq. modeſtia in *cultu & victu*. 1071. ſeqq. *clementia*. 1075. ſeqq. armorum felicitas. 1078 ſeqq. ſenſus divini favoris *in magna aquæ inopia*. 1079. fama, *populos ad venerationem* excitans. 1080. pax procurata Europæ. 1081. mors. ib. elogium. 1089
Carolus V. *ambiguam* fidem *Clementis VII*. expertus. 395. ſ. de eo *vaticiniũ Balbi* fefellit. 368
Carthaginis *everſio noxia* Romanis. 272
Caſſandra, *docta fœmina* apud Venetos. 553
Catilina: *egeſtas* eum ad *nefarium facinus* impulit 287. ſeq.
Cato: *neglectus ab Antiochenis*. 488. ſeq. ejus elogium. 292. 488 virtutes 498. *Stoica* Remp. adminiſtrandi *ratio*, à Cicerone *reprehenſa*. 312
Cattorum virtutes, à Tacito memoratæ. 1087. ſeq.
Q. Catuli auctoritas, & verecundia. 309
Cenſores apud *Romanos*. 269. ſeq. apud *Venetos*, & *Noribergenſes*. 555
Cenſorinorum *familia*. 36
Charitas *mutua priſcorum* Chriſtianorum. 440. ſ. *hodiernorum nulla*. 442. ſ.
Chinenſi *dicteriũ*, 190. 947
Chiorum *nomen contemtibile*. 621
Chriſtiani: *athei* dicti à gentilibus. 988. ipſis *Ethnicis pejores*. 422. ſeq. de iis opinio *Peruanorum*. 462. *veteres* cum *hodiernis* collati. 424. ſeqq. illorum pietas. ib. mutuus amor. 439. ſeq. *ſtudium erga Principes & magiſtratus ſuos*. 445. ſ. laniena ſub Impp. Rom. 614. ſeqq. *graviſſima perſecutio* ſub Trajano. 725. ſeqq. *teſtimonium Plinii* de iſtis. 734 milites *ſub M. Antonino precibus pluviam* obtinuerunt. 614. ſeq.

Chriſtianiſmus, *ruentis imperii cauſa* creditus à gentilibus 607. ſeq.
Chriſtiani III. Daniæ R. *elogium* 107. ſeq.
Chryſargyrum 628
Cicero: *ambidexter.* 225. ejus *imprudentia* in cauſa Antonii. 216. ſeq. mors. 655. elogium. 640. 863. *imitatio Demoſthenis.* 1102
Cilonis *audax mendacium*, 193
Civis *Romani* nomen *eviluit.* 621. *piorum* civium *proſcriptio & laniena ruinam* imperiorum accelerat, 617. ſeq.
Civitas poteſt *ſubſiſtere ſine muris*. 520. *ſplendor* & *felicitas* alicujus *in quo* conſiſtat? 475. 540. ſeq. 1095. civitatum *fœdera*, *cauſa commerciorum* olim facta, 569
Claudius: humanus. 720. *patriciorum numerum ſupplevit.* 11 *ſævus in eosdem.* 32. ei *barbarus Præceptor* datus 964. ejus virtutes. 1042
Clemens VII. *infeſtus* Potentiæ *Caroli V.* 395. ſeq.
Jac. Clemens *Regicida à Mariana laudatus.* 450. ſeqq.
Clementiæ laus. 1075
Cleopatra, celebratiſſima Regina. 790. ſeq. *Romam deducta* à Cæſare, & magnis *honoribus aucta*, 791. ſeq. ejus *liberi*. 894. ſeq.
Clientelæ *Nobilium* Rom. *in provinciis.* 36. ſeq.
Cluverus *notatur.* 766
Cœcilia gens, *honoribus nimium* aucta, 298
Cognomina inepta. 663
Columbus in vaſto Oceano *à ſuis interpellatus*, 1082. ſeq.
Commodi Imp. *negligentia.* 710
Concordiæ *ſingulare exemplum.* 44
Conjugium *felix.* 82. 118. ſeqq *infauſtum* etiam *magnis viris infamiam* peperit. 118. *fœcundi exempla.* 537. ſeqq.
Conſiliarii *Principum* quinam *optimi*? 185. ſeq.
Conſtantii Chlori *placidum* imperium. 1039
Conſtantini M. parentes, 1039. ſeq. patria 1040. ſeqq. *majores*, quos inter *Claudius* Imp. 1042. ſeq. *ſtatura* corporis, & *forma* decor. 1043. ſeqq. adoleſcentia, 1045. *fortis*

tia facta. 1046. *maturum* imperium. 1047. pietas *victoriarum conciliatrix*. 1048. ſeqq. viſio *crucis, aliquoties cœlitus* oſtenſæ. 1049. ſeq. *primus* Imperator *Chriſtianus*. 1050. ſeq. beneficentia. 1051. ſeq. juſtitia. 1053. fortitudo. 1053. ſeq. frugalitas. 1055. mors. 1056. *nummus* animam *peplo velatam*, in cœlum *quadrigis vectam* exhibens. 1057. gloria. 1058. Solœciſmi politici. 630. ſeq.
Conſtantinopolis *quando capta?* 341
Conſtantinorum familia. 12
Convivio um *luxus* apud Romanos. 275. ſeq.
Coranus *quàm reverenter tractetur* à Turcis? 345. ſeq.
Corbulonis elogium. 623. 626
Corinthi *felicitas*. 1099. Templum, *nequitiæ ſtabulum*. 1092
Cornelius Palma. 756
Criminum *excuſatores*. 699. ſeq. 707. ſeq
Cultus cura *notatur*. 1072.
Curæ *tacitæ* plus *cruciant*. 325. ſeq.
Curii αὐτάρκεια. 299
Curioſi munus apud Romanos. 773
Cyneæ *judiciũ* de *Romanis*. 269
Cypriani ſententia, *Populum Rom. de ſceleratis congregatum* ajentis, exploditur. 477
Cyrus: *natura* eum *Regem* fecit. 1017. ejus *humanitas* erga *Aſtyagen* & *Crœſum*. 931

D.

Dacia, *quando in provinciâ formam* redacta? 770
Damophili Ennenſis *ruditas*, ac *inſolentia*. 951
Danielis vaticinium *de quatuor Monarchiis*. 401. ſ.
Darii, *ultimi* Perſarum Regis, *ſecuritas* & ſtolida *confidentia*. 182. monumentum. 1111.
Dedicationum *verus uſus, male* à nonnullis *convertitur*. 563
Defuncti *rectè lugentur*. 48. ſeq. 102. eos *lædere nefas*. 48
Q. *Dellio* ſimilis *Papa* Rom. 394. ſeq.
Demaratus. 1099. *Xerxi* bellum cum *Græcis* disſuaſit. 188

Deme-

Demetrius, Pompeji libertus. 489
Democratia *Argentoratenſium*. 257
Demodocus quomodò *inſolentiam* Phæacum *repreſſerit?* 961
Demoſthenis *temeritas*. 215. ſeq *Cicero* eum *imitatur*. 1102
Derrerorum familia. 577
Deus, *adverſis exercet* ſuos. 119. expers *malignitatis* atq; *invidiæ*. 271. ſeq. de Deo *cautè loquendum*. 417. 430. Deos *ſalutandi mos*. 52
Dextera, *cujus* rei *ſymbolum*? 650. ſeq.
Darii fortuna miſera. 1110
Diademata *Reginis* quoq; *in uſu*. 791. ſeq.
ne Dicatur, *quod nil ad rem*; Lex Areopagitarum. 890
Dieth, vel *Theut*, olim quid ſignificaverit? 587
Dietherrorum familia 577. 589. ſeq.
Digreſſionis formula. 217. 233
Diocletiani impietas & inſolentia. 985
Dionis Cocceji *laus* 616 646
Dionyſii *Halicarnaſſei laus*. 478
Diſcipuli & Præceptoris *ſpecioſum certamen*. 65
Diſcordia Chriſtianorum, *votum Turcarum*. 355
Diſſimulatio *prudens*. 210. ſ.
Divitiæ. 125
Docti *liberaliter remunerati* à Principibus. 561. ſeq. Doctorum & bonorum *infelicitas*. 827
Doctoris *fidelis* deſcriptio. 80
Doctrina, Vide, *Litera*.
Doloris medicina. 1113
Dominationis arcanum. 896. recens arreptæ. 16
Domitianus: *aura populari* velificatus. 721. ſub eo *nobilium* familiarum *poſteri arena* commiſſi. 28
L. Domitius *quantis agris* abundarit? 301. ſeq.
Dos filiabus *elocandis ex publico* conſtituta. 560
Ducas *filium* ſuum *vivens Imperatorem deſignare* pertinaciter *recuſavit*. 304
Druſilla Felicis conjux *an ex conjugio Antonii & Cleopatra* nata 895. ſeq.
M. Livius Druſus. 954

E.

Ebrietas & libido, *individui* plerũq; *comites*. 705. ſ.

Eccleſiæ *veteris* mores cum *noſtris* collati. 423. ſ.
Educationis *ſolicitæ* deſcriptio, 60. 114. 117 *neglectus* deploratur. 849. 855. 1065
Egeſtas *Nobilium* Romanorum. 23. ſeqq.
Eginharti & Immæ, filiæ Caroli M. *hiſtoriola* 1076. ſeqq.
Eleuſinia ſacra. 1091
Erneſtus Dux Brunſv. & Luneburg. 108 ſeqq.
Eruditio, *generis dignitati* neutiquam *inconveniens*. 938. ſeq. ejus commendatio. 975
Evagrii *fides malè ſpreta* à Scaligero. 779
Euchariſtia, quàm *reverenter olim* habita. 425. 432. ſeq. per illam *hodiè perjuria & fraudes* teguntur. 433. *abominanda* patrantur. 435. ſeqq.
Evectiones concedendi jus apud Romanos. 775
ex Eventu non judicandum. 212. ſeq.
Europæorum *vigilantia* adverſus *novæ Monarchiæ* architectos. 382. ſ.
Euſebius, *contra Scaligerum* defenſus. 763. ejus *error* de tempore *cœptæ perſecutionis* Chriſtianorum *ſub Trajano*. 726. ejus Chronico inſerta *Coſſ. paria perperam* Caſaubonus & Meurſius *pro Excerptis veteribus* habuere. 782
Exempla magnorum Virorum eligenda. V. *imitatio.*
Experientiæ *epitheta*. 916.
Exemplorum *vis ſerpens*. 1110
Externa plerique *in viris magnis* ſpectant. 488 491

F.

Q. Fabius Maximus. 954. *noluit filium* ſuum *Conſulem* fieri. 297. ſeq.
Famæ aucupes *ex aliorum famæ* ruina. 71
Fames horrenda *Romanorum*. 600
Familiarum *fata*. 2. ſeq. *illuſtrium origo* plerunque *fabuloſa* & mendax. 105
Faſtis Rom. *exempta* rurſum *nomina*. 772
Felicitas: *ad eam quid faciant bona externa*? 53. improborum *in morte* terminatur. 44 mundana *noxia*. 84. nimia, *mater infelicitatis*. 234. 273. ſ. *terrenæ* felicitatis *cum probitate rara* mixtura. 44

Felix

Felix à Suetonio *trium Reginarum maritus* ſtatuitur. 895. ſeqq.
Feminæ, *eruditione conſpicuæ*, 353. ſeq. *Genuenſes* Viris *præcedunt*. 913. *quando* apud Romanos *publicè commendari cœperint?* 97. 99 illarum iniqui Cenſores. 552. ſ. ornatus. 118
Ferdinandus R. Arragoniæ, *civis Venetus* fuit. 524
Feſtinatio *diligentiâ laudem* tollit. 1034
Fidei *in dictis & factis* exempla. 907. ſeqq. eam fallere, *olim in turpibus* 905. ſeq.
Flavianæ gentes. 12
de Floro *judicium*. 695. ſ.
Fœnciatores *coërcendi* in Rep 265. ſeq.
Fœnus, funus Reip. 268. 279. ſeq.
Fortitudo, *Chriſtiana* etiam *in lectulo*. 82. ſeqq pristina *Germanorum* 12. ſeq
Fortuna: *appellatione* ejus *quid veniat* Chriſtianis? 327. *pro Dea habita* à Rom. 328. ſeqq. *aurea* Principum Romanorum *domeſtica*. 250. 330. hujus *imago in numm. gemmis &c.* 250. ſeq. 331. *magnis & potentibus inimica*. 179. ejus *vis*, 354. inconſtantia. 180. 915. ſeqq. Fortuna *Romanorum*. 251. 328 ſeqq. hujus admiranda ſpecimina. 332. ſeqq. *Turcarum*. 337. ſeqq.
Franciſcus I. Galliæ Rex *literarum amans*. 545. ſeq. ejus *calamitas Italicos* Principes *commovit*. 924. ſeq. egregium *dictum de Fide* ſervanda. 909.
Franconia. 54
Francorum virtus 54. ſeq.
Fratres à fratribus proſcripti. 651. ſeqq.
Freheri ſententia, de genere pecuniæ, pro cenſu Romanis ſolutæ, *notatur*. 918
Freinshemii elogium. 504
Frumentatio apud Romanos *dominationis inſtrumentum*. 307
Fulmen *quarum rerum* ſymbolum? 805. ſeqq.
Fulvia. 6 8
Fundamentis ſolidis deſtituta ruinam minantur 475
Chr. Fürerus omnium *civium ades monſtrare potuit*. 412 ejus *fides in dictis & factis*. 909

G.

Gabinia Lex. 308. ſeq.

Galli *Philoſophos & Theologos* ſummis *honoribus* affecerunt. 946

Gallis *novam Monarchiam* ſpondens *Poſtellus*. 372

Gallus male educatus malè imperat. 965

Garrulitas in narrandis rebus incognitis. 563. ſ.

Genealogiarum Scriptores *notantur*. 39. ſeq. 105. ſ.

Genita Mana. 421

Genizarorum *contumacia*. 350. ſeq.

Sc. Gentilis laus. 515

Gentiles aut agnati *nequeunt* apud Venetos *in eodẽ Magiſtratu* eſſe. 296

Gentilium Scripta *cur nobis legenda?* 937

Genuenſium civium *ignominioſa* pœna. 913

Germani *olim diabolum* religioſè *coluerunt*. 846. multa *Romanorum* ac *Byzantinorum* æmulati, poſtquam ad eos Imperatorium nomẽ pervenit. 342. ſeq. iis *Libertas* cõmendata. 385. non deeſt *ingenii felicitas*. 860. eorum diſciplina. 854. mores. 862. priſtina fortitudo. 12. ſeq. gloria. 839. ſeqq. Principes *olim* quanto *in pretio?* 846. ſeq. Reſp. deq; ea judicium *Ibrahimi Baſſa* & *Barclaji*. 813. ſeqq. res premit æterna *oblivio*. 857. ſeq. *contemtores*. 858

Germania: *veteris incultæ* facies. 844. *priſtina* ac *hodierna* conferuntur. 115. ſeqq. ejus laudes. 155. 1061. calamitas *eâ bello inteſtino* deploratur. 12. ſeqq. 90. ſeqq. 125. ſeq. 316. ſeq. 878. ſeq. 936. ſeq. 980 *ſecuritas*. 142

Germanici laus. 622. 813

Phil. Genderi laus. 515. ſeq. 566

Gigantum *fabula unde* fluxerit? 415

Gilimeris fortuna. 911

ad *Gloriam* Virtutis via graſſandum. 177. ſeq.

Goltzius malè *abſurdum judicat*, aliquem *duo nomina gentilitia* habere. 775

Gracchi: *familiæ* incluræ *ruina* 25. ætate *infima* occurrentes. 38. Ti Sempronius Gracchus. 954

Græci: ſuis *diſſidiis* perierunt, & ſub Turcarum jugum venerunt. 540. *eorum*

eorum Impp. nolebant *Cæſares noſtros Auguſtos* agnoſcere. 341. majores *vitioſiſſimi.* 1086. ſ. mercatura. 1099. navigationes *anguſtis terminis* circumſcriptæ. 1089. Reſp. 1098. vanitas. 1091. 1093 *exteros* omnes *barbaros* appellantium. 946. ſeq. res *ſuas* nimis *extollentium.* 1084
Græcia, *diaboli ſpelunca* 1092. ejus *ornamenta* potius *dehoneſtamenta* judicantur. 1091. ſeqq.
Granaria publica *Noriberg.* 559
Gregorius VII. *Henr. Imp.* ſceleſtè *interimere tentavit.* 456
Grotii *de numero Beſtiæ Apoc.* 13. ſententia 727. elogium. 1098
Ant. de Guevara *haud fide dignus.* 42
Fr. Guiſii *numus caſtrenſis.* 252

H.

Hadrianus Imp. 688. *vinoſus.* 706. *ejus & Trajani* hiſtoriæ *confunduntur.* 710. laudes. 749. ſeq.
Hannibal. V. Annibal.
Helena mater Conſtantini; *de ejus familia varia* Autorũ *ſententia.* 1039. ſ.
Helvidius Priſcus *ſincerius à Dione deſcriptus, quàm à Tacito & Plinio.* 716. ſ.
Henricus VII. Imp. ejus elogium. 414. indigniſſima mors, *veneno in calicem ſacrum injecto* procurata, quod *fruſtra negat Pighius.* 415. ſeq. *numi.* 658
Henrici II. Galliæ R. *numiſmata.* 640
Hermogenis *præcox* ingenium. 1058
Herophilus *Marium* ſibi *avum fingens.* 206
Hiarnus, *Poëta ad Daniæ regnum* erectus. 909
Hiſpani, *negligunt ſtudia* literarum. 245. eorum ingenium. 42. *inſcriptiones ſpuriæ.* 760 potentia. 367. ſpes *novæ Monarchiæ.* 368. ſeqq.
Hiſtoria, *verum amat.* 41. *vitæ* noſtræ *formatrix.* 497. ſeqq. ejus ſtudium *in Mahumete II.* 341. Romanæ *dignitas.* 265. *corrupta* tamen 513 ſeq. 683. ſeqq.
Hiſtorici, *quales,* & *quomodo utiliter* tractentur? 68. ſeqq. eorum *mendacia.* 1003. in Hiſtoricis legen-

legendis ſocordia notatur. 1038. ſeq.
Hodierni viri *præſtantes an nulli?* 170
Homeri laus. 414
Hominem *virtus, non fortuna* commendat. 53
Hominis fragilitas. 137
Honores *ante legitimum tempus juvenibus* collati. 303
Honoris & Virtutis arctiſſima conjunctio 950
Horatiana familiæ *cura* conſervandæ *libertatis*. 229
Hortenſia familiæ *inopia*. 24
Humanitas, omnium ferè *Principum Rom. ars*. 720. ſeq. ejus *erga victos exempla*. 927. ſeqq. hujus utilitas. 933. ſeqq.

I.

Ibrahim, Turcicus Imp. *qualis?* 353. ſeq.
Ibrahimi Baſſæ *judicium de Principibus* Germaniæ. 813. ſeq.
Idololatria: *gentilium* origo. 811. *Græcorum*. 1092
Imitatio: ut *ritè inſtituenda*, & pacis & belli tempore. 485. ſeqq. *Majorum*, gloria eſt *nobilium*. 476. ſeqq. *neglecta* Nobilitati *tenebras* offūdit. 479. ſeq. *navorum* alicujus *imitatatores* notantur. 471. ſeq.
Impatientia quorundam in adverſis. 83 ſeq.
Imperantes *plus metuere* habent *malos & rudes*, quàm nobiles & benè educatos. 29
Imperatorum Romanorum *ſtolida ambitio in aſſumendis titulis*. 54. ſeq.
Imperatoris vox pro *Victore* uſurpata. 767
Imperium: *ejus cauſâ bella* genere *inhoneſtum*. *inutile*, divinis humanisq; *præceptis contrarium* oſtenditur. 170. ſeqq. *ingentis mala*. 178. ſeqq. 242. *univerſalis* ſignum modò *globus*, modò *pomum*, modò *palla*. 639. *fata* imperiorum. 2
Impietas multis *flagitiis* plerunq; *ſtipata*. 618
Indulgentia *nimia* reprehenditur. 719
Ingenia *præmatura vix* durant. 1030. ſeq.
Ingratitudinis *erga Principes benè meritos* exempla. 885
Injuſtitiæ dominium in Rom. Imperio. 622. ſeqq.

Inſcri-

Inſcriptionum *Hiſpanicarum fides*. 760
Invidentiæ malum. 441. ſeq. *claros* Viros *infeſtat*. 489. ſeq.
Joh. Imhof, *20 liberos* genuit. 537
Iobi elogium. 1029
Johannes Antiochenus *notatur*. 728. ſeqq.
Joviano *iniqui Scriptores*. 190
Judæi; eorum multæ *myriades inter Turcas*. 547. pertæſus M. Antoninus *ob rebellem animum*. 422. ſeq. res *fabuloſis gentilium narrationibus* conditæ. 898. ſeq.
Iugerum quid? 301
Juliæ ſoboles *è Pompejo* nata. 315
Juliani Imp. *eruditio*. 966. de eo *Socratis judicium*. 978
Julii II. R. P. *perfidia & fraudes*. 393. ſeq.
Juliorum familia ſtirpitus interiit. 10
Juris jurandi *religio* apud Romanos. 907. ſeq. ejus *violatores*. 906
Jus barbarorum *in armis*. 175. ſeq.
Jus *quinq. partium* apud Romanos. 201
Juſtiniani Imp. *glorioſa facinora*. 603. ejusdem ſenis *ignavia*. 604. ſeq.
Fl. Juſtinus *rudis Princeps*, & *quale* ſub eo *imperium*? 963
Juſtinus *epitomator* Trogi. 701

K.

Kittinga, *Viri dūgi* patria. 55
Barbara *Kreiſin*, *docta* femina. 554

L.

Lacrymæ calamitatis delinimentum. 45
Latrocinia *gloriæ nomen* invenerunt. 468. ſeq.
Laus, *quid propriè*? 736. ea *digni ſæpè carent*. 56. ſ. laudes *clarorum* Virorum *memorandi mos*. 496. laudanda primùm *animi bona* 975. laudandi mos *à patria*. 835
Legationum *munus arduum*. 515
Legatorum *præmium*. 516
Leges, *ſint in uſu*. 266. ſeq. 543. *ſumtuaria*. 575. *veſtiaria*. ib. Legis *Regiæ capita*. 329
Legislatores gentilium *legum* ſuarum *auctores Deos* mentiti. 171
Leibauß. 531
Leo X. *ſtudium Iulianarum* ſuccc.

ſucceſſor. 894. ejus *libidinis ut excuſet Iovius.* 700. ſeq. ei in Pontificatu *noluit Iulium Mediceum* ſubſtitui *Pompejus Columna.* 297

M. *Lepidus* Triumvir *L. Paullum* germanum fratrem *proſcripſit*. 655. ab Octavio *poteſtate exutus*. 664

Liberalis & benefici deſcriptio. 59

Liberi, *teneri* ſimiles *edibus*. 59. ſeq. ſtimulantur *virtute Parentum*. 5101. *multitudinis exempla*. 517 ſeqq.

Libertas: ejus *tenaces Germani*. 383. ſeqq. *Romani*. 9. 19. 619

Libri, optimi conſiliarii. 381. ſeq.

Licinius, *literis infauſtus*, quam fortunam habuerit? 961

Linguæ *patriæ excolendæ* ſtudium 974 ſeq.

Lipſius *notatur*, & *Taciti vulgata* lectio *aſſeritur* 87. ſ. 780 ſ. verba *Plinii c. 60 Paneg.* malè explicat 717. ejus *perſpicua brevitas*. 366. verba *de novo Imperio Occidentis* examinantur 465. ſeqq.

judicium de Lipſio. 708. ſeq.

Literæ *ſepultis* vitam & *immortalitatē* reddunt. 67. 103. earum *dignitas*. 945. ſeqq. *utilitas*. 952. ſeqq. *ignorantia* quantam *barbariem ſuperioribus* ſeculis dederit? 966. earum *ignari Principes quantum detrimenti* dederint? 961. ſeqq *humaniorum* literarum *neglectus*. 245. 862. 598. 637

Livius: ejus *hiſtoria*. 683. ſeq. multa *conſultò* in ea *prætermiſſa*. 478

Luculli luxus. 276

Ludi *ſeculares æternitatem Urbis* conciliare crediti. 608. *malè* ab Honorio *reſtituti*. 609

Ludovici IV. *de Papa querela*. 391. ſeq.

Lugendi form. obitum Viri docti. 49. ſ. 88. ſ.

Luſtratio Romanorum. 1060

Lutheri *heroica* indoles. 862

Luxuria *contemtibiles* reddit. 293 *ignavos*. 289

Luxus Romanorum. 25. ſeq 275 ſeqq *virtutis priſtinæ peſtis*. 314. ſeqq.

Lycurgus *quidem Remp.* conſtituerit? 155. ſeq.

Macchi-

M.
Macchiavellicæ artes. 74
Magiſtratus *oſtendit virum*. 81. quanta *ejus reverentia apud* Chriſtianos *veteres* 1445. ſeqq. hodie is *violentas cogitur manus* experiri. 450. ſeqq.
Magnorum *ruina*, 1. ſeq
Mahumetes II. *Chriſtianos* juſſit *inſtaurare ſuos catus*. 346. ejus *ſtudium Hiſtoriarum*. 141
Majorum *ſplendor*. 1085. ſ.
Mala omnibus *fidelibus communia*, & fortiter *ſuperanda*. 84. ſeq.
Manlii Torquati *ætate infima* occurrentes. 38.
T. Manlii Torquati *elogium*. 953. ſeq.
Marcellini laus. 625
Marci Imp laus. 682
Q. Marcii Philippi *numus*. 804
Mariana, abominandi *parricida encomiaſtes*. 450. ſ.
Marianũ bellum civile. 7
Maris *vicinitas commendatur*. 1088. ſeq.
C. Marius, *literarum contemtor*. 948. ei *ante legitimum tempus honores* collati. 303 *Plutarchi* de eo *judicium*. 951. ſeq.
Martelli virtus. 1064
Matrimonia *ſplendida* dominantibus *ſuſpecta*. 896. ſeq.
Mauritii *Saxonis* prudens *diſſimulatio*. 219. ſeq.
Maximilianus I. *glorioſus* Imperator 303. de *Præceptore* ſuo *conqueſtus*, 970. *Pontifices* Julius II. & Leo X. *eum ſupplantare conati*. 323. ſeqq. ejus numus, 1081
Maximiliani II. *egregia vox de* tractando *Religionis negotio*. 468
Medcalfi numeroſa familia. 539
Medicæorum familiæ *majeſtatem* conciliarunt *divitiæ*. 102
Medicorum artes *eluſæ* à Tiberio. 1008
Mendacium *audax*. 198
Marq. Mentelii *corpus Noribergæ, viſcera Venetiis* conſervantur. 561
Mentiendi & fallendi libido. 431. ſeq.
Mercaturæ commendatio. 1098. ſeq.
M. Meſſala Corvinus, 976 *ſenex* capularis à *Tiberio cultus*. ibid. *librum* integrum *de litera S*. compoſuit. 969
Metellus Pius *conviva* C. Urbini. 276

Meur-

Meurſii oſcitantia. 775. ſ.
Michael *Palaeologus* qua ratione *imperium ad ſe* traxit? 302
Miles faciem feri; Cæſaris vox in pugna *Pharſalica.* 290. ſeq
Milites: *æmulatio* illorum eaq; ſolenter *procurata* à Ducibus. 502. ſeqq. Romani *quales*? 381. 502. ſ.
Militia, *hodierna*. 399. ſeq *Romanorum*. 381. 398
Miſeriæ *benevolentiam* conciliant. 922. ſeqq.
Modeſtia. 65
Monarchia: ejus *præſtantia*. 808. ſeqq. *maxima vis*. 812. ſeqq. *duratio*. 819. *quatuor* Monarchiæ olim *Danieli* præfiguratæ. 401. ſeq. *Aſſyriorum*, cujus conditor fuit *Ninus*, non *Nimrod*. 373. ſeq. *Perſarum*. 374. *Græcorum*. 375. ſeq. *Romanorum*. 376. ſeqq. hujus *conditor quis*? 595. ſeqq. quid *de nova* aliqua *in Europæo Orbe* præſumere liceat? 375. ſeqq. *Galliis* eam ſpondet *Poſtellus*. 572. *Hiſpanicæ* ſpes. 368. ſeqq. *Septentrionalis* quoque credita. 370. ſeq.
Mons Pietatis *Norimbergæ*. 681. *tres Venetiis*. 682.
Mores, *noſtri ævi perditiſſimi*. 420. ſeqq. eorum *conſenſio amicitiæ* conciliatrix. 438. ſeq. 494. 701. *corruptela* à nimia *felicitate*. 234. ſeq. *Subditorum* tales, quales *imperantium*. 23. 125. 267. 850
Mori paratus. 94
Mors, pauſa *laborum, dolorumq;*. 1115
Moſes Legislator. 171. ſeq.
Mucianus quomodo *adulationis ſuſpicioni occurrerit*, cùm *Veſpaſianum* ad imperium *capeſſendum* vocaret. 135
Joh. Jac. Muffel *ex una conjuge 13 liberos* ſuſcepit. 538
Munatius Plancus *fratrem* ſuum *proſcripſit*. 687
N.
Narſes *indignè* habitus. 625. ſeq. *Naſſovii* heroës. 1107
Naturæ *bonitas* in aliquibus. 955. ſeq.
Navigationes *Græcorum* & *Belgarum* comparantur. 1089. ſeq.
Navis, *imago Reip.* 249. ſeqq. depicta *in curia Norimberg.* quid ſibi velit? 258

Nemora Romani *in teſtis* habuerunt. 274

Nero *qualis*? 32. fœdè *adulantem ſibi Senatum* habuit. 661. ſeq. *nobilium* familiarum *poſteros in ſcenam* deduxit. 27. *poſt mortem* etiam *deſideratus* populo. 721

Neſtoris eloquentia & ſapientia. 324. ſeq.

Ninus, primæ Monarchiæ conditor. 373. ſeq.

Nobilitas, à majoribus accepta, *propria* poſterorum *virtute amplificanda.* 146. *non* nitatur *mendacio.* 40. ſeq. quo loco habenda? 147. ſeq. ejus *parva* ratio *ſine virtute.* 473. ſeqq. 539. 943. 948. ei magnum *decus* addit *eruditio.* 938. ſeq. *Nobiles* cur inviſi *tyrannis*? 34. ſeq. eorum *gloria* conſiſtit in *Majorum imitatione.* 475. ſeqq. quorundam *inſania*, qui *Rom. familiis* tam curioſè *ſe inſinuant.* 39. ſeq. *Nobilium* & *Optimatum diſcordia* univerſam Rēp. *involvunt.* 314

Nobilitas Romana: ejus *origo* & *præſtantia.* 477. ſeqq. *interitus.* 3. ejus deletæ *duplex cauſa*; altera, *bella civilia.* 5. ſeqq. altera, *ſæva pax.* 15. ſeqq. adulatio. 26. ſeq. *artes ſordidæ.* 24. ſeq. avaritia. 278. ſeqq. deſidia. 19. ſeqq. 232. 480. egeſtas. 14. 285. luxus. 21. ſeq. 273. ſeqq. *ignavia neglectusque* meliorum *artium.* 288. ſeqq. ſtudium *triplex antiquitus.* 289. Nobiles Rom. qui? 4. *Iulii* & ſequentium *ævo*, etiam *ſemibarbari in curiam* recepti. 5. veteres *hodiè nulli.* 38. ſeq. quiete ac *ſegnitia* tyrannorum *crudelitatem* effugerunt, in agros ſecedentes. 19. 36. ſ. à Nerone *in ſcenam* deducti 27. ſub Domitiano *arenæ* commiſſi. 28. ſævitiam experti. 30. ſ. *ſeptingentis* annis *floruerunt*, totidēq; variis caſibus obnoxii. 38. eorum *clientelæ in provinciis.* 36

Nomina pueris *imponendi mos* apud Romanos. 801

Nominis *boni auſpicium.* 1060

Nominis *extentendi cura.* 96. ſeq.

Norbanus à Martiale laudatus. 766

Noriberga ἀναχεχυμασμένῃ ἐστί. 584. *ſemper liberù imperialis*. 587. limes *Franciæ* & *Bojariæ* 585. ejus laudes. 66. 522 viſu digna, 135. ſ. aſſervata ibi *Imperii clinodia* 549. urbis *veteris pictura* in Templo *Laurentiano*. 523. primordia. 579. ſ. *qualis* Reip. *forma* ? 576. ſ. de eâ *Venetorum* & *Albaniæ* Ducis *dictum*. 566. ejus laudatio & *comparatio cum* Rep. *Veneta*. 516. ſ. privilegium imperiale, *ne Caſtrum avellatur à civitate*, 586. Leges *unde acceptæ* 58. ſ. quales *à Venetis* petitæ? 534. 573. 581. ſ. inter *cives* olim *Comites aliqui* fuerunt? 525. ſ. eorum numerus. 523. an *ſoli Patricii cives*? 525. Patriciorum *peregrinationes* 519. ſ. 508. Noribergenſes, *Venetorum æmulatores*. 567

Nota *hieroglyphica* nominis *Chriſti*. 798

Notæ variæ, & *figuræ veterum* quid deſignent? 798

Notarii *Noribergæ creati* 53

Novitas omnibus grata. 1020

Numus; *de veteribus numis judicium* Pignorii 791. aliquot eorum, quos *Octavius Strada* exhibet, explicati. 638. ſ. 674. ſ. 793. ſ. 891. ſ. Auguſti. 807. *Corn. Bentivoli* & *Fräcisci Guiſii* caſtrêles. 252. *M. Bruti*. 640. *Hërici VII.* Imp. 651. *Henrici II.* R. Galliæ. 640. *Q. Marcii Philippi*. 804. *Maximiliani*. 1081. *L. Papii Celſi* vindicatus ab ineptiis *Pierii*, 805. ſ. *Philippi II.* R. Hiſp. 396. ſ. *Ptolemæi*, Cyrenarum R. 796. ſ. Numi Rom. *inſolentiæ teſtes*. 910. ſ.

O.

Occidentis *nova* Monarchia *an ſperanda* 365. ſ.

Octavianus V. Auguſtus.

Onufrius: ejus *error* in deſignando Conſule *M. Cornelio Frontone*. 754. 758. in *C. Cæcilio Claſſico*. 764. ſ. conjecturæ in *C. Iulio Africano* nullæ. 780. in *M. Valerio Meſſala* nullæ. 784

Opinio *arcet ſapientiam*. 470 *violentiſſimum* in rebus *humanis* 468. ſ.

Oppiani *carmina ab Antonino* Imp. *egregiè remunerata*. 562

Optimi elogium. 677
Opulentia, mater luxuriæ & ambitionis. 294
Orationes, *ſententiis hiſtoriisq́;* exornatæ, 888. ſ. 914. ſ.
Orator *ſermonem ne* producat *ultra horam*. 473
Oroſius *perperam excuſat perſecutionem* Chriſtianorum ſub *Trajano*. 727
Oſmanbegus, *à paſtoritiis & ruſticis operis ad* tantū *imperium* evectus. 338. ſ.
Othonis animus *erga Nobiles*, 32
Otium & quies, *ſophiſticum evertenda* generoſæ *nobilitatis remedium*. 18. ſ.
Otryadis laus. 498

P.

Palatinorum familia. 108
Palikanus. 653
Panegyricos *qui* Principes *ſibi ſcribi noluerint?* 691
Pannoniæ regnum *quid peſſum* dederit? 340. ſ.
Parentum *mores* transeunt *in liberos*. 111
Parthi: *fœdus* eorum *cum Romanis*. 404. ſ. eos *abſurdè* intelligit *Bodinus per Beſtiam* illam terrificam in Danielis vaticinio. 403. ſ.
Parva *legitimè impetrata* præſtant magnis *improbè quæſitis*. 68
Patientia V. *Fortitudo Chriſtiana*.
Patria, *beatè victuro glorioſa* ſit. 55. 845. 1061. ejus hoſtes 144. *ab ea laudandi* mos. 835
Patricii: eorum *numerus* ab Impp. *ſuppletus*. 11. ſ. à *Venetis*. 571. ſ. *horum* numerus, 536. *Noribergenſium*. 537
Pauli Ap. *peregrinatio*. 162
Paulus II. *literarum hoſtis*. 1104
Paulus IV. *Philippo II*. Hiſpaniarum Regi *infeſtus*. 396
Pauperes in Rep. *magis timendi*, quā *divites*, 286. ſ.
Paupertatis elogiū. 298. ſ.
Pax: de ea *ſermones pericu-loſi*. 980. ſ. num liceat ea *ſemper frui?* 481. ſ. *votum* pro ea. 1081
Peccata ſubditorum *aliquando impune* transmittenda. 227
Peccatum originis. 427
Peregrinatio: *quibus* perſonis *conveniat?* 157. *prudenter* inſtituenda. 157. ſ. ejus *fructus*. 160. ſ. vituperia *hodierna*. 152. Veterum judicium. 152. ſ. *qualem* iſti *culpent?* 156

Digitized by Google

Perſarum Monarchia. 374. ejus *infirma* fundamenta. 375. ruina. 1109
Perſonarum *illuſtrium fictio*, 206. ſ.
Peruanorum opinio *de Chriſtianis*. 462
Peſcennius Niger: *cur* poſtea *Tyrannus* dictus? 214. ejus *de Principibus judicium*. 681. ſ.
Petronius. 619. ſ.
Philippinæ inſulæ. 1036
Philippus Macedo, *qualis?* 724 ejus *flagitium*, 702. ſ. *modeſtia*. 911. ſ.
Philippus Imp. *haud* fuit *Chriſtianus*. 1051
Philippus II. Hiſp. Rex: *ambitioſa ſpes*, hujusq; *indices numi*, 369. ſ. edictum, *in India* promulgatum. 370
Philoſophia *in quantum neceſſaria* perſonis *illuſtribus?* 970 ſ. 1066
Phormio de re militari diſſerens *ab Annibale* ridetur. 1014. ſ. vel *Polemō*. 1106
Piccarti laus. 215
Pierii ſomnia circa *numum L. Papii Celſi* exploduntur. 805 ſ.
Pietas: ejus commendatio. 424. 982. 993. ſ. pii *adverſitatibus* exercentur. 119
Pipini virtus. 1064. ſ.
Charitas Pirckheimerin, docta femina. 553
Plato, *pro tribus gratias egit* Diis. 834. ejus elogiū. 808
Plebs: ejus *capiendæ* ratio à *L. Bruto* adhibita. 228. favor *inconſtans*. 227. ſ. *neceſſarius* omnibus *res novas* molientibus. 225. eum *aucupati* Principes. 226. ſ. 720. ſ. *quibus modis* pararint *Candidati* apud Romanos? 306. ſ.
Plinius *junior* 493. ejus *auctoritas*. 680. *Panegyricus*. 691. ſ. *teſtimonium* de Chriſtianis. 733
Pœnas nobis à Deo immitti, *haud mirum* 547
Poëtæ, *ad regna evecti* 969.
Politica *hodierna*, quæ fidem *fallere amat*, Tacito, & aliis *veteribus*, *ignota*. 905. ſ.
Polybius: ejus *elogium*. 1095. ſententia *de his, qui falſa* referunt. 794
Cn. Pompejus: *juvenis* adhuc *regia morum dignitas*. 1030 ipſi *ante legitimum tempus honores* collati 303. *nimia poteſtas* delata 308 ſ. *bellicoſitas* ejus. 199 bellum *civile cum Cæſare*. 238

Pontifex: *unde* hoc *nomen*? 1092. *Pontificis maximi titulus* etiam *à Chriſtianis Impp.* uſurpatus. 612. Pontifex Romanus. 109. *belli pacisq́; arbiter* in orbe Europæo. 386. ſ. *ejus* dictatoria *vi* florente, *nulli* Chriſtiano *Principi novam Monarchiam ſperare* licet. 386. ſ. *quibus gradibus ad* tantã *potentiam* pervenerit? 388. ſ. adverſus *Auſtriacos* eorum *nefaria inſidia.* 390. ſ. *impia* quorundam *vox.* 986

Potamo, *quibus literis* viatici loco, *inſtructus à Tiberio*? 1009

Præceptores *quales* conveniant perſonis *illuſtribus*? 968. ſ.

Præceptoris & *Diſcipuli* ſpecioſiſſimum *certamẽ*. 65

Præſentium contemtores, & admiratores *præteritorum* notantur. 170. 492. 1084

Præſidum Rom. *avaritia* & *rapacitas*. 191. ſ. 280. inde *Lupi* dicti. 281

Præteritorum conſideratio facit ad dignotionem *futurorum*. 592

Prætoriani *contumaces* & *ſeditioſi*. 349

Preces ad Deum, adverſus Turcas. 356. ſ.

Principes *laudabiles* deſcribendi 113. quàm *ſanctè* habiti à *priſcis Chriſtianis* 445. ſ. 614. hodiè *cædes eorum* tentantur, & *commẽdantur à religioſis*. 450. ſ. aditu *virtuti præcluſo*, rebus ſuis *haud benè proſpiciunt*. 29. hoc tantùm *ſcire* coguntur, *quod aulici loquuntur*. 192. illiterati. 961. ſ. *luxurioſi* fiunt *deſpicabiles* 292. ſ. in *Principem* redundat *culpa ſuorum*. 737. ſ. Principum *ambitio*. 172. ſ. conſiliarii optimi. 186. *humanitas*, ac *affabilitas*. 110. 130. ſ. *mores* redundant *in ſubditos*. 23. 125. 267. 850

Principes *Romani*: eorum *comitas*. 720. ſ. *faſtus*. 611. ſ. *majeſtas* ſumma. 329. ſ. *profuſio*. 722. poſſe eum *alibi quàm Romæ* fieri; hoc *evulgatum arcanum* maximas *calamitates* dedit. 629

Procopii *arcana* Hiſtoria. 605

Prudentia an cadat *in adoleſcentes*? 158. *parandæ* ejus *compendium* ſunt *litera*,

tera. 957. laus. 208. Prudentum *præſagia*. 366
Ptolemai Cyrenarum R. *numi*. 796. ſ.
Pyræus portus. 1093
Pyramides Ægypti. 97
Pythagoræ diſcipuli. 469

Q.

Quinctiliæ gẽtis *interitus*. 34
Quotidianorum, quantumvis *præſtantium*, *neglectus* & faſtidium. 485. ſ.

R.

Raguſiorum Reſp. 571
Regum *honor* etiam à *gentilibus* adſcriptus *Diis*. 797. ſ.
Religio: *exercitium* ejus *liberum* olim *Romani* indulſere, hodieq; *Turca*, 344. ſ. propagandæ *modus verus*, & *veteribus* obſervatus. 457. ſ. *violentus hodiernus* damnatur. 459. ſ. ſtudidum *imperantibus neceſſarium*. 797. 967. 1068
Religionis *Chriſtianæ* incrementum *in Rom. Imperio*. 411. *afflictio*, quàm teſtantur *Inſcriptiones*. 447
Religioſorum *vitia*. 455
Rerum humanarum *inſtabilitas*. 178. ſ. 261. 271
Reſp. *navi* cõparata 249. ſ. *triplex* ejus *forma*. 236. 255. 526. qualis *optima* cenſenda? 1095. ſ. *cuiq; nationi congrua*. 240. *ſimplex haud* facile *uſpiam* reperitur. 255. ſ. 527. mixtæ *Spartanorum*, *Venetorum*, *Argentinenſiũ*, *Batavorum*. 255. ſ. converſiones Rerũp. *quandoq; neceſſariæ*. 236. *anima* Reip. *Auctoritas*. 292. adminiſtratio quã *difficilis*? 1022. ſ. ei aliquandiu *ſe ſubducentes*. 486. *Senioribus* quĩ commiſerint? 1028. ſ. utrum melius ſit, *ſubitò*, *an* verò *tardè* accedere; 1015. ſ. *duæ ſemitæ vulgò* teruntur, *tertia* eaq; *optima neglecta*. 125. ſ.
Rhodus, *bis terræ-motu* collapſa, reſtituitur per *Tiberium* & *Antoninum Pium*. 1011
Conr. Rittershuſius. 861. ſ.
ROMA: Urbs *more Deæ* culta 610. ejus *aborigines* incolæ 478. elogia. 269. 328. 598. ſ. incrementa, *Virtuti ac Fortunæ* adſcribenda. 328. veteris *ſplendor*. 982. à Gõthis captæ *miſera facies*. 599. ſ. Romana Reſp. *qualis*? 258. ſ. 1097. *Ariſtocra-*

riſtocratia, hujusq; varia facies repræſentata. 259. ſ. unum rectorem neceſſariò poſtulavit. 36. 238. ſ. 643. ſ. 1007. quis conditor Monarchiæ? 595. ſ. Imperium navi ſimile 251. ejus æternitas aſſerta. 407. ſ. elogia. 241. fines arctati ab ipſis Impp 189. ſ. magnitudo & majeſtas 241. 597. 620. ſ. odium apud gentes. 184. pax & quies ſub Cæſaribus. 817. ſ. ruina. 598. 601. ſ. hujusq; cauſa. 606. ſ. Principum Rom. tituli. 23. in eos congeſſit Populus omnia humana ac divina. 329 Senatus elogia. 269. ſ.

ROMANI: antiqui & recentiores quàm diſparibus moribus. 233. bellicoſiſſimi veteres 501. libertatis tenaces. 9. ſ. 639. raptores orbis, & latrones gentium. 174. ſeq. victoriis diſcernebant tyrannos à legitimis Principibus. 213. ſ. Virorum illuſtrium memoriam ut conſervarint? 97. quanti conſtiterit iis Monarchia; 376. ſeq. Romanorum bella civilia. 6. ſ. 237 ſ. clades inſignes. 5. ſ. 335. 875. ſ. diſciplina. 851. ſ. fortuna. 251. 328. ſ. 176. ſ. hiſtoria corrupta. 513. ſ. 683. ſ. jus quinq; partium. 201. luxus & libidines. 21. ſ. 275. ſ. militia. 398. ſ. 501 ſ. mores corruptiſſimi. 618. ſ. nomen civis Rom. quàm vile habitum, avo Salviani? 621. virtus adverſitatibus crevit. 921 ſ. in bello ac pace conſpicua. 953. ſ. nimia felicitate corrupta. 274. ſ. 644. & hereditate Aſiatica. 1101

Romulus & Remus, neutiquam rudes. 955

P. Corn. Rufinus cur cenſuram meruerit? 21. ejus poſteri ignavi. ibid.

Rudolphus Imp. cur Italiam ingredi noluerit? 390. ſ.

S.

de litera S. integer compoſitus à Meſſala corvino liber. 969

Sabinus, cujus mentio apud Xiphilinum, in Veſpaſiani rebus, neutiquam è Iuliis oriundus. 10

Sævitia Principum in Nobilitatem Rom. 30. ſ.

Salluſtii hiſtoria, 684. laus. 289. 502

 Sanna-

Sannazarii verſus in *laudem Venetiarum.* 561
Bened. Scaliger à *Ludovico* R. Galliæ *inhumanè* dimiſſus. 24
Joſ. Scaligeri laus. 1103
Ge. Scalius, *plebis levitatem* expertus. 227
Scaurorum *familia deſes.* 21. *extincta.* 30
Schegkius, *Trebellii Pollionis locum perperam explicans,* notatur. 793. ſ.
Chr. Scheurelis laus. 531
Scholarum *neceſſitas.* 551
in Sceleribus *gloriãtes* 904.
Corn. Scipio *ocyùs ad Remp.* acceſſit. 1019
P. Scipio *Æmilianus.* 954
Scipio *Africanus* major *fidem* ſervavit *etiam fallentibus.* 908. *humanitas* ejus erga *victos.* 918
Scipiones, *ætate infima* occurrentes. 38
Scriptorum *caſtratio.* 620. celebrium *errores.* 1041
Seculi *noſtri perverſitas,* atque *corruptio.* 429. ſ. *ſecuritas.* 142
Sauberti laudatio. 1112. ſ.
Seditio plebis Rom. 263
Senatorũ *filii* apud Rom. *inter comites Imperatoris* ac *Magiſtratuum.* 501
Senatus ubinam *ex ſolis patriciis* eligatur? 573. Senatus *Romanus:* ejus *adulatio* fœda. 660. ſ. *avaritia,* & *tyrannis.* 262. 278. ſ. quæ *plebem* ad *rebellionem* concitavit, & *Tribunitiam poteſtatem* peperit. 263. ſ. *judiciariar* Leges *ad Equites* transſtulit. 282. ſ. elogia. 269. ſ. luxus. 275. ſ. *mores ſub Principibus.* 712. ſ. 743. ſocordia. 292. *Senatui* cur *indulſerint callidiores* Principum? 687. ſ.
Seneca: ejus *elogium.* 642. *judicium* de literarum ſtudiis. 949
Septimius *Severus* Imp. *laudatus.* 718
Septingentis annis Nobilitas Rom. *honoribus* viguit, *totidemq́;* poſtea varios *caſus ſuſtinuit.* 38
Servianus *quantus* vir fuerit? 772. ſ.
Servorum *numerus* apud Romanos. 277
Seſothis, *potentiſſimus Ægyptiorum* Monarcha. 281. ſ. ejus *inſolentia.* 912. 916
Sextiorum Africanorum domus *clariſſima* ſub Principibus. 780. ſ.
Sibyllina Oracula. 409. ſ.
Sidonii locus, de *Plinii* Panegy-

Digitized by Google

negyrico *explicatus*. 682
Sigiſmundi Imp. *de fide ſervanda* dictum. 908
Simulacra Deûm *primùm in Theſſalia* facta. 1092
Simulatio ſtultitiæ. 209. ſ.
Socrates, peregrinationē *improbans*. 153. ſ. 162
Solon; ejus *prudentia & felicitas*. 958. ſ. diſcendi ſtudium. 959
Sophia, *Marchioniſſa Brandenburgica*: ejus laudes. 102. *majores*. 106. ſ. educatio. 113. ſ. 117. *conjugium*. 117. ſ. *viduitas*. 119. ſ. virtutes. 123. ſ. *pietas*. 124. ſ. *humanitas*. 130. ſ. *beneficentia*. 132. ſ. *ſenium*. 138. morbus. 138. ſ. *fati præſagium*. 140. obitus. 140. ſ. *ætas*. 139. ad defunctam acclamatio. 143
Soſius Senecio. 756
Spartianus, *defenſus contra Salmaſium*. 771. ſ. de illo *judicium*. 769
Spes oſtenditur, *priusquam res* exhibetur. 1017. ſ.
Stromerorum familia: ejus *clades*. 538. *tres ſimul ex ea in Senatu, octava vice ib.* Conr. Stromer 33 *liberos* progeneravit. 538
Stultitiæ ſimulatores, *Brutus*, 209. 210. *Vlyſſes*, *David*. 211
Suetonius: ejus *fides in dubium* vocata à *Caſaubono*, ſed *deceptio*. 781. ſ. laus. 223. *judicium* de eo. 619
Suleimannus, *coloris vitium fraude* correxit. 1008. poſt *inſignem victoriam* nihilominus *modeſtus*. 932
Sullæ *majores ignavi*. 21. Sullana *proſcriptio*. 7. ſ.
Superbia, *quorum ſit?* 131
Suſpicionum iniquitas *egregios* Duces *peſſundedit*. 622. ſ.
Symmachi *laus*. 607

T.

Tacitus. 19. 26. 73. 619. 905. ejus *locus illuſtratus*. 10. loca, *in quibus mentio* fit *Sextii Africani*, contra *Lipſium* vindicantur 17. ſ. 780. *mendaciū* de Tiberio. 1003. ſ.
Tarquinius *qualis*? 218. ſ. *patrem & fratrem* L. Bruti *ſuſtulit*. 220. ſ.
Telemachus Neſtorem compellare trepidabat. 324. ſ.
Templa *Græcorum*, conſiſtoria *libidinum*. 1092
Temporis *calamitoſi* deſcriptio. 141. 142. 418. ſ.

Temur

Temur Chanis *dictum* ad Bajaſetem. 43
Terminus & *Iuventus* Dii, in Capitolii extructione *noluerunt amoveri*, 408
Terræ-motu *collapſæ quatuor* Aſiæ *civitates*. 769. *Antiochia*. 779
Teſtamenta quæ valeant *Venetiis* & *Noribergæ* 535 ſ.
Thebanorum civitas. 47
Themiſtocles *de natura conqueſtus*. 957. ab Athenienſibus *ejecti felicitas* apud Perſas. 161
Theobaldi, Spoletinorum Comitis, *crudelitas in hoſtes*. 912
Theologia *hodierna* taxatur. 429. ſ. illa *veterum*. 428. *finis* Theologiæ. 430
Theſſali *ſimulacra Deûm primi* fecerunt. 1092
Thomas Aquinas *Bos mutus* dictus. 633. ſ.
Tiberius à Scriptoribus *vituperatus*. 973. *aculeata* horum *judicia* etiam in *benè dictis* & *benè factis*. 1004. populum *initiò non durè* habuit. 227. ſub eo adhuc *ſemilibera* Reſp. 716. ejus *virtutes ſub initium* imperii. 692. abſtinentia *ab alienis* opibus, 998. ſ. amor *erga literatos*. 986. 1009. ſ. comitas. 720. 1003 eruditio. 975. ſ. juſtitia, 994. ſ. liberalitas. 999. ſ. *magnanimitas*, eaque *vindicata* à calumniis *Suetonii*. 989. ſ. manſuetudo. 997. ſ. modeſtia. 732. 986. ſ. *notitia* aliqua *Chriſtianæ* veritatis. 987. peritia *rerum militarium*. 1003 pietas. 983. ſ. prudentia. 978. ſ. ſævitia & libido. 15. 18. 1005. ſeq. noviſſima. 1007. ſ. mors. 1009. epitaphium. ibid.
Timæus. 708
Trajanus, *non* adeò *bonus* Princeps. 615. *quando* à Nerva *adoptatus*? 755. *herba parietaria* nuncupatus. 750. ſ. *Nobilitatem Romanam*, hactenus miſerè habitam, *fovit*. 35. pronus *in Senatum*, [illegible]1. ſ. quando *cognomen Optimi* receperit? 739. ſ. 777. *An metuerit* illud elogium? 677. ſ. 709. 750. ſ. Senatus, & *Scriptorum præclara judicia* de eo referuntur, & *examinantur*. 679. ſ. *ejus & Hadriani* hiſtoriæ *confunduntur*. 730, *ad imperium* veni-

Digitized by Google

venientis *ætas*. 704. comitas. 720. ſ. *contumelia in patrem* Nervam. 732. expeditio *Armeniaca*. 776. *forum*. 676. impietas. 731. 984. *juramentum*, juſtitiæ *adverſum*. 718. ſ. liberalitas. 722. negligētia ſupina. 709. ſ. opera & *ædificia non reddunt bonum*. 723. pæderaſtia. 697. ſ. patria. 756. ſ. *perſecutio* Chriſtianorum *crudeliſſima* 725. ſ. *reſcriptum* contra eoſdem *injuſtum*. 733. ſ. *pons* ſtructus *in Danubio*. 768. temeritas & dementia in rebus bellicis. 741. ſ. triumphus de *Dacis* 763. ſ. *altera expeditio* & victoria *Dacica*, malè à *Scaligero & Baronio* in *eundem* annum *rejecta*. 767. ſ. vinoſitas, 705. ſ. eo imperante *afflicta* conditio *provincialium*. 735. *conclamatus* imperii *ſtatus*. 748. ſ.

Tribuni; eorum *poteſtas*. 264. ſ. *querela* dictæ à nonnemine *fatales Vrbis naniæ*. 279

Tributi *annui*, quod Romanis dependebatur, *ſumma*. 280

Tricipitina, quam *Varro* dixit. 302

in *Trinitatis myſterio* tradendo *cauti veteres*. 426

Triumphantes olim qua ratione *modeſtiæ admoniti*. 179. 918

Triumphi *falſi*. 742

Triumviratus, *poſt cædem Cæſaris*. 639. 648. ſeqq. Triumvirorum *fœdus*. 652. immania facinora. 653. ſ. *honores* decreti ab *adulatoribus*. 660. vita inter *ſemetipſos*. 662. ſ.

Ant. *Tucheri prudens* dictum ad Imperatorem. 523. ſ. de eodem *Ant. Kreſſii judicium*. ibid.

Tucherorum *numeroſa familia*. 539

Tullii Regis *diligentia*. 981

Turcæ *hodierni ſimiæ* veterum *Romanorum*. 327. 341. ſ. 507. in *Sacris*. 344. ſ. in *Civilibus*. 348. *idem fatum* habent *metuere*. 349. ſ. in *quotidianis precibus* bella *civilia Chriſtianis* optant. 355. illorum aliqui *Imperatores* ad invadendum terrarum imperium *geſtis Alexandri M. & Romanorum ſtimulati*. 507. præſides *in lubrico* verſantur.

Digitized by Google

ſantur. 352. fortuna *ſimilis Romanorum* fortunæ. 337. ſ. *ſuperſtitio* execranda. 345. ſ. adverſus eos preces ad Deum 356. ſ.

Turnebi *bonitas naturæ*. 956

Tyranni à *legitimis* Principibus diſcernebantur *victoriis*, apud Romanos. 213. ſ. cur *nobilium oſores*? 34. ſ. *formidoloſa* ipſis res, *Virtus*, 221

V.

Fl. Valens *illiteratus* Princeps. 971. ſimul *infelix*. 962. *ejus* & *Gratiani imprudentia*, recipientium *barbaros cis Danubium*. 631. ſ.

Valerius Paullinus. 762. ſ.

Variana clades. 6

Vectigalia, *haud improbanda*. 546. ſ. *Venetorum* 544. ſ.

Venenum *Perſicum lene*, ac ſine cruciatu, mortem inducens. 20

Venetiæ: urbis laus. 514. *natales*. 578. Reſp. 256. 527. ſ. 584. in ea *duo gentiles* aut *conſanguinei* nequeunt *eundem Magiſtratum* capeſſere. 296. Senatus, 516. *cives ſoli Patricii*, ac in eorum numero *Ferdinandus* olim, *Rex Arragoniæ*. 524. civium *numerus*. 521. *Gymnaſium*, *Academia*, *Schola*. 549. ſ.

Veritas: ejus ſtudioſi *multitudinis moleſtias* experiuntur. 678. vis. 713

Veſpaſianus *mille gentes patricias* conſtituit. 11. ſ. originem ſuam *obſcuram haud diſſimulavit*. 40

Veſtes: earum *luxuria* apud Romanos. 277. *veſtiariæ* leges *Venetorum* & *Norbergenſium*. 554. ſ.

Viarum curatores ſæpè facti *poſt Conſulatum*. 719

Victor III. *venenato* ſacro *calice* ſublatus. 436

Victoris locus dubiæ lectionis *explicatur*. 765. ſ.

Victi: *victorum inſolentia* ſæpè ad *virtutem* excitantur. 919. ſ. iis *ſuccurrunt* etiam, qui *prius infenſi* erant. 922. ſ.

Victores *inſolentes*. 910. ſ. admonentur *modeſtia* rationibus & exemplis. 914. ſ. quantum ipſis *profuerit modeſtia* & *clementia*. 933. ſ.

Victoriis *tyrannos* à *legitimis*

mis Principibus *diſcernebant* poſteriores Romani. 213
Villa Romanorum. 274
T. Vinii *rapacitas.* 191. ſ
Violentiſſimum *in rebus humanis* quodnam? 468
Virdungus ; ejus *patria.* 55. majores. 56. *avus patriam* gravi malo *pecunia ſua* liberans. 56. ſ. parentes. 58. ſ. pueritia & adoleſcentia. 59. ſ. *frater*, 62. Studia *Argentorati* culta. 61. ſ. *Ienæ* laurea *coronatus*, citra ambitum. 63. ſ. Ephorus *Iaroslai à Smirziz* factus. 64. ſ. *Noribergam* venit. 65. ſ. *Eloquentiæ & Hiſtoriarum Profeſſionem* adeptus, ei præfuit utiliter. 67. ſ. ejus *modeſtia in diſſenſu* ab aliorum conjecturis. 71. eloquentia. 72. *futura prævidit* mala. 72. *Politicen ſeorſim docere juſſus*. 73. ejus nuptiæ, 75. *pietas.* 75. ſ *Patroni.* 77. ſ. *candor & integritas.* 79. ſ. *fidelitas in docendo.* 80. prudentia & *auctoritas in Magiſtratu* geſto. 80. ſ. in diſciplina domeſtica cura & diligentia 81. ſ. *adverſitates crebræ* 44. *in* acerbo & diuturno *morbo patientia, fidesq.* inconcuſſa. 82. ſ. *ſtudiorum* inſimul *pertinax* tractatio. 86. noviſſima. 88. ad defunctum acclamatio. 88. ſ. laudes. 44. ſ. 49. 92. ſ.
pro *Virginis ſigno* in 12. aſteriſmis Æpyptii *cornucopia* delinearunt. 331
Virtus, *formidoloſa tyrannis*, 221. gratior *generoſo ſanguine* circumveſtita. 105. *ſibi* ipſa *ſufficit*. 59. theſaurus verus & ſtabilis. 123. *ejus* & *honoris* arctiſſima *conjunctio.* 950
de *Vita hominis* haud *temerè* ferenda *ſententia.* 449
L. Vitellius *plebeculæ* ſe *accommodavit.* 226
Ulyſſis peregrinatio. 159. ſ.
Vocabulorum *uſitata ſignificatio* in *flagitiis* ſæpè *corrumpitur.* 2 659
Georg. Volckameri laus. 533. 551
Votum, *pro Altdorffina*. 358. ſ. Laconis *non perſolventis*. 202. *votis* jungenda *manus* in *dubio* rerum *ſtatu.* 482. ſ.
Urbini *cœna.* 275
Urbium *fata.* 2

Urcei

Urcei *in veſtibulo ædium*, apud veteres. 167
Vtilitatis potior habetur ratio, *quàm Honeſti*, 944

VV.

Marci *Welſeri* laus. 40
Wilhelmi, Haſſorum Principis, *de Senatu Noriberg. effatum*, 515. ſ.

X.

Xerxi, bellum Græciæ indicenti, ſolus *Demaratus verum dicere* auſus. 188
de *Xiphilino* judicium. 777. ſ.

Z.

Zelus *inconſultus* tàm in rebus *Eccleſiaſticis* quàm *civilibus* noxius. 215. ſeqq.

ERRATA.

Sphalmata *potiora* ſic emendabis: Pag. 54. lin. ult. *Gepidicis*. 437. 2. quo ad. 451. 21. *dele*, in. 469. 12. indiga. 520. 18. eleganter. 577. 20. Seniorum. 670. 4. *annorum*. 972. 21. ominibus. 1049. 11. fatigabor.

FINIS.

Digitized by Google

by Google

Digitized by Google